BIBLIOTHECÆ MALATESTIANÆ CATALOGUS


BIBLIOTECA
COMUNITATIVA



Carolus Antonini fecit

CATALOGUS
CODICUM MANUSCRIPTORUM
MALATESTIANÆ CÆSENATIS BIBLIOTHECÆ
FRATRUM MINORUM CONVENTUALIUM

FIDEI, CUSTODIÆQUE CONCREDITÆ

Hiſtorica præfatione, variiſque adnotationibus illuſtratus.

AUCTORE

JOSEPHO MARIA MUCCIOLO

EJUSDEM ORDINIS FRATRE, ET RAVENNATIS CŒNOBII ALUMNO

ACCEDUNT COMPLURA

Ex ejuſdem Bibliothecæ Codicibus prompta, quæ vel lucem nondum adſpexerunt, vel in multam Lectorum utilitatem cedere poſſunt.

TOMUS PRIMUS.



CÆSENÆ MDCCLXXX.

TYPIS GREGORII BLASINII SUB SIGNO PALLADIS

SUPERIORUM FACULTATE.

Libros, si celentur, rarissimos ibi concludi, quid aliud est quam perire? Nunquam nam damni ulla faciet Bibliotheca, si thesaurorum, quos coneinet notitiam Respublica litteraria habuerit? Numquid de eorum, ubi innoeuerit, pretio imminuetur? Non enim ea lege eupenduntur litteræ, sicuti merces æstimantur. Eu quo brevi recidemus? In illud nempe insciciæ Chaos absorptæ, salute prope desperata mergebantur Litteræ, cum eas faustis auspiciis exemit Typographia. Apage damnosam banc librorum avaritiam. Agedum quisquis es Bibliothecæ exquisitæ aut possessor, aut custos; an minus eua bæc erit, aue magis eris eorum librorum peritus, si eos ibi reponi tecum junta intellexerit Orbis litteratus?

Doctissimus Michael Maittaire in Opere Annalium Typographorum.

PIO SEXTO

PONTIFICI MAXIMO
PRINCIPI OPTIMO

FRATER JOSEPH MARIA MUCCIOLUS

PERPETUAM FELICITATEM.



Ntequam, BEATISSIME PATER, ſupplices ad TE preces meas deferendas curarem, uti Opus hoc qualecunque meum ſub fauſtiſſimis Nominis Tui auſpiciis in lucem emitti ſineres, diu multumque, an tale, tantum-

que oneris in me reciperem dubitavi; neque semel cogitationem omnem, quæ audenti animos faceret, inconsultam prorsus, atque abjiciendam duxi. Occurrebat enim futurum, ut cum alii, tum Tua potissimum Sanctitas miraretur hominem, qui nullum a doctrina nomen in Litteraria Republica sibi fecisset, qui nihil antea, nisi leve, & vulgare edidisset, id sibi polliceri posse, ut primo, quod in vulgus mittere pararet, paullo difficilioris argumenti Operi, tantum Principem, quantus ille est, qui Ecclesiæ Universæ, tantaque cum gloria præest, Patronum facile reperiret. Magnum id profecto in se habet honestatis, quodque vel nullis omnino lucubrationibus pateat; vel iis unis tantum, quarum Auctores tantam sibi apud doctos, & eruditos ingenii, scientiæque famam antea pepererint, ut dubitare nemo possit, quin, quæ continent, Principe, cui institui volunt, satis digna sint. Accedebat, & quod animum maxime commoveret, Te, cum Libros in manus sumas, quid in iis recte, quid perperam scri-

ſcriptum ſit continuo videre, ac facillime animadvertere. Quis enim neſcit, quantam tibi doctrinæ ſupellectilem comparaͬris, cum in ipſo Juventutis flore (quo quidem tempore Benedicti XIV. doctiſſimi memoria noſtra Pontificis ſtudia adjuviſti, unuſque ex iis fuiſti, quos ille certis diebus ſecum habere, & quibuſcum mutuos, eruditoſque ſermones conferere voluit); tum annis, qui conſecuti ſunt, a nobiliorum ſcientiarum cultu nunquam vacaſti? Quare ſi forte Liber in manus incidiſſet, judicium de eo Tuum ſummopere mihi extimeſcendum intelligebam.

Dubitationem, quam dixi, omnem ſuſtulit perſpecta illa omnibus, mihique in primis cognita ſingularis Sanctitatis Tuæ humanitas, & clementia. Hæc illa eſt, qua Patris inſtar amantiſſimi cunctos excipis, ſolaris, & foves. Hæc illa eſt, qua me paucis ante annis ad pedes Tuos proſtratum, non benigne modo alloqui dignatus es, ſed injecto etiam de Opere, quod in manibus habebam, ſermone, hortari, ut illud perficerem, atque in lucem ederem

rem non dubitasti. Hanc a Te facile impetraturum speravi, ut si preces de Opere eo ipso Tibi nuncupando offerrem, eas minime contemnere velles; hanc item, ut si qua in eo deinde lectitando vitia reperisses (reperies autem plurima) non adeo iis offenderere, ut non saltem meam bene de Litteris, studiisque merendi voluntatem probaturus esses. Supplices ergo preces ad Te de eo sub Tui Nominis tutelam recipiendo deferendas curavi, quibus cum perhumaniter, ut sperabam, annueris, illud jam, BEATISSIME PATER, pedibus tuis sisto, Tuoque in Nomine, ut apparere liceat oro, obtestorque.

Cui vero magis consecrari debuit, quam Tibi? Sane si quis materiam velit intueri, nihil ferme in eo scriptum est, quod non ad Malatestarum, qui Cæsenatem Urbem diu tenuerunt, Familiam, ejusque honores, ac res gestas spectet; nihil quod non ad insignem Bibliothecam pertineat, quam in eadem Urbe egregius ejusdem Familiæ Princeps institutam voluit; plurima in eo

de

de Scriptorum Cæſenatium Operibus, quæ lucem nondum adſpexerunt; non pauciora de aliis, quæ typis excuſa ſunt, deque eorum Auctoribus notata inveniuntur. Totus denique Liber in eo argumento verſatur, quod totum ad Urbis Cæſenæ gloriam referri nemo non videat; ad gloriam, inquam, ejus Urbis, quam Patriam habes, quæ quod Te genuerit ſummopere lætatur, ſeque ob eam rem ſupremum dignitatis, ſplendoriſque apicem attigiſſe jure optimo gloriari poteſt, cui tanquam Matri amantiſſimæ, faves, ejuſque honores auctos cupis, e qua binos Adoleſcentes Romam in perpetuum mitti, eoſque iis in Ædibus ad priſtinam dignitatem revocatis, quibus Academiæ Eccleſiaſticæ nomen eſt, redditibus abs Te aſſignatis ali, ſcientiarumque ſtudiis operam navare voluiſti, in qua denique (ut alia prætercam) egregiam Bibliothecam inſtituere meditaris, & ita quidem meditaris, ut præter plurimos illos, ſelectiſſimoſque Libros, quos adhuc privatus in tuos, tuorumque uſus comparaveras, maximam etiam aliorum

seriem undique conquirendam, quos ei addjiceres, curaris. Videbunt, spero, quamprimum Cæsenates Tui Bibliothecam omnium lectissimam, eamdemque copiosissimam sua inter mœnia excitatam, Civiumque usui patefactam, tantoque majorem utilitatem ex illa, quam ex Malatestiana nostra, percipere se posse sentient, quanto longius tantus Pontifex, quantus ipse es, Malatestam nostrum cum litterarum amore, tum divitiis, tum opibus superat, ac si Malatesta ipse reviviseeret, Bibliothecam suam, etsi multis, & optimæ notæ MSS. Codicibus refertam, tamen Tuæ esse imparem fateretur, neque id tamen dolens faceret, sed potius a tanto se Pontifice superatum gauderet.

Quod si præter Operis materiam, ipse etiam, BEATISSIME PATER, Operis auctor spectandus est, nemo non intelliget, eum non minus ferme qualemcumque hunc suæ industriæ fœtum offerre Sanctitati Tuæ debuisse, quam suos similes Tibi consecrandos omnino judicarent quicumque in Patria Tua geniti

præ-

præcipuo quodam ob id nomine sese Sanctitati Tuæ cariores esse merito sperare possunt. Etsi enim non id mihi contigerit, ut Cæsenæ nascerer, tamen tamdiu in ea sum versatus, eaque sunt Civitatis præclaræ in me merita, ut pro altera Patria quadam a me habendam, certe velut Patriam diligendam putem. Totos enim novendecim, & amplius annos in ea egi, iisque Philosophicas res optime spei adolescentes publice docui; ad munus hoc, Bononiæ cum essem, honorifico Senatus illius decreto arcessitus; qua in re prædicanda in primis mihi est, nobilissimi viri Francisci Braschii Sanctitatis Tuæ Fratris humanitas. Eo namque potissimum adnitente provincia illa mihi publice in pervetusta Universitate docendi demandata est; quam multis vero officiis Patricii cæteri me toto illo tempore sibi devinxerint, enarrare, ac consequi verbis non possum. Atque illud tempus hoc fuit, in quo cum & Malatestianæ Bibliothecæ ab iis, qui familiæ nostræ præessent, præfectus fuissem, eamque su-

binde ſæpiſſime inviſerem, quæcunque in Codicibus obſervatu memoratuque digna mihi videbantur, in ſchedas cœpi referre, ex quibus, itemque aliis multis, quæ annis conſequentibus attente examinavi, frequenſque notavi, is mihi Catalogus, ſeu potius primus Catalogi Tomus emerſit.

Habes, BEATISSIME PATER, quæ me impulerint, ut Te primum ſpectarem, Teque Patronum unum optarem. Quod cum ſummo Clementiæ Tuæ beneficio impetraverim, eſt plane cur gratias quantas poſſum maximas Tibi agam, maximaſque item ſemper habendas ducam. Nihil de tuis laudibus attigi, niſi id, quod ut leviter ſaltem tangerem, ipſius Epiſtolæ argumentum monebat. In cæteras res prædicatu dignas, ob quas ſummam apud omnes gloriam tam privatus, quam in ſupremo iſto faſtigio poſitus, conſecutus es, quotidieque conſequeris, excurrendum non duxi, cum quod contemni a Te iſtas rerum tuarum prædicationes ſciam; tum quod, ſi aliter facerem, non ſatis intelligere viderer ea eſſe,

quæ

quæ a Te facta sunt, ut nullius oratione egeant, satisque per semetipsa seræ posteritati commendata credi debeant. An enim apud homines memoria unquam excidet Sacrarii illius augustissimi, quo Divi Petri Templum ornare es aggressus? An de siccatis a Te magnam partem Pomptinis paludibus non perpetua apud omnes late gentes fama pervagabitur? An de ingenti Animo Tuo Arx Oppidi sublacensis refecta, Prætorium ejusdem Oppidi renovatum, atque ornatum, clivus in planitiem redactus, laxata, quæ ad Arcem ducit, ac munita Via, non per se apud posteros perpetuo testabuntur? Mitto alia plurima, quibus nec pro dignitate prædicandis par essem, & his tamen minora sunt, quæ animo vasto moliris.

Omnipotentem Deum interea Optimum Maximum ad Tuos Beatissimos pedes provolutus etiam, atque etiam rogo humiliter, obtestorque, ut Te in bonum totius Ecclesiæ, omniumque subditorum Tuorum diutissime sospitem servet, & incolumem, faxitque, ut quæ-

cun-

cunque præclariſſima, uti ſoles, cogitaveris, univerſa ſemper Tibi proſpera eveniant.

AD

AD LECTOREM.



Ihi negotium operosissimum suscipienti censuram a nonnullis, & præcipue ab iis, qui quam grave sit plane noscunt, metuo, quasi prima rei facie illectus, impetu quodam ferventis animi præcipitem me adeo in opus difficillimum immiserim, ut nec pedem postea referre licuerit. Verum aliquam abs te veniam, benigne Lector, impetraturum spero, ubi quæ fuerit Operis caussa, & quibus permotus stimulis hunc mihi laborem sumserim compertum habeas. Aliorum consilia, & rationes pluris apud me, quam meæ fuerunt.

Clarissimus Pater Dominicus Mansius Cl. Reg. Matris Dei, qui Lucensis postea Archiepiscopus renunciatus est, cum Cæsenam olim venisset, hospitioque exceptus fuisset a Reverendiss. Joanne Francisco Santinio Cœlestinorum Abbate, quem honoris caussa nomino, adduci se doctorum quorundam Virorum precibus passus est, ut Manuscriptos Malatestianæ nostræ Bibliothecæ Codices perlustraret, deque iis judicium (ut in ea sane re plurimum valebat) ferret, veteremque eorum Indicem, qui mancus certe admodum, nec ab erroribus immunis erat, reformaret. Tam brevis tamen fuit mora, quam Vir ille præstantissimus in hac Urbe traxit, ut perficere id, ad quod se accinxerat, nequiverit; & plura dumtaxat in Adversariis, Schedisve suis notare properanter potuerit, quæ ad prædictum Indicem reformandum opportuna essent. Itaque antequam discederet accuratis precibus agendum cum eo duxit Pater Antonius Michinius Conventus tunc S. Francisci in Urbe Cæsena Moderator, ut ex adnotationibus illis, quas scripserat, Tabellas saltem, quæ Bibliothecæ Pluteis affixæ, quinam in iis Pluteis Codices reperirentur, non sine erroribus indicabant, emendare vel absens vellet; quod ille sane in Patriam suam reversus perhumaniter præstitit, missis totidem pagellis, quot ad ipsos Codices recte indicandos sufficerent. Cum pagellæ illæ in manus meas venissent, quo tempore Cæsenam accitus Bibliothecæ, qua de agimus curam Præsidum meorum jussu suscepi, etsi eas magno mihi usui futuras, ut sane fuerunt, intelligebam; tamen iis me contentum esse non oportere duxi, ipsosque Bibliothecæ Codices a me esse evolvendos statui, ut quidpiamne in iis pagellis desideraretur, quod addi posset, quidpiamne etiam perperam in iis notatum esset, certius deprehenderem. Evolventi igitur eos quotidie Codices mihi contigit, ut plura in illis notatu digna reperirem, quæ a præstantissimo *Mansio* in illo temporis nimium exiguo spatio, quo Cæsenæ fuit, detegi, ac observari non potuerant.

Quæ-

Quæcunque in Codicibus animadverterem, quæ mihi ſcitu digna viderentur, ea ſcripto comprehendebam, atque ita ſilvam quandam adnotationum ad Codices illos ſpectantium conſeci, qua vel ipſemet dumtaxat, vel alii etiam, quibus eam forte tradere voluiſſem, privatim uti poſſent. Denique quidvis aliud mente agitabam, quam ut accuratum Bibliothecæ Catalogum, qui Typis aliquando in publicum edendus eſſet, contexerem.

Interea cum eruditi homines, & ex his complures dignitate etiam conſpicui, paſſim ex omnibus fere Europæ partibus ad prædictam Bibliothecam inviſendam venirent, eorumque oculis rariores Codices ſubjicerem, & pleraque etiam iis oſtenderem, quæ in illis Codicibus habeantur, fruſtra alibi forſitan quærenda, factum eſt, ut ſæpe me hortarentur ad accuratum Bibliothecæ Indicem ſerio conficiendum, Typiſque vulgandum. Ad id inſuper quotidie ferme me impellebant ex domeſticis meis Religioſi permulti, decere, ut unus ex noſtris tam pretioſæ Bibliothecæ divitias panderet, prædicantes. Impellebant denique, & Cæſenates, atque hanc Patriæ eorum gloriam invideri a me querebantur. Horum ſane omnium vota plurimum apud me poterant, iiſque permotus, quæ tumultuario labore de Bibliothecæ Codicibus in Schedas meas dejeceram, digerere, Opuſque, quod quandam Catalogi ſpeciem præſeferret, utcunque, efformare; multaque alia Catalogi illuſtrationi opportuna adnotare cœpi. Sed cum rei feliciter expediendæ difficultatem magis, magiſque identidem intelligerem, conſiliumne Operis perficiendi dimittere, an ſtrenue ei inſiſtere adhuc deberem, hærebam, & hærere etiam perſeveraſſem, niſi poſtremo Eminentiſſimus, atque Reverendiſſimus Cardinalis Joannes Carolus Bandius Vigilantiſſimus Imolenſis Epiſcopus Pii Sexti Summi Pontificis Avunculus dubitantem me, meiſque viribus diffidentem excitaſſet, atque, ut Opus, quod ſane effectum habere videbar, perficerem, atque evulgarem, perſuaſiſſet.

Totum tamen Opus, benigne Lector, nondum abſolvere potui. Primum ejus dumtaxat Volumen (nam in duo Volumina partiendum illud duxi) a me utcumque ad umbilicum perductum, heic tibi exhibeo: ſecundum in quo totum Opus claudetur, quam primum daturus. Nulli omnino erunt in Bibliothecæ, qua de agimus, Pluteis Codices ſive Latine, ſive Græce, ſive Hebraice ſcripti, quorum Catalogus partim in hoc, partim in illo alio, quod daturus ſum, Volumine non exhibeatur; deſcribenturque a nobis Codices eo ipſo ordine, quo in Pluteis diſtributi reperiuntur. Quinam Auctores ſint Operum, quæ in Codicibus continentur, ubi id dubium eſt; quæ res in eis Operibus tractentur, cum Libri ſunt parum noti; a quibus Librariis, & quo tempore ipſi Codices ſcripti ſint, inquiremus, aut monebimus. De characterum etiam, quibus ſcripti ſunt, pulchritudine, ac qualitate, ac de initialium Litterarum, quæ multa ſæpe in iis cernitur, elegantia, quæ opportuna videntur, notabimus: cumque Anecdota haud pauca in iis Codicibus occurrant, ea, ubi breviora ſunt, intra ipſum Catalogi con-

textum

textum dabimus; ex iis vero, quæ longiora sunt, quædam ad calcem cujusque Voluminis rejiciemus; quædam inquam; nam nimis excresceret Opus, si omnia, quæ in iis Codicibus habentur, suntque adhuc, aut esse putamus inedita, in lucem protrahere vellemus. Quod spectat tamen ad ejusmodi Anecdota, mature monitum te, Lector, velim, ea a nobis cum suis nævis, sive erroribus, qui Librariorum culpa in illa irrepserunt, a nobis editum iri. Conqueri enim solent Viri docti fidem Manuscriptis non servari, lectionesque, quæ Editoribus vitiosæ videantur sæpe germanas, aut germanis multo, quam illas, quæ substituuntur, propinquiores esse. Nonnunquam tamen de vitio lectionis in Adnotationibus monebimus; sed nonnunquam, inquam; neque enim semper id faciendum ducimus, sive quod ea errata interdum sint, quæ monitore non egeant, sive quod non id otii nobis sit, ut diligenter expendere omnia, quæ in Anecdotis illis scripta sunt, possimus.

Opus igitur jam aggrediar, initium ejus ducens ab ea Bibliothecæ parte, quæ ad dextrum introeuntium latus sita est. Verum cum in ipso sane eximio Bibliothecæ Ædificio multa sint, quæ admirationem cujusque excitent; multa etiam, quæ ad Historiam non parum spectant; quumque præterea non pauci a me expetere sese jam pridem ostenderint, ut quæ de Malatestiana nobilissima Familia Scriptores tradiderunt, vel leviter saltem expendam, & a falsis vera sejungam, quinque Capita Catalogo Bibliothecæ præmittam. Quorum primum de Malatestiana Familia; secundum de Bibliothecæ Malatestianæ Conditore aget: Tertium Illustrium Virorum de ea Bibliotheca judicia continebit: Quartum Bibliothecæ ipsius, seu Ædificii, & rerum in eo spectatu dignarum descriptionem complectetur: Quintum dabit Monumenta, & Testimonia ad Malatestæ Novelli laudes spectantia. Sed jam ex his totius Operis cum rationem habeas compertissimam, non te verbis amplius immoror.

Si qua meis fuerint, & erunt vitiosa libellis
Excusata suo tempore Lector habe.



FR. JO. CAROLUS VIPERA ROMANUS

Artium, & Sacræ Theologiæ Doctor Totius Ordinis Minorum S. Francisci Conventualium Post Seraphicum Patriarcham Minister Generalis XC.

CUm opus, cui Titulus *Bibliothecæ Malatestianæ Catalogus Tomus I.* A P. Magistro Josepho Maria Muccioli Nostri ejusdem Ordinis, & Provinciæ Bononiensis Ex-Provinciali summo studio, & labore quasi e tenebris eductum, exquisitaque eruditione ornatum, & auctum, duo Ordinis Nostri Theologi, jussu nostro recognoverint, & in lucem edi posse probaverint; Nos publico Eruditorum commodo obsecuti, Typis tradendum, & evulgandum esse permittimus, si iis, ad quos pertinet ita videbitur. In quorum &c.

Datum Romæ apud SS. XII. Apostolos Kalen. Aug. 1780.

Fr. J. C. Vipera Minister Generalis.

Fr. Franciscus Antonius Oreccbio Secret., & Assist. Gener. Ord.

APPROBATIO

QUod Majores nostri diu, multumque exoptaverant, ut Nostrum aliquis texeret, ac vulgaret Catalogum Bibliothecæ Malatestianæ, quam sibi creditam a sæculo XV. Minorum Sancti Francisci Conventualium Cæsenæ Familia servat diligentissime, præstitit Pater Magister Joseph Mucciolus Vir in SS. Patrum, veterumque Scriptorum Operibus apprime versatus, mihique & patriæ Societatis charitate, & perantiqua necessitudine devinctissimus. Laudabunt alii, quod in tanta Codicum varietate nihil ad eorum illustrationem faciens sibi fugere passus sit, ac in id plane immensam eruditionis suppellectilem comportaverit ingenti sane labore, solertia incredibili. Ego jussus a Reverendissimo Patre Ordinis Nostri Generali Ministro attente Librum perlegi, ex quo cum haud mediocrem utilitatem Litteratorum Cœtui, nec parum laudis accedere existimem Nostrorum Genti, ex cujus veluti gremio adeo eximius thesaurus profertur, neque in eo quidquam a Catholica Fide, nihil absonum a Christiana Veritate, ac Pietate compererim, dignum judico, qui typis mandetur.

Dabam Ferrariæ ex Conventu S. Francisci Quinto Idus Junii 1780.

Fr. Laurentius Fusconius Ravennas Ordinis Minorum Conventualium Sacræ Theologiæ Doctor, ac Magister.

APPROBATIO

MAnuſcriptorum, quæ in noſtra hac Malateſtiana Bibliotheca adſervantur diu ab Eruditis exoptatum Catalogum ſumma animi voluptate ex parte jam video confectum opera, & ſtudio A. R. P. M. Joſephi Mariæ Muccioli Ordinis Noſtri Definitoris perpetuí, & in hac Bononienſi Provincia olim Moderatoris vigilantiſſimi. Juſſu itaque Reverendiſſimi Patris Magiſtri Joannis Caroli Viperæ Miniſtri Generalis primam hanc partem attente perlegi, & Auctoris in re tam difficili miratus ſum ſolertiam; in tam magna rerum varietate perſpicuitatem; in implexis ad ſeveriores Criticæ leges judicium; in conquirendis undique non dubiis Monumentis improbum laborem, diligentiamque; opus proinde & eruditionis copia, & rerum delectu vere præſtans; quapropter publici juris fieri optimum duco, novum Reipublicæ litterariæ allaturum lumen; eo vel maxime quod nihil a bonis moribus diſſonum, nihilque Catholicæ Fidei contineat adverſum.

Dabam Cæſenæ ex Conventu S. Franciſci Sexto Nonas Julii 1780.

Fr. Paullus Agellus ejuſdem Conventus Studiorum Regens.

APPROBATIO

QUum juſſu Illuſtriſſimi, ac Reverendiſſimi D. Joannis Baptiſtæ Bartholucci Vicarii Generalis Cæſenæ univerſum librum, cui titulus *Bibliotheca Malateſtianæ Catalogus Tomus I.* ab admodum R. P. Joſepho Maria Muccioli Min. Conv. S. Franciſci Provinciæ Bononiæ Ex-Provinciali &c. ſumma diligentia, ac diutina indagine elucubratum, Sanctiſſimi D. N. PII VI. Numini Majeſtatique dicatum diligenter perlegerim, nihilque in eo invenerim aut ab orthodoxa Fide abſonum, aut contra Principes, ac bonos mores; quinimmo varia eum, multiplicique eruditione refertum perſpexerim, ut & auctori ſuo, & Patriæ noſtræ, cujus præcipue varia monumenta vel noviter deteguntur, vel illuſtrantur certe quidem, decus & ornamentum augere valeat, ut typis mandetur, atque in vulgus emittatur ad eruditorum, atque antiquitatis amatorum non mediocrem voluptatem, atque utilitatem, dignum exiſtimavi.

Franciſcus Canonic. Tadini Reviſor, Doctor Sacræ Theologiæ Collegiatus, Examinator Synodalis, & Judex in Cauſis &c.

IMPRIMATUR.

Jo. Baptiſta Bartolucci Vicarius Generalis Cæſenæ.

APPROBATIO

QUo tempore ex muneris sui auctoritate Reverendus Admodum Pater Antonius Gatti hujus S. Officii Cæsenæ Vicarius hoc mihi negotium dedit, ut hanc Catalogi primam Partem Bibliothecæ Maletestianæ Patribus Minorum Conventualium concreditæ attente perlustrarem, judiciumque meum ad Sacri ritus normam proferrem, statim res mihi curæ fuit, & sollicitudini. Noveram plane, trecentis abhinc annis Thesaurum hunc Scientiarum, regium Monumentum adhuc veluti sepultum jacuisse, Virosque ceteroqui doctissimos, aliqua de eo, sed mendose publici juris fecisse, & nondum accuratum Catalogum notis, & illustrationibus prodiisse. Intelligebam proculdubio, hoc Opus allaturum esse rebus omnibus, quas Cæsena tenet, præstantiorem laudem, ideoque cum inter legendum perciperem, Doctrinæ profunditate, variarumque cognitionum suppellectile esse elaboratum, intimo sensu non mediocri perfundebar voluptate. Nihil namque ad tot. MSS. Codicum illustrationem conducens doctissimus Pater Magister Joseph Mucciolus Ex-Provincialis Ordinis Minorum Conventualium olim per novemdecim annos in hac celebri Cæsenæ Universitate solertissimus, atque indefessus Metaphysicæ Professor publicus, hujusque Indicis Auctor sibi fugere passus est: nihil enim in eo legitur, quod ejus grandem non prodat eruditionem cum rerum Theologicarum, & Polemicarum, tum Sacræ, & Profanæ Historiæ; nihil demum, quod ingentem ejus laborem, solertiamque incredibilem omnibus non patefaciat. Videbunt etiam Cæsenates ipsi quam sollicitus, & studiosus fuit in texendo Litteratorum Virorum Cæsenatum Catalogo, prout Instituti sui ratio postulabat, quotque investigationibus, ac elucubrationibus ipsum auxit, illustravit, atque nonnulla egregia eorum Opera saltem indicando e tenebris abstulit. Qua de re, cum ea quæ scribit inoffenso decurrant pede, omniaque rectæ Fidei, christianæ Pietati apprime respondeant, dignum Opus existimo, ut prælo committatur.

Fr. Franciscus Antonius Sabbatani Relig. Tertii Ordinis S. Francisci Exprovincialis, Examinator Synodalis, ac S. Officii Cæsenæ Consult. &c.

IMPRIMATUR.

Fr. Antonius Gatti Vicarius S. Officii Cæsenæ.



CAPUT PRIMUM

De Malateſtarum Familia.



Emo mihi ſuccenſeat, ſi antequam ad id, quod inſtituti mei eſt, progrediar, de Malateſtianæ familiæ exordiis, ejuſdemque progreſſu ad eam magni Nominis celebritatem, ad quam ſæculo reparatæ ſalutis XIII. aſcendit, hiſtoriam texo. Id a me, ſi minus aliud, expoſcit neſcio quis grati animi ſenſus erga Principes Seraphici Ordinis mei amantiſſimos. Videbor fortaſſe rem altius repetere, ſed paucis me expediam.

Anno Chriſti 1227. Honorio III. Pon. Max. vita functo ad ſublime Sacerdotii faſtigium ex omnibus Ugolinus Cardinalis Epiſcopus Oſtienſis nomine Gregorii IX. provectus fuit (a), illoque infeliciſſimo tempore furentes hinc inde, debacchanteſque factiones Guelforum Pontifici faventium (b), & Ghibellinorum Federico II. Cæſa-

A

(a) Rayn. Anno 1227. §. 13. 29...., Spondanus §. 2. 8.

(b) Azonius VII. Eſtenſis Marchio veluti caput factionis Guelfæ habitus eſt. Roland. coævus ſcriptor lib. 4. cap. 7.

Cæsari (*c*) sunt exortæ, quæ longe lateque diffusæ teterrima Italiam contagione perturbabant, atque in maximum adducebant discrimen, ita ut Civitas Civitati contraria; Provinciæ Provinciis essent adversæ. Familiæ quoque dividebantur; non Filio, non Patri, non Fratribus in una Domo consensus unus, non Consanguineis eadem voluntas. (*d*) Hæc potissimum in caussa fuere, ut si qui essent in Italia Viri consilio, dexteritate in difficillimis rebus peragendis, animique magnitudine, atque constantia in adversis ferendis exornati, iis, ad ipsius tranquillitatem studio, laboribus, armis promovendam, ad optima Sedis Apostolicæ jura strenue a tyrannide vindicanda; nec non ad sui Nominis gratam, quæ vix consenesceret memoriam relinquendam latissimus pateret campus. Cum itaque in Æmilia quamplurimi inter cæteros Viri patria, sanguine, & conditione conspicui (*e*) non vulgare nomen essent assecuti, quorum plerique Malatestæ appellati sunt; hi desiderio laudis, libertatis amore, Patriæ, avitarumque legum studio vehementer commoti partim cum Etruriæ Principibus, partim Urbini Comitibus (noodum enim magnorum Ducum splendido effulgebant honore, nec ducum) inito fœdere viriliter arma tractare, feliciter hostes vincere, & agere, & pati fortia prospero aggressi sunt eventu, ut non solum ab omnibus commendarentur, sed Prætorum, & Consulum dignitates obtinuerint. (*f*)

Neminem fugit post X. sæculum inter Nobiles fuisse numeratos & illos, qui etsi nulla fruerentur dignitate, a gloriosis tamen in re militari Atavis habuerant incunabula, atque in laudatissima arte illa quamplurima virtutis, & fortitudinis dederant exempla, ut vulgo *Capitanei*, *Milites*, *Valvasores* vocitarentur, (*g*) quæ certe nomina honore plena erant, & illis splendide discriminabantur. Verum non omnes, qui militiæ dabant nomen tanti fiebant, ut Milites dicerentur, (distinctio siquidem magna erat Milites inter, & Pedites) (*h*) sed illi qui equestri militia cum Peditum copia strenue armis dimicassent, unde postea cingulo honestabantur militari, & a Pontificibus, Imperatoribus, Episcopis, Ducibus, aliisque præstantissimis Viris Feuda obtinebant, cum hac tamen lege, ut illorum honorem defendendum, jusque tuendum susciperent. Hinc anno 1100. origo, & forma Ordinum Equestrium est constituta. Reperiebantur sane etiam Duces, Marchiones, & Comites, sed numero pauci, & nomina illa ad idem significandum usurpabantur, ut sentit Pagius noster. (*i*) Splendidis itaque hisce honoribus vel maxime excitati duo illi celebres Viri, hoc est Malatesta ille, a quo Familia, qua de agimus origioem habet, ejusque Filius eodem vocatus nomine, (*l*) qui prudentia, consilio, virtute, in bellicis præsertim negotiis, atque

(c) Ghibellinæ columen primum in Transpadanis fuit Eccellinus de Romano stirpis Teutonicæ Tyrannus, una postea cum Selinguerra Ferrariensi; *Iste sunt Civitates*, *supra quas* (annos 34.) *primus exercuit Tyrannidem Verona*, *Vincentia*, *Padua*, *Trevisium*, *Feltrium*, *Brixia*, *Tridentum*. Monach. Patav. in Chronic. inter Scriptores rerum Italicarum Tom. 8. p. 705.

(d) Blondus lib. 7. Decad. 2. p. 288.

(e) Vir in historia eruditus Excellentiss., & Reverendiss. D. D. Joseph Garampius, apud Germanos modo Nuntius Apostolicus in libro inscripto; *Memorie Ecclesiastiche appartenenti alla Storia del Culto della B. Chiara di Rimini;* Dissertatione VIII., in qua de ejus Beatæ Patria, & Familia agit, quædam etiam pag. 244. art. 6. de Malatestarum familia adnotat, hæcque scribit. *Bisogna riflettere, che anche questo era un nome proprio di molte Persone, di Paese, di Sangue,, di Condizione fra loro diverse.*

(f) Annal. Cæsen. anno 1290....... Chron. Mut. 1314.

(g) Ludovicus Muratorius in Antiqui. Estensibus part. p. cap. 5. pag. 25.

(h) Chron. Manuscriptum Genuæ Auctore Jacobo de Voragine, in quo non semel legitur: *Milites*, & *Pedites*...... Petrus Diaco. Chron. Cassin. lib. 4. c. 105. habet. *Quingentorum Militum*, & *triginta millia Peditum congregantes Exercitum*.

(i) Crit. Baron. ad annum 1095. num. 2.

(l) Chronicon manuscriptum apud suavissimum, & eruditum Com. Cæsarem Masinium hæc habet. *Già anticamente nel campo della penna dei Billi in Montefeltrio habitava un certo soldato di stirpe nobile, e di valor segnalato con qualche giurisdizione, mentre l'imperio si trovava in Italia, & ivi egli era tenuto gran Cap. di poi ei venne quà, dove acquistò gran possessioni, e ricchezze in Verucchio . . . Era chiamato Ms. Malatesta della penna dei Billi: Ebbe due figli Guido, e Malatesta, in questo tempo l'imperio dominava a tutta*

atque ſagacitate ceteris præſtabant, irrequietum ad gloriam gerentes animum, nec anguſtiis eorum Patriæ Veruculi (*m*) limitibus contenti ſæculo XII. labente Ariminum profecti ſunt, ubi non ſolum Ariminenſes (adſcitis Militibus, exercituque conſtituto) ad Guelfam partem ſumma cum dexteritate addoxerunt, qui antea parti Ghibellinæ contra Pontificum Jura adhærebant, unde anno 1283. a Martino IV. Summo Pontifice ſui Pontificatus III. Prætor electus fuit Malateſta illius Civitatis; (*n*) verum etiam ita feliciter Romanæ ſe Eccleſiæ comprobarunt, ita nullum officii genus, aut ſtudii; nullos labores, pericula etiam nulla vitæ, (etſi inter electa hujuſmodi ſemina infelix germen aliquando pullulaverit) nullam denique rem, quæ ad ipſius ornamentum, & laudem ſpectaret, prætermiſerunt, ut terra, marique ſplendidum eorum Nomen percrebreſceret, unde poſtea Malateſtæ Ariminenſes, vel de Arimino dicti fuere. (*o*) Et ſane Guido de Run Civis Cæſenas, Vir quidem maximi nominis apud homines cum ægre ferret Apoſtolicæ Sedis Auctoritatem multis in locis labefactari, Malateſtam de Arimino, & Polentanum de Ravenna ad illam vindicandam commovit. (*p*)

Ab anno 1250. invicta haud deſunt documenta, quæ Malateſtas crebris prædiorum emptionibus ad amplas perveniſſe facultates oſtendunt, (*q*) & pedetentim Viros evaſiſſe rei militaris peritiſſimos, ut ſibi magnam militum adſciſcerent copiam, multiſque ob evulgatam illorum famam ipſis nomen ſponte darent ad Tyrannorum furentium contundendam audaciam, & ob nominis celebritatem nonnulli vel temere eorum fortunæ invidentes, vel ex privilegio, aut tandem ob præſtita erga ipſos præclara facinora eorum vocari nomine *Malateſtæ* vellent. Hinc aliqua ex parte illud eveniſſe eſt exiſtimandum, quod apud veteres in more erat receptum, ut præſtantiſſimi Viri nomen ſuum in aliis tranſmitterent. Hæc res tot Antoninos inter

tutta l'Italia, & allora Rimini era chiamato il fiſco dell'Imperio, e ivi i Nobili della Città molte volte erano ſoliti a trattare i ſuoi negozi; e in particolare il ſopradetto Mſ. Malateſta . . . Morì Mſ. Molateſta . . . poi mancò Guido di minor età, ſopraviſſe Malateſta . . . . Fra tanto Federico primo Imperatore aſſediò Parma, e ivi dal Legato della Chieſa con aſtuzia del ſuo eſercito ſubitamente fu mandato in ruina l'anno del Signore 1248. *nell' Eſercito dell'Imperatore ci ſi trovarono molti Nobili Cittadini di Rimini, il che inteſoſi il Malateſta ne fece ritornare una parte, ſcacciato da Rimini dal ſopraſtante dell'Imperatore, ajutato dal Legato della Chieſa, qual ſi trovava nella Marca d'Ancona, & fece fuggire di Rimino il Vicario dell'Imperatore, in queſto tempo ſi diede principio alla ſua grandezza, e ad eſſere ſeguitato, & honorato da molti. Hora l'imperio cominciò a mancare, o ſminuire, e la Chieſa in Italia creſcere in riputazione, e dominio, e perciò il Malateſta (figlio di Mſ. Malateſta) abbandonò l'Imperio, e s'accoſtò alla Chieſa* -- In fine ejuſdem Chron. hæc extant. *Avendo io Tobia da Verona trovata queſta Cronica di Marco Battaglia Cittadino Riminese, huomo per quanto ho inteſo buoniſſimo, e di fede dogniſſimo ho voluto per eſſere ſervitore della Caſa Malateſta quella mantenere inſino a miei tempi: ſicchè tutto ciò, che io ho potuto cavare da ſcritture antiche, e vecchie, più brevemente, che io poſſo ho deliberato aggiungere alle coſe dette &c.*

(m) *Anno Domini MCCLXXXXVI. tempore D. Bonifacii VIII. tempore nobilis Viri Joannis nati Domini Malateſtæ de Veruculo Poteſtatis, & Capitanei pro Eccleſia Romana Penſanri.* Ita etiam legebatur in Arce dicta *Coſtantia Piſaur. . . . . Ex parte dilectorum filiorum Communis Arimini, & Nobilis Viri Malateſta de Veruculo.* Ita in bulla ab eodem Pontifice ſcripta ad Guardianum S. Franciſci de Arimino anno 1297. . . . . . Joannes XXII. in ſua quadam Bulla . . . . . *In Caſtro Veruculi, unde Malateſta originem traxiſſe dicuntur . . .* Blondus Flav. forol. lib. 4. edit. Veron. 1482. *Ad ſiniſtram Maridea, intus eſt, ut diximus Veruculum prima Malateſtarum Patria.*

(n) Epiſtola Martini IV., quæ in Archivo Pontificio ſervatur:

(n) *Contro Azzo VIII. Marcheſe d'Eſte, e d'Ancona, Signore di Ferrara, che tentava di mover guerra a Bologneſi, e Parmeggiani, ſi collegarono Alberto Scoto di Piacenza, Matteo Viſconti di Milano, il Commune di Breſcia, i Polentani di Ravenna, o i Malateſti di Rimino.* Ita in veteri Parmenſi Chronico ad annum 1297.

(p) Anon: Italus Hiſt. cap. 5. apud Murato. Rerum Italicarum T. 7. ſ. 500.

(q) Apud Equitem Claudium Pacium Membrana extat anno 1150. ſcripta, in qua prædia quædam memorantur, quæ Joanni Filio Malateſtæ cujuſdam in Emphyteuſim conceſſa fuerint. De quodam etiam Latifundio anno 1186. empto ab Ugone Maltalſone Ariminenſi conſtat ex vetere Inſtrumento in ea Urbe ſcripto, quod apud Olivetanos ejuſdem Civitatis Monachos ſervatur.

Cæsares dedit, tot Aurelios, Flavios, Constantinos, tot longa serie Othones, Henricos; putaverunt enim grata in vulgus nomina commendationem hominibus adferre posse. Et sane sicuti nominum mutationem in Malatestiana Familia pluries contigisse, hominum arbitror esse neminem, dummodo vel leviter historiæ limina salutaverit, qui nesciat; ita nomen fuisse frequentius in alios transmissum, & ex multitudine eorum, qui hoc nomen habuerunt, & ex peculiaribus Civitatum, Oppidorum, Terratumque memoriis mirum in modum fit compertum. Hoc etiam contigisse credendum est, filios veteris Malatestæ non amplius Malatestæ filios, sed de Malatestis dictos fuisse, ideoque nomen in cognomen transiisse; quemadmodum antiqua illa, & nobilissima familia de Ursinis primum filios habuit præstantes dictos de filiis Ursi postea de Ursinis; sic etiam illi Pocaterræ de Pocaterris appellati sunt, quæ Familia egregios Viros numerat Rhegii, & Mutinæ Prætores, (r)

De nominum pluralitate, eorumque derivatione, & cognominum, ut Cicerones a cicere ferendo, Lentulos a lente, Fabios a faba, & Malatestas a dura cervice, ut aliqui putant, utile erit legere præter doctissimos plures scriptores, qui Romanas antiquitates illustrarunt, eruditissimum Ludovicum Muratorium par. p. Cap. 5. *6.* Antiq. Æsten.

Malatestæ nomen potissimum in cognomen abiit, quum fama eorum undique percrebrescente non solum summo in honore habebantur, & aliquo potiebantur Civitatum imperio, verum etiam Duces invicti Cæsenæ, Arimino, Pisauro, Senogaliæ, Auximo, Recineto, Æsio, Asculo, Forosempronio, præter innumera Oppida, Castra, & loca a prædictis Urbibus intermedia dominabantur. (ſ)

At ne magis, quam par est, abuti Lectoris patientia videar, multa paucis complectar.

Anno 1229. Joannes vocatus Novellus, & Malatesta a Pisaurensibus ad pacem ineundam Ariminum missi fuere, quos ipsos paullo ante an. scilicet 1216. Senatus, Populusque Ariminensis, ea tamen conditione, ut communem omnium Patriam defendendam, tuendamque susciperent, (idque amplis sane modis præstiterunt) civitate donarunt, atque in Patriciorum numerum cooptati fuere. (t)

Anno fere 1250. filius eodem vocatus nomine Malatesta Arimini suam posuit sedem, una cum fratre suo Galeotto juniore, & Paullo Malatesta Filio vulgo dicto *il Bello*, qui cum fortissimi essent bellatores, maximamque adepti fuissent existimationem Civitatem illam a Ghibellina, ad Guelfam Pontificibus adhærentem factionem anno 1267. adduxerunt. Malatesta duos alios habuit Filios, Pandulfum, & Malatestinum natum Veruculi dictum de Malatestis, qui anno 1320. Dux fuit exercitus Bononiensis. (u)

Anno postea 1283. aliquod Ariminensis Civitatis dominium sunt assecuti, cum Martinus IV. ipsius Prætorem declarasset Malatestam, (accuratam non exhibet Epocham Clementinus Arimin. Historicus, dum scripsit electum fuisse in Prætorem an. 1288.) sed deinde ob præclaram erga Ecclesiam præstita officia, & res gestas, tam anno 1333. prope Ferrariam illo acerbissimo conflictu, & magna cæde, in qua illustres exercitus Duces in hostium potestatem venerunt, (x) quam alio postea anno videlicet 1353. (y) quo tempore Marchioni Francisco Æstensi Malatesta se adjunxit adversus ipsius Francisci Fratrem Aldrovandinum, & Castrum Portus Majoris occupavit, atque ob alia egregia facinora, tandem ab Innocentio VI. an. 1355. vero legitimoque Dominio fuere honestati ejus Urbis, dum Summus Pontifex in Italiam Ægidium Alvarum Albornotium Archiepiscopum Toletanum misit, qui Romanæ Ecclesiæ ditionem, qua armis, qua armorum metu intra quinquennium ab usurpa-
to-

(r) Murat. Rer. Ital, Tom. 10, f. 103.

(ſ) Murat. Rer. Ital. Tom. 10. f. 104.

(t) Authenticum Monumentum Arimini extat, editumque fuit a Clementino.

(u) Chron. Mutin. Murat. Tom. 2. p. 109. Rerum Italicarum,

(x) Auctor Anonimus Chron. Rom. Cartus. Histor. lib. 5. cap. 3.

(y) Muratorius Par. 2. cap. 5.

toribus vindicavit, eique facta fuit facultas eligendi Malatestam, & Galeottum in Arimini Dominos, Fratres, item filiosque Malatestas. (z) Huic autem Dominio præstitutum decem annorum spatium fuisse, monumenta vetera ostendunt; non duodecim ut putavit Villanus Hist. lib. 5. cap. 45.; neque parvo censu, ut ipse scripsit, sed Florenorum aureorum sex mille. Urbanus V, successor Innocentii die 15. Februarii 1360. ad alios decem produxit annos. (a)

Galeottus, qui tunc Arimini Dominio fruebatur, Cæsenam quoque obtinuit. Nam anno 1378. die 20. Decemb. *Rector Civitatis Cæsenæ de voluntate B. Urbani VI. tradidit Dominium dictæ Civitatis D. Galeotto de Malatestis, cujus castrum postea per vim habuit, quod tenebatur pro D. Antipapa, qui dictam Civitatem in exterminium jam posuerat.* (b) A Cæsenatibus fuit humaniter exceptus ob animi magnitudinem, & æquanimitatis famam evulgatam, præcipue cum Cæsenates, qui post excidium Britonum Ariminum confugerant, humaniter liberaliterque habuisset. (c)

Anno 1391. Bonifacius IX. die 2. Januarii annuo censu 700. Florenorum Cæsenam, Senogaliam, Meldulam, Castrum novum, Dugariam, Sanctum Arcangelum, Sestinum, Pergolam, Donatum, & Fanum dedit in dominium Carolo, Pandulfo, Malatestæ, (idest de Malatestis) & Galeotto filiis Galeotti, qui è vita decesserat. (d)

Cæteris modo prætermissis, quæ ad rem meam non faciunt, Galeottus omnium primus de Malatestiana Familia Dominus merito Cæsenæ dici potest. Andreas, sive Malatesta de Malatestis fuit II. an. 1386. Pandulphus ipsius frater III. anno 1417. Cum autem Pandulphus tres habuisset illegitimos Filios a Martino V. legitimos factos, fueruntque Robertus Arimini Princeps, Sigismundus Fani, Dominicus ultimus Cæsenæ Princeps; in istis hæc dominatrix Familia suum recognovit occasum.

Si quis unquam fuit, qui emendatum in tanta rerum obscuritate, luculenterque digestum Genealogicum ipsius Familiæ schema tradiderit; sane primum tenet locum Joannes Braschius Nisiben. Archiepiscopus Opere inscripto *Mem. Cæsen. sac. & prof. cap. XXIII. pag.* 227.

Huc e re nata exhibeam oportet Inscriptionem illam marmore incisam ad vetustæ Ecclesiæ prospectum Ordinis mei Veruculi, quæ hæc habet.

D. O. M.

HOC. TEMPLVM. FVIT. INCH.[m] AÑO. D. MCCCXX.
EX. CÕCESS. SVM. PONTIF.[e] IOAN.[s] IN. CIVITATE.
AVENĨOS. AD. INSTĨA. NOBILIVM. VIRORVM.
DD. DE. MALATESTIS. Q. VERBA. PREDICTI.
POTFĨS. EX. HAC. TERRA. VERCHĨ. ORIGĨEM.
TRAXISSE, DICṼT, EORVM. SVPTB. CONPLETṼ.
VNA. CVM. MONASTERIO. VETUSTO. OB. SINGV
LARẼ. DICTOR. ILL̃R. DD. ERGA. S. FRANCṼ.[m]
DEVOTIONẼ. F. F. COV. VÆS.
PO.

Plura

(z) In Archivo secreto Vaticano egregia monumenta extant ad hujus Familiæ laudem spectantia, de quibus Clementinus loquitur pag. 54. 55.

(a) Bulla hac de re servatur in Archivo Urbis. Armar. 42. Tom. 43. pag. 63.

(b) Chron. Æstens. sub anno 1378.

(c) Jacob. Villan. Arimin. Rubrica fol. 569.

(d) Bulla qua quattuor Galeotti Filii investir. ad annos novem fuerunt. extat in Archivo Vaticano.

Plura persequi non oportet. Ast quum vetusta illa de origine e Veruculo Malatestarum opinio a decimo secundo sæculo ad quintum decimum usque a Scriptoribus recepta, multisque monumentis defensata, deseri postea a multis cœperit, ita ut doctissimi magnique nominis Viri non e Veruculo, sed a Germania derivasse tradiderint, scilicet Tarchagnotus, Volaterranus, Sabellicus, Leander Albertus, Sigonius, qui Othonem III. Imperatorem, dum Ravennæ esset, Malatestam quemdam feudis aliquot in Romaniola anno *990.* honestasse scripserunt, hac de re quid verosimilius sentiendum sit a nonnullis præcipue desideratur. Me piget dissertationem, ut fidem servem, parare non posse. Verum breviter quæ dici posse a me hac de re videntur, afferam, sperans ea ad antiquam sententiam confirmandam non parum ponderis habitura. Quod si non aliud etiam mea hæc investigatio consequetur, quam ut major aliqua circa alterius opinionis veritatem dubitatio oriatur, id & mihi sufficeret.

Præter ea, quæ superius pag. 3. in adnot. (m) produximus, hæc etiam consideranda sunt. Anno 1195. die 10. Junii Instrumentum Arimini in Episcopalibus Ædibus fuit scriptum, quo Marchoaldus jam Prætor illius Civitatis electus pacis, & unionis fœdus inivit cum aliquibus Romandiolæ Civitatibus, & ad ejus finem legebatur.

Testes rogati fuerunt Petrus Traversari, Malatesta de Veruculo.

Ita Historici Arimin.... Msta Villani, & Rubeus lib. 3. Hist. Raven. fol. 361.

Pluribus in Membranis Archivi Ecclesiæ Ravennatis hæc verba extant. *Malatesta de Veruculo*; quarum ex una (nam reliquas mitto) quæ scripta fuit anno *1276.* sequentia afferre liceat; *Hermannus Potestas Arimini cum consensu &c. fecit Procuratorem Berlenghbarium de Amorosis Civem Ariminensem ad compromittendum in Bonifacium Archiepiscopum Ravennæ, ut pacem firmaret inter Ravennates, Malatestam de Veruculo, Dominos de Plega amicos communis Arimini, Malatestam de Comitatu Feretrano, & Civitatis Cæsenæ, Cerviæ, Foropompilii, Faventiæ, Meldulæ, Castri Novi, Brittinorii, & omnes alios amicos de Provincia Romandiolæ.* An non ejusmodi Membranis fides præstanda? An non hæ Malatestarum produnt originem? Missa facio documenta illa, quæ in publicis aliarum Civitatum, Terrarumque Archivis servantur, in quibus observandum venit Malatestas, antequam Principatum essent assecuti, in subscriptionibus primum non tenere locum; quod sane contingere haudquaquam potuisset, si inter Dynastes, ac Germaniæ celebres Primates, atque in Italia cumulate extitissent honestati, ut honestatos ii scribunt, qui eorum originem a Germania repetunt.

In vita Beati Joannis Gerli, vel ut alii legunt Guerulli Veruculensis Canonici Cathedralis Arimini, qui vixit sæculo XIII. & anno 1310. ultimum sanctissime clausit diem, monumenta sunt certa, quibus ostenditur, Beatum ipsum Malatestam de Malatestis civem suum appellavisse, qui tunc Dominio Arimini fruebatur. (e)

Quid plura? Dantes de Malatesta II., & Malatestino Filio, qui Equitem Montagnam in deterrimam, omnibusque miserandam conditionem adduxerunt, cecinit. (f)

Il Mastin vecchio, e l' novo di Verucchio.
Che fecer di Montagna il mal governo

Tandem adnotare præstat, Blondum Foroliviensem, cum in loco illo, quem superius attulimus, scripsit; *Prima Malatestarum Patria Veruculum*, id scripsisse eo tempore, quo Dominicus Malatesta Novellus inter vivos erat, Principatumque Cæsenæ gloriose tenebat. Scriptor ille emunctæ naris hæc non ita absolute enarrasset, nisi, vel constanti populorum traditione, vel certis, quæ præsto illi essent, Monumentis se nisi vidisset.

Sed de his hactenus. Veniamus modo ad breviter examinanda ea, quæ ad pro-

(e) Fr. Christophorus Capuc. in Vita B. Joannis pag. *6.*

(f) In cantu 27. Inferni.

promovendam novam alteram opinionem ab eruditis Historicis scripta fuere. Sigonius hæc habet. (g) *Aprili Mense Ravennæ Otho fuit, atque ibi Marchionis Montis ferrati filios, Cevæ, Salutiarum, Boschi, Ponzoni, Caretti, & Buschæ Marchiones effecit, & Malatestam quemdam, Germanum nonnulli fuisse perhibent, feudis aliquot in Romaniola honestavit, a quo nobilis Malatestarum Familia in hunc usque diem est in ea provincia propagata.* Non absimili modo Sabellicus (h), & Volaterranus (i) scripserunt.

Leander vero ita scripsit. (l) *Fu soggetta, parlando della Città di Rimini, agl' Imperatori, ed alli Malatesti fatti Vicarj di quella. Il primo de' quali fu Malatesta Tedesco instituito Vicario di essa da Ottone Terzo Imperatore, e donogli molte Castella, ed altri luoghi per le sue virtù, che fu nel mille, e due anni, dopo che Cristo pigliò la carne umana &c.* Tarchagnottus habet. (m) *Nel tempo d' Ottone Terzo vogliono, che avesse in Italia la nobil Famiglia di Malatesta principio, e che di Germania venissero, e servissero molto l' Imperatore in opprimere in molti luoghi d' Italia i Tiranni. Onde n' ebbero in dono Arimino, Cesena, e molti altri luoghi di Romagna, che poi i loro discendenti con non piccol lor gloria tennero.* Jam vero celebratissimi tres primi Scriptores, Volaterranus, inquam, Sabellicus, Sigonius non ex sua sententia Malatestam Germanum esse dixerunt, sed ut nonnulli perhibent, nec documenta, neque Mss. exhibent ad suam opinionem defendendam. Hæc autem assertio est ne pluris facienda, quam monumenta ad veterem sententiam tuendam? Minime gentium. Leander autem Albertus, & Tarcagnottus in eo certe falluntur, quod Malatestas Ariminum ab Othone III. obtinuisse scribant, cum ex iis, quæ produximus anno solum 1355. Malatesta, & Galeottus Arimini Domini facti fuerint. Sed quid? Scriptores cæteroqui doctissimi temere hanc invexerunt opinionem? Absit. Non multo ante e latebris cujusdam Romani erutum fuisse perhibent Diploma a Federico Barbarossa Imperatore an. 1185. Spoleti in Episcopatu datum, quo Roberto Malatestæ, filiisque, & successoribus ejus Ariminense Dominium confirmatur ab Othone III. jam antea concessum, illudque tanti apud aliquos fuit, ut primæ sententiæ traditione comprobatæ valedicere non dubitaverint. Ast ex his non inde illud sequi, quod fidenter nimis, faciliterque subinde scriptores ad nos usque demandarunt, cuivis qui & tempus, circumstantias, gestaque attentius ad animum referat, erit perspectum. Etenim Spoleti Civitatem miserrime armis, atque furore Federici anno 1185. jam a fundamentis subversam remansisse, & nonnisi (teste Leandro in descriptione Italiæ) anno 1324. reædificatam historici unanimi sensu tradunt. Hinc Cl. Anna. Ecclesiast. Parens Baronius partem Epistolæ ejusdem Imperatoris exhibet, (n) quæ haber. *Inde cepimus Spoletum, & Civitatem illam, quæ pæne centum turres habebat vi cepimus, & igne, & gladio funditus eam destruimus.* Si humi straverat Victor, qui solam extitisse Episcopalem Ædem credet? Epocha illius Regii privilegii constituitur anno 1185., sed quid unquam inverosimilius? Baronius ipse, nec non cl. hist. Ravennæ Hieronymus Rubeus, aliique permulti certis ostendunt documentis non Spoletum, sed Veronam Federicum petiisse ad gravissimas res pertractandas cum Romano Pontifice, atque Galliam perlustrasse Cisalpinam. (o) Accedit etiam illud gravius incommodum, quod in illo Diplomate, dicatur. *Roberto, filiisque, & successoribus ejus Dominium Arimini confirmatum*; cum tamen ex chronicis tabulis illius ævi certo constet, Petrum de Traversariis Comitem Arimini anno 1198. fuisse, & dum loquuntur scriptores de fœdere cum Ravennatibus ab ipso facto, altum apud ipsos est Malatestarum silentium, & Rubeus addit, (p) *Henricum sextum filium Federici jam mortui reddidisse unicuique a suo Patre abla-*

ta,

(g) De Regno Italico lib. 71. fol. 337.
(h) Apud Sansovinum lib. de Origine Familiarum Italic. illustrium fol. 220.
(i) Lib. Geographiæ 6. sub tit. de Picentib.
(l) Descriptio totius Italiæ, Romand. Umb. Sen. Gal. Tog. pag. 267.
(m) Historia Mundi lib. XI. par. II. pag. 252.
(n) Ann. Eccles. T. XII. sub anno Christi 1185. pag. 775. edit. Rom.
(o) Lib. VI. Hist. Ravenn. pag. 317.
(p) Lib. VI. pag. 364. & 379.

ta, & sic omnium animos sibi conciliavit, atque Duci Marchoaldo, qui Arimini dominabatur, & Provinciæ Romandiolæ Dynastiam reservavit. Quid vero? Antiquiores (eodem loco Baronius.) *Cronographi ter in Italiam venisse ipsum Othonem III. tradunt. Nos autem pro virili tres ad invicem diversos adventus in Italiam distinguentes, quæ in unoquoque gessit hic describendum curavimus.* Nullam in eorum adventuum accurata narratione de illa Malatestis facta donatione habet mentionem. Aliud ejusdem Henrici Diploma lego, quod multum ad rem meam facit. *Jam dudum Domini Pipinus, Carolus, Ludovicus, Otho, & itidem Otho Filius ejus prædecessores nostri per donationis paginam consulerunt B. Petro Apostolo, & prædecessoribus vestris totam Æmiliam, hoc est Ravennam, Cæsenam, Ariminum, Forolivium, Faventiam, Imolam &c..... cum omnibus finibus, & territoriis &c.... has igitur supradictas donationes confirmamus, & Civitates, & Territoria vobis offerimus, ut in vestro permaneant jure, atque ditione, & neque a nobis, neque a successoribus nostris per quodlibet argumentum, in quacunque parte vestra potestas imminuatur.* Baronius Ann. Eccles. Tom. 10. sub anno Christi 997. pag. 918., & sub anno 1014. pag. 48. Igitur parvi pendenda Gregorii Leti opinio, qui commentus est, (*q*) binos fratres de Malatestis ex Germania cum Othone venisse, & Cæsenam, atque Ariminum in potestatem ab ipso obtinuisse.

Ut autem in tanta rerum multitudine, brevius quantum fieri potuit exposita, dicam quod sentio. Malatestas a Veruculo Othonis III. temporibus non minus quam Montisferrati Marchiones, de quibus Sigonius, aut certe non multo minus præclaros extitisse pronunciare non dubito, ac proinde ab ipso Imperatore ob aliqua præstita officia nonnullis feudis remuneratos. Quoniam autem, ut omnibus notum est, sæculis illis duobus XI., scilicet, & XII. ob plures causas vastata, ac perdita quamplurima ex re quacunque fuerunt, non amplius de Maletestarum Familia scripsere Historici, merito usque ad illud tempus privatam ab ea actam vitam poterit existimari, quæ subinde gloriosius cœperit germina emittere, & in florentem postea, ut demonstratum est, excreverit arborem. Illud etiam, quod Polentanis, Fagiolisque evenisse Scriptores tradiderunt, qui propriis Oppidis, ubi incunabula sortiti erant, derelictis, nomen Patriæ suæ servaverunt; de Malatestis etiam factum est, ut Malatestæ Veruculenses dicerentur, Verum cum Dominium, & Civitatem Arimini fuissent assecuti, ibique sedem posuissent; sicut, & Pennæ dominati sunt, modo de Arimino, modo de Penna in instrumentis fuerunt etiam nominati. Ast pluribus opus non est: qui plura desiderat, opusculum adeat inscriptum supplem. Chron. Veruc. Philippi Antonini Canon. Sarsinat, cap. 6. pag, 51, & præcipue illius Operis finem. Ille namque Auctor hanc spartam suscepit, atque ornavit.

Ad majorem tandem historicæ rei veritatem distinguamus oportet illius familiæ genus, cui subinde Principatus accessio facta est, quæ præter recensitos nobiles præclarosque milites generosum Bellatorem Joannem Malatestam tempore Bonifacii IX. anno 1399, (*r*) enumerat, necnon magnificum D. Rambertum Syllani Comitem, cui nuncupavit librum suum secundum Epistolarum Franciscus Ubertus Poeta Cæsenas, & de quo cecinit,

Tu Malatesteo genitus de stemmate magnus,
Tuque Eques illustris, conspicuusque Comes.

Uterque autem sine ulla dubitatione ab illa radice, ex qua familia, prodierunt; distinguamus, ajebam, ab aliis, qui sanguine, conditione, & loco erant distincti, quamvis nobiles de ordine, ut ajebant, equestri, & patricio. Franciscus namque ille Catalani Malatestæ Filius non ex illo familiæ Principis fuit genere, ejus-

(*q*) Ceremonial. p, 3. lib. 2. f. 185.

(*r*) In Archivo S. Archangeli Patriæ meæ instrumentum extat anno 1309. die 4. Martii sedente Bonifacio IX. Pontifice de quibusdam rebus scriptum, quas detinebat generosus Vir filius nobilis, & egregii Militis Joannis de *Malatestis* de Arimino.

ejusque filia Cæcilia nupta D. Francisco Ripa, (ſ) quippe quæ fuit Atava D. Prioris Joannis Nicolai Ripæ, qui functus eſt Romæ munere Secretarii præcelſi, & ſacri Collegii RR. DD. Patriarcharum, Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum ſolio Pontificio Aſſiſtentium.

Plures hujuſce generis præclariſſimos Viros, ſtrenuoſque Milites celebrat undique fama, quorum in hac noſtra Æmiliæ parte ab Æmilio Scauro poſt Ligures bello ſubactos ita dictæ, marmoreæ Inſcriptiones ſplendidæ in Terrarum, Oppidorumque muris ſæpe conſpiciuntur. Aſt has inter non evulgatas duas Jacobi Malateſtæ Leonidi Filii marmore inciſas ſupra Roncofrigidi Portas, quarum altera ad Septentrionem, ad Orientem altera reſpiciunt, ſolum exhibebo. Prima eſt,

IACOBVS. MALATESTA. LEONID. F. MONTIS. COCCORV. ET. C. COMES. MVNERE. PII. V. PONT. MAX. ROCOFR. ET. MONTISIANI. MARCHIO. I. AB. EO MAXIM. HONORIB. AC. DILECT. DECORATVS. QVI. ARDENTE. TVRCICO. BELLO CONTRA. VENETOS. A. REP. MAX. AFFECTV. CONVOCATVS. PVGNAS. IN. TVR. SOLO. MAX. CLADE. CAPT. COSTA. AD. SELI. POSTEA. I. TVRRI. POTI EVXINI. ADD. FVIT. IN. LIBR. RESTITVT. INTVITV. CHRISTIANISS. REGIS. ET. POSTVL. PON. TEPLM. BEATÆ. VIRGINI. COCCV. EREXIT. POSTEA. OPIDO. HVIC. HANC. PARTE. AVXIT. ILLVD. RELIGIONIS. HOC. ANIMI. SVI. MONVMETVM

M. D. L. XXVII.

Secunda,

PORTA. PIA. A. IAC. MAL. LÆON. F. I. MAR. Q. NVNCVP. ET. RESTAV.

M. D. LXXXV.

Nunc & officium, & locus expoſtulat, ut hæc in laudem Cæſenæ Principum breviter ſcribam.

Vix Galeottus primus Cæſenæ Princeps vita exceſſerat, cum Epiſtolæ Principum Ætruriæ ad illius filios ſunt perlatæ in hæc verba.

Magnifici Viri. Lugubres, & funeſtas litteras veſtras triſtes accepimus, quibus vobis obitum cariſſimi Fratris noſtri D. Galeotti maximo noſtro dolore ſcripſiſtis.... Dolemus igitur noſtris, & veſtris incomodis; dolemus ſacroſanctæ Eccleſiæ cladem, & diſpendium Italiæ: & totius Reipublicæ detrimentum. Cecidit igitur fortiſſimus Dux, Auſoniæ decus, Eccleſiæ propugnaculum, conſilii maturitas, rei militaris ſcientia, unicum noſtri temporis fidei, & integritatis exemplum...... Maximum enim habetis ad amplitudinem, & gloriam, exemplum, & ſtimulum, quem in tanto paterni luminis ſplendore debeatis, & in oculis quaſi theatro Italiæ obſervare. Nos autem perpetuo erga vos noſtrum ſtudium, opes, fortunas omnes pollicemur. Eſtote unanimes, ne aliquando imperio excidatis. Valete. (t)

De Andrea dicto Malateſta de Malateſtis Galeotti Filio Cæſenæ Principe II. pauca dicam. A Bonifacio IX. Pontifice Maximo ad compeſcendam Populi Romani ſeditionem Romam miſſus, illius poſtea Urbis Senator eſt renuntiatus. Deinde ab Alexandro V. conſpicuo Eccleſiæ Vexilliferi honore eſt inſignitus, & aurea donatus Roſa, quæ nonniſi magnis Principibus in præſens donari ſolet. (u) In Bulla Bonifacii IX. quædam in ipſius laudem extant. Solum principium ejus afferam.

 Boni-

(ſ) Diſcitur id ex Teſtamento die 6. Decembris anni 1570. publice ſcripto a Joanne Janinio Tabellione Veruc.

(t) Epiſtolæ Principum fol. 7.

(u) Claram. Hiſt. Cæſenæ lib. 10. fol. 645.

Bonifacius Episcopus Servus servorum Dei Venerabili fratri Episcopo Britino. Salutem, & Apostolicam benedictionem. Eximiæ devotionis affectus, quem dilectus filius nobilis Vir Malatesta quondam Galeotti de Malatestis natus (Andreas) ad nos, & Romanam gerit Ecclesiam, non indigne meretur, ut votis suis, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuamus, (x)

Pandulphus Andreæ frater III. fuit Cæsenæ Dominus, strenuus, & fortissimus militiæ Dux. Quum Brixiam occupasset, & Bergomum, equestribusque Ducum Mediolani aciebus præfuisset, ob bellicam virtutem tantam Barnabæ Vicecomitis subiit invidiam, ut periculum fuerit, ne ab ipso, nisi prospere res cessissent, e medio tolleretur. (y) Referunt etiam Historici S. M. Ecclesiæ Antesignanum fuisse, atque Bononienses ad obedientiam Sedis Apostolicæ, a qua recesserant, revocasse.

Ultimus Cæsenæ Princeps, & IV. fuit Dominicus dictus Malatesta Novellus de Malatestis Pandulphi Filius, de quo quamprimum multa tradenda erunt.

Istiusmodi autem præstantissima Familia non solum armis, consilio, regimine, atque potentia, quibus Dominium amplificavit, & auctoritatem in tanto Italiæ discrimine; verum etiam magnificis Ædificiis in nostris hisce Æmiliæ Civitatibus, Terris, Oppidis splendidum nomen, immortalemqne memoriam sibi comparavit. Arces ab eo fortissimæ constructæ, constructi & Pontes Metauri, & Sapis fluminibus insidentes ad felicem transitum, aquarum alvei inter Montium cavitates ducti ad molas frumentarias, præcipue ille summis constructus expensis a Dominico Malatesta Novello, qui aquas ministrat tribus molis frumentariis Cæsenæ adjacentibus ab Occasu, ob quas magna illi Civitati accedit utilitas. In Terræ S. Archangeli Arce, ejusque muris hæc legitur inscriptio.

SIGISMVNDVS. PANDVLFVS. MALATESTA
PAN. F. ARCIS. HVIVSCE. TVRRIS. ET. MVRO
RVM. AMBITVM. VSVI. ET. INCOLARVM
TVTELAE. EORVM. AC POSTERITATI
FACIVNDVM. CVRAVIT
AN. MCCCCXLVII

Altera in Arce Patriæ suæ Veruculi hæc habet.

SIGISMVNDVS. PANDVLFVS. MALATESTA.
PAN. F. EMINENTEM. HANC. AD. ARCENDOS
VNDIQVE. HOSTES. RVPEM. MVRORVM
CIRCVITV. ET. SVPERAE. INFERAEQVE
ARCIS. ERECTIONE. COMMVNIVIT
AN. MCCCCXLVIII.

Ita etiam mœnia Civitatum modo ædificata, modo instaurata, Nosocomia ad Infirmorum valetudinem, & infantulorum expositorum piam susceptionem, (z) & Templa condita, præcipue illud S. Francisci a Sigismundo Arimini Principe extructum

(x) Exemplum illius Bullæ affervatur in Archiv. Cæsenæ Episc. an. 1402. die 14. Mensis Septemb. Multa ibi sunt observatione digna.

(y) Braschius mem. Cæsen. sac. & prof. cap. XXII. num. 40.

(z) Claramontius Hist. Cæsen. lib. 6. f. 730.

ctum architectura, marmoribus, sculpturis, statuis munificentissime exornatum, (a) ut artis opus singulare videatur. Hinc in Numismate illius ædificii tempore cuso legitur.

Ex parte una. *Sigismundus Pandulphus Malatesta Pandulphi Filius.*

Ex altera. *Praeclarum Arimini templum. Anno gratiæ. V. F.* (b)

Isthæc omnia sunt monumenta invictissima munificentiæ, Potestatis, & amplitudinis Principum illius præclarissimæ Familiæ, quæ in difficillimis Romanæ Ecclesiæ temporibus non solum obedientiam, sed & opem, & manum, & arma ad eam ulciscendam, tuendamque sæpissime præstitit; (c) & quoniam hi Principes liberalium artium cultores, scientiarumque Mæcenates extiterunt, Cæsenæ Bibliothecam disciplinarum omnium domicilium, illiusque Civitatis perenne decus, & ornamentum ingenti sumptu extruxere, atque Minoribus S. Francisci Conventualibus tenendam, servandamque tradiderunt; de illa jam, & ante cætera de illius conditore dicamus.



 CAPUT

(a) Clar: Lucas Holstenius in itinere suo Mſ., de quo alibi: *Discessimus Ariminum, ubi monumenta visu digna spectavi, Arcum Augusti, Ecclesiam S. Francisci a Sigismundo Malatesta ædificatum, ubi monumentum Themistii Philosophi ex Peloponensi allatum.*

(b) Siglæ V. F. certe significare puto *Vivens fecit*, non ut alii legunt *Veruculensis*, vel *Votum fecit*.

(c) Comes Vincentius Masinius Cæsenas perdoctus Eques ad locum illum elaborati sui Poematis *del Zolfo*, in quo hæc cecinit.

e chiostri, e moli
Coloro alzar, che moderaro il freno
Lunga stagion del Popolo feroce
Sprezzator de' Tiranni, il qual poi vera
Gode felicità da che tranquillo
Sotto le Auguste Chiavi si ripose.

Ad hunc inquam locum (pag. 17. edit. Bonon. anni 1762.) adnotationem apposuit, in qua Ædificia memorat a Malatestis Cæsenæ Principibus exstructa. Quod in eadem adnotatione legitur, Vicariatum ejusdem Urbis ab Urbano IV. concessum fuisse, id vel Librarii, vel Typographi mendum esse non dubito. Neque enim ab Urbano IV., sed ab Urbano VI. illum Galeottus obtinuit.

CAPUT SECUNDUM

De Bibliotheca Malatestianæ Conditore.

BIbliothecæ, de qua loquimur, Conditorem fuisse Principem illum Pandulphi Filium Dominicum Malatestam Novellum, neminem fugit: Miror Patrem Waddingum, cæteroquin doctissimum, nescio quibus conjecturis innixum in Annal. Minorum ad annum MCCL. (*a*) tantam huic Principi laudem eripere, dum Sigismundum, qui major natu Malatestæ Novelli erat Frater, celebrem illam Bibliothecam extruxisse, egregiisque manuscriptis locupletasse contendit. Major mihi olim subiit admiratio, cum a Joanne Blanco celebri Ariminensi Viro, audivi in ea eum opinione fuisse, ut crederet Andream II. Cæsenæ Principem illam condidisse Bibliothecam. Verum ad omnem hac in re dubitationem tollendam, operæ pretium est ea exscribere, quæ in authographo ipsius Dominici Malatestæ Novelli Testamento, quod penes me extat, leguntur. Principium, ac partem illam, quæ ad Bibliothecam pertinet, postremaque verba fideliter dabo, ne longior sim, quam par est.

„ In nomine Dei Creatoris anno ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi „ 1464. die Lunæ quinta Mensis Aprilis. Indict. XII. Rivoalti in contrada Sancti „ Jacobi de Loro Illustrissimi Domini Ducis Mutinæ; Divinæ inspirationis donum est, „ ac perinde mortis tributum, ut antequam superveniat mortis indicium quilibet sit „ solicitus in sua ordinatione, ne incautus occumbat, cunctaque indisposita, & inor- „ dinata relinquat. Igitur ego Malatesta Novellus de Malatestis Cæsenas Christi Jesu „ gratia sanus mente, & intellectu, licet corpore languens timens ne intestatus decé- „ dam, & mea saltem in aliqua parte indisposita, & inordinata remaneant..... Vo- „ cari feci ad me Hieronymum de Nicola Notarium Venetiarum, ut manu scriberet „ Testamentum, pariter, & compleret post obitum cum clausulis, & conditionibus „ opportunis secundum morem Venetiarum. In meo quidem testamento constituo, & „ esse volo meos Commissarios spectatissimos, & clarissimos Dominos Procuratores S. „ Marci a porta nuncupatos de ultima, qui, secundum quod ordinavero dari infrascri- „ pto Testamento, ipsi post obitum meum exequi debeant, & adimplere. In primis „ quidem recomendo animam meam Altissimo Creatori.... Item volo, & ordino.... „ Item dimitto Bibliothecæ Conventus S. Francisci de Cæsena, *quam fabricari feci* „ singulis annis ducatos centum aureos, qui distribuantur, & erogentur pro conserva- „ tione illius Bibliothecæ, & Librorum, qui in ea sunt, nec non salario, & merce- „ de Magistri conducti ad legendum Fratribus studentibus in eodem loco, quam vo- „ lo esse librarum triginta monetæ de Cæsena, & teneantur Commissarii mei anno „ singulo mittere Cæsenam dictos ducatos centum Aureos ministrandos Custodi Con- „ ventus prædicti, & duobus Civibus Cæsenatibus, qui omnes Sacramento adstringan- „ tur, quæ superabundabunt pro adjunctione Bibliothecæ, librorum, & salario Magi- „ stri, & expendi pro eorum constructione, & reparatione Ecclesiæ, & Conventus, „ & aliis necessariis pro Bibliotheca, Ecclesia, & Conventu prædictis......

Deinde sunt testium nomina, & finem hisce verbis imponit. *Volui manu subscribere, & bullo ceræ hoc folium communiri, & propterea plenissimam auctoritatem, potestatem do, tribuo, atque confero suprascriptis meis Commisariis s. in forma plane consueta.* (*b*)

Ego Hieronymus Notat. suprascriptus rogatus subscribere scripsi.

Non

(a) Num. II. Edit. vet. sed 19. in Edit. noviss.

(b) De aliis, quæ continet, alibi sermonem instituemus. In eo non pauca obscuriuscula sunt, lectuque haud parum difficilia, cum ob fugientia Characterum vestigia, & siglarum multitudinem, tum ob abbreviaturas, litterarumque conformationes.

Non igitur verbis est opus. Bibliothecam excitavit, construxitque Dominicus Malatesta Novellus de Malatestis, non autem Andreas. Et revera indubia res est a Matthæo Nutio ædificium fuisse absolutum anno 1452. ut mox videbimus. Quo pacto igitur Conditor esse potuit Andreas, qui fuit Cæsenæ Dominus post Galeottum anno 1386. cui successit Pandulphus anno 1417. Epocha apprime illi ætati congruit, qua Dominicus Malatesta Novellus Cæsenam feliciter gubernabat. Mitto, quod etiam ex inscriptione ad interiorem Bibliothecæ partem supra Januam, quam in Capite quarto afferemus, evincitur illius insignis Bibliothecæ Conditorem fuisse Novellum Malatestam, quæ quidem inscriptio, etsi anno 1596. posita fuerit, plenam fidem meretur. Accedit funebris Oratio, quæ a nobis vulgabitur habita in tanti Principis mortem a Francisco Uberti Cæsenate, in qua laudem illam Novello verbis exquisitissimis impertitur. Eandem hanc rem extra omnem dubitationis aleam ponunt duæ Nicolai V. Pontificis Bullæ, quarum altera a Waddingo jampridem edita fuit T. VI. ad annum MCCCCLIV. pag. 135.; alteram vero adhuc ineditam nobiscum communicavit Vir humanissimus, & eruditione celebris Cajetanus Marinius alter ex duobus Romani Apostolici Archivi Præfectis. Utraque non modo quis Bibliothecæ, qua de agimus, auctor fuerit, ostendit, sed quædam etiam ad ejus historiam spectantia, scituque digna continet, & neutram proinde hic omittendam ducimus. Primum locum dabimus ei, quam a Marinio accepimus, non modo quod inedita sit, sed etiam, quod aliquot annos ante illam, quam Waddingus vulgavit, a Nicolao V. scripta fuerit.

NICOLAUS V. DIL. FILIO PRÆPOSITO ECCLESIÆ CÆSENÆ

SALUTEM.

A supremo Patre familias in Domo Domini meritis licet insufficientibus dispensatores effecti, testantium voluntates quandoque commutamus, præsertim dum „ ex hujusmodi commutatione saluti animarum dictorum instantium providetur, & „ in Dei Ecclesia cum plurimorum utilitate salutares fructus subsequi possint. Exhibita „ siquidem nobis nuper pro parte dilectorum Filiorum Guardiani, & Fratrum domus S. Francisci Cæsenæ Ordinis Fratrum Minorum petitio continebat, quod alias „ quondam Sanctes Laurentii Graccerius Civis Cæsen. suum condidit Testamentum, „ in quo in omnibus bonis mobilibus, & immobilibus, juribus, & actionibus, tam „ præsentibus, quam futuris propriis, & emphiteoticis dilectam in Christo filiam Fioram ejus uxorem, ac quondam Baptistam dicti testatoris legitimum filium, & naturalem æquis portionibus, & pleno jure sibi heredes universales instituit, & in „ casu quo dictus Baptista superstite Matre decederet quandocunque sine filiis, tunc „ ei substituit dilectum filium Franciscum ejusdem Testatoris fratrem in dimidia parte, & alia dimidia Pauperes Christi, prout in eodem Testamento desuper confecto dicitur plenius contineri. Cum autem, sicut eadem petitio subjungebat, dictus Baptista sine liberis ab hac luce decesserit, neque adhuc dicta bona sint pauperibus distributa; ipsi vero Guardianus, & Fratres pro conservandis libris ejusdem „ domus unum locum librariam nuncupandam in eadem domo construi facere proponant, ac dilectus filius Nobilis Vir Malatesta Novellus de Malatestis pro nobis, „ & Romanæ Ecclesiæ in Civitate nostra Cæsenæ in temporalibus Vicarius diversos „ libros usque ad valorem quingentorum florenorum, vel circiter ascendentes, eidem „ domui perpetuo donare intendat, & ad perfectionem hujusmodi Librariæ multæ „ expensæ necessariæ existant, quæ facile fieri poterunt, si pars per eundem testatorem pauperibus, ut præfertur, relicta, nec non tam ad fundationem, creationem, „ seu fabricam Capellæ, aut Capellarum in præfata Domo, vel ejus Ecclesia, quam „ alias ad utilitatem etiam certam, & specialem ipsius domus relicta, & de cætero relinquenda usque ad summam duarum millium libr. moneta Ariminen. ad fabricam loci librariæ hujusmodi deputentur, & assignentur. Quare pro parte Guardiani,

„ diani, & Fratrum prædictorum nobis fuit humiliter supplicatum, ut super hoc „ opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur considerantes, quod Libraria ipsa in præfata domo est valde necessaria, & quod ex fundatione dictæ Librariæ magna utilitas consequi poterit; de præmissis certam notitiam „ non habentes hujusmodi supplicationibus inclinati, discretioni tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus de præmissis omnibus, & singulis, ac eorum circumstantiis „ universis auctoritate nostra te diligenter informes, & si per eamdem informationem „ ita esse repereris, super quo tuam conscientiam oneramus, partem pauperibus legatam, nec non usque ad prædictam summam duarum mil. librarum hujusmodi ex „ aliis legatis, & legandis hujusmodi ad fabricam loci dictæ Librariæ præfata nostra „ auctoritate applices, deputes, & assignes, ita quod liceat ex tunc operariis fabricæ „ dictæ librariæ partem pauperibus, & alia relicta, & relinquenda ad fundationem, & „ reparationem Capellæ, seu Capellarum, ac domus prædictæ etiam ad certam ejus, „ & specialem utilitatem, usque ad prædictam summam duarum mil. librarum apprehendere, & in fabricam loci librariæ hujusmodi convertere, cujuscunque super hoc „ vel assensu, aut licentia minime requisitis, Contradictores per censuram ecclesiasticam „ appellatione postposita compescendo. Non obstantibus constitutionibus Apostolicis, & „ voluntatibus, & ordinationibus, conditionibus, & formis, in legatis, & relictis hujusmodi appositis, seu apponendis, quorum nec non supradicti, ac aliorum sup. præmissis confectorum instrumentorum, ac si de verbo ad verbum præsentibus inserti „ forent tenores haberi volumus pro expressis, cæterisque contrariis quibuscunque, aut „ si aliquibus, seu communiter, seu divisim a Sede Apostolica sit indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Proviso, quod Ca: „ pella, seu Capellæ, cui, seu quibus legata hujusmodi facta sunt, seu fieri contigerit, „ debitis propterea non fraudentur obsequiis, sed juxta fundatorum, & relinquentium „ eorundem voluntates Missæ, & alia divina officia in aliis Capellis ejusdem domus „ celebrentur, & pro eorum, & prædicti dantis, & parentum suorum animarum salu- „ te Altissimus perpetuo exoretur.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno 1450. 7. Kal. Jun. Pontif. nostri. Anno quarto (c).

L. de Cosciaris.

Ex altera vero Nicolai V. Bulla, quam supra memoravimus, quoniam apud Waddingum integra extat, & apud eum legi potest, ea tantum afferemus, quæ propius ad rem nostram spectant. Hæc igitur in illa.

Dilecto Filio Malatestæ Novello de Malatestis pro nobis, & Romanæ Ecclesiæ Civitatis nostræ Cæsenatis in temporalibus Vicario. Illi erigendi, & instituendi Bibliothecam Summus Pontifex facultatem facit, & dotandi io hæc verba. *Devotioni tuæ dictam librariam, sive Bibliothecam in Domo, vel Conventu hujusmodi,* (Cæsenate Ordinis Minorum) *erigendi, & instituendi, ac illam de possessionibus, & bonis tuis immobilibus, quorum fructus, redditus, & proventus trecentorum florenorum auri de Camera, seu majorem valorem annuum ascendat dotandi, seu ipsas possessiones, & bona eidem Librariæ, vel Bibliothecæ, perpetuo donandi, concedendi, & assignandi, ita quod illorum fructus, reditus, & proventus in manutentionem Librariæ, & librorum, ac sustentationem Magistrorum, Doctorum, studentium, ac servientium prædictorum, ut præfertur convertantur .... plenam, & liberam tenore præsentium licentiam concedimus pariter, & facultatem ......*

Datum Romæ apud S. Petrum anno 1454. nono Kalendas Novembris Pontificatus nostri anno 8.

Ex priore Bulla discimus anno 1450. Mense Majo nondum Bibliothecæ, qua de agimus, extruendæ manum admotam fuisse, Fratresque mei Ordinis, qui eam si-
bi

(c) Ex Regist. Litter, Secre. Nicolai P. P. V. Tom. 19. pag. 102.

bi necessariam judicabant, & quibus Malatesta noster largiendorum complurium Librorum spem fecerat, quorum valor ad 500. Florenos ascendebat, Pontificem supplici libello rogasse, ut pateretur in eam, de qua cogitabant Bibliothecæ constructionem erogari cujusdam hereditatis dimidiam partem, quam Testator Pauperibus distribui mandaverat, utque item pateretur in eamdem Bibliothecam insumi duo millia librarum Ariminensium, redigenda ex Legatis; quæ in pios Ecclesiæ usus, vel Conventui eorundem mei Ordinis Fratrum relicta jam aliorum testamentis essent, vel in posterum relinqui possent. Si Præpositus Cæsenatis Ecclesiæ, cujus arbitrio Pontifex hanc rem permisit, dimidiam illam partem prædictæ hereditatis, (quæ quam opulenta fuerit obscurum est) & memoratam præterea librarum Ariminensium summam in Bibliothecæ nostræ extructionem converti passus est, nemo non intelligit, non solis Malatestæ pecuniis eam extructam fuisse. Verum quidnam ea de re Præpositus ille definiverit, ignorare cogimur, & pro certo tamen habendum omnino videtur, si minus forte totum sumptum, qui Bibliothecæ extructioni necessarius fuit, longe saltem maximam, & præcipuam ejus sumptus partem a Malatesta factam esse, qui & regulares fratribus mei Ordinis Officinas extruxit; id quod plures marmoreæ Inscriptiones Cæsenatis ejus nostri Cœnobii muris affixæ, ostendunt.

Ex altera vero Bulla, ea, inquam, quæ a Waddingo edita fuit, discimus Pontificem anno 1454. Malatestæ nostro indulsisse, ut dotem haud sane exiguam trecentorum annuorum auri florenorum eidem Bibliothecæ assignaret, ita tamen ut ea ipsa dos ad aliquam etiam Magistrorum, & Studentium utilitatem conduceret, eorum scilicet, qui in nostro Cœnobio docerent, aut studiis operam darent. Discere & ex eadem primo adspectu videmur, Bibliothecam nondum ipso anno 1454. absolutam, immo nec inchoatam quidem fuisse, cum Pontifex potestatem se facere in ejus contextu dicat *Librariam, seu Bibliothecam &c. erigendi, & instituendi*. Sed certe id stare nullo modo potest, cum Bibliothecæ ædificationem absolutam fuisse anno 1452. ex inscriptione Marmori incisa, quam superius memoravimus, & sequenti Capite daturi sumus, perspicue pateat. Salva tamen res est, nec prædictæ Bullæ verba inscriptioni repugnant. Quod enim in Bulla legitur *Bibliothecam erigendi*, non de ædificio ipso, seu Conclavi, in quo Plutei, & Libri continentur, sed de ipsis Libris, deque aliis rebus, quæ ad Librorum conservationem, atque usum pertinent, accipiendum est. Ædificium ipsum Bibliothecæ inchoatum existimari potest an. 1450. post Mensem Majum, vel etiam anno 1451., cumque anno 1452. absolutum fuerit, magno id argumento esse debet, Malatestam nostrum omni studio, atque auctoritate usum esse, ut quam citissime perficeretur.



CAPUT

CAPUT TERTIUM

Illustrium Virorum Judicia de Bibliotheca Malatestiana.

QUis unquam poterit inficiari, Dominicum Malatestam Novellum ea Codicum collectione splendide æmulatum esse gloriam Ptolemæi Philadelphii, qui Alexandriæ; (a) Pisistrati, qui Athenis; (b) Ulpii Trajani, qui Romæ; (c) & præcipue Summi Pontificis Nicolai V. (d), eorumque qui alibi nobilissimas simul, & amplissimas Musarum ædes, & receptacula eruditis aperuerunt. Ipse enim profuso sumptu, & singulari munificentia Bibliothecam illam, quæ a trecentis, & ultra annis existit adeo spectabilem Architectonices, partium dispositione, ac venustissimam Scalpri, & Penicilli operibus excitatam voluit, atque absolutam.

Malatesta ille ultimus Cæsenæ Princeps rei litterariæ, ac doctorum hominum Fautor beneficentissimus, ut omnes ad scientias alliceret: *Nulli*, ut ait Petrus Antonius Braschius Comes, & Patricius Cæsenas, (e) *se subtraxit industriæ, nullum non adhibuit studium, nullius incommodi non libenter sustinuit gravitatem.* Quapropter merito Franciscus Ubertus Orator, & Poeta eximius in funebri Oratione, qua Malatestam laudat, hanc ejus Bibliothecam summis extollit laudibus, (f) & hæc sunt in ea ipsius verba. *Quonam præterea doctissimus Princeps litterarum, studiorumque ardentissimo afficeretur amore, quis nisi litterarum expers prorsus, rudisque, & barbarus negaverit? Illos, si qui sunt dementientes coarguit res ipsa nequaquam in obscuro, sed patenti in lumine, celeberrimoque in loco Divi Francisci, Bibliotheca scilicet illa, æternum opus, & immortali dignum memoria, quam Novellus Malatesta Princeps omnibus non modo liberalium artium, sed aliarum voluminibus, & speciosissimis refersit, & facundissimis.* Extollit & doctissimus Joannes Baptista Braschius in Diatribis Mss., ex quibus multa in Malatestæ laudem sunt a scriptoribus excerpta; extollunt & alii plures, quorum omnium judicia jam subjicimus.

Blondus Flavius Foroliviensis coævus Historicus hæc de illa habet. *Civitas Cæsenæ vetus habent nomen, quæ Malatestæ Novelli litteris præsertim historia ornatissimi administratione nunc gaudet, a quo ornatur Bibliotheca melioribus Italiæ æquiparanda.* (g)

Hannibal Carus, hæc ad Paulum Manutium scribit. *Quanto mi sia stata grato la vostra, voi vel potete immaginare, pensando, che tutto quel tempo, che siete stato rinchiuso nella Libreria di Cesena, v'abbiamo non solamente cercato per ismarrito, ma pianto ancora per morto. Ma che beffe son queste, che ci andate facendo M. Paolo a seppellirvi bello, e vivo? Io non mi sono seppellito, nè morto, direte voi. Nò, ma non è però, che noi non abbiamo provato il dispiacere, che s' ha d' un amico, che per tale sia riputato. Oime star tanti mesi senza mai far segno pur di vivente? Io lo sò ora, che siete stato a guisa di quei grandi Eroi a domare i Cerberi, le Chimere, e gli altri*

mostri

(a) Strabo. Geograph. lib. 17.
(b) Aulus Gelius lib. 19. cap. 17.
(c) Braschius de tribus statuis cap. 9. num. 15.
(d) Eneas Silvius, qui Pius II. fuit inter Pontifices de statu Europæ sub Federico III. cap. 54. inter scriptores rerum germanicarum Freheri. To. 2. pag. 156. hæc habet de Nicolao V. *Libros ex tota Græcia perquisitos ad se jussit afferri, & in latinam converti linguam curavit. Veteribus, & novis Codicibus ornatissimam Bibliothecam instruxit, in qua circiter tria millia librorum volumina condidit.*
(e) Petrus Antonius Braschius Vir morum suavitate, & omnigena eruditione ornatus, in sua lucubratione de Familia Cæsennia. Obiit Cæsenæ anno 1727., ætatis suæ 63.
(f) In Codice Primi Plutei ad ingredientium dexteram num. 3.
(g) Lib. 4. & Regio. sexta Romandiolæ.

mostri della lingua latina, per immortalarvi non per morire. . . . . Intendo, che avete trovato in quella Librerla di Cesena cose mirabili; mi sarà caro intendere sopra quali Autori. (b)

Data Romæ Mense Decembris MDXXXVIII.

Ad ipsum Paulum Manutium Carus. *Trovomi in Ravenna due giorni sono; ma col desiderio sono in Venezia; E se non che le molte faccende di queste principio non m' hanno lasciato, sarei già corso a vedervi: Ora aspetto che voi vegnate a rincontrare il mio Personaggio fin quà; a visitare il Presidente, da parte del quale ve lo comando sotto pena d' aver bando dalla Librerla di Cesena. Venite di grazia, che sua Signoria desidera di vedervi, e io d' aver questo occasione di venirmene con esso voi. Della stampa non so quale io m' abbia maggiore o allegrezza, che vi sia riuscita, e dispiacere, che non me ne abbiate mandata una mostra. Mandatemela se non venite subito, se non volete che io spasimi.*

Ravennæ 22. Januarii MDXL. pag. 116. ejusdem Edit.

In Tabula primi Tomi rerum notabilium pag. 347. legitur: *Di Cesena Libraria insigne di Codici Mss. frequentata da Paolo Manuzio 73. 76. 46.*

Lucas Holstenius Vir clariss., & de litteraria Republica optime meritus in Ms., quod extat Romæ in Bibliotheca Barberina, describens minutatim suum illud iter, quod Alexandri VII. Summi Pontificis jussu anno 1655. Oenipontem petiit ad Sveciæ Reginam invisendam, hæc habet. 1. *Decembris post prandium profecti (Foroliviæ) pervenimus Vesperi Cæsenam; scripsi ad Eminentiss. Cardinalem Barberinum; Hospitium habui apud PP. Franciscanos; Reginæ hastiludium exhibitum.* (i) 2. *Decemb. die Jovis summo mane lustravi Bibliothecam Monasterii a Malatestis fundatam, ubi notavi aliques Codices insignes græcos antiquissimos Operum S. Bisilii, Nazianzeni, & Chrisostomi, scholia antiqua in Nazianzenum, quæ Archiepiscopi Bulgariæ præferebant. Opera Platonis in Carta bombycina cum scholiis marginalibus egregiis. Discessimus Ariminum.*

Mabillonius in suo Museo Italico Lutetiæ Parisiorum apud Montalaut. T. 2. ait. *Insignis est apud Cæsenates Minoritas Conventuales Bibliotheca ex munificentia Malatestæ Novelli, qui Fratribus regulares officinas construxit, & Bibliothecam amplum ædificium omnium disciplinarum libris Mss. pro tempore instructum. Libri sunt Græci, & Latini; E' græcis Opera Gregorii Nazianzeni, Basilii, Demosthenis, Aristidis, & aliorum.* Subjungit idem Mabillonius hæc. *Bibliothecæ hujus Indicem digessit Angelus Julianus Dominicanus, quem quidem Indicem Romæ in Alteriana Bibliotheca vidimus, & descripsimus.* (l)

Scipio Claramontius de illa Bibliotheca inquit. *Malatesta ab anno* 1448. *cruris varice laborare cœpit. . . . . itaque Domi residens ornandæ Civitati incubuit. Bibliothecam insignem in D. Francisci extruxit Basilicæ instar duplici columnarum Chorinthiarum ordine interseptam, quam probatissimorum Auctorum libris manuscriptis, iisque prorsus fidis refersit.* (m)

Waddingus, cum de Cœnobio Cæsenæ Ordinis mei ageret ad annum 1250. p. 712., hæc habet; *Sigismundus Malatesta insignem Bibliothecam libris extruxit, egregiisque manuscriptis locupletavit, inter quos opuscula Plutarchi se offerunt, & Biblia Hebraicis, & Caldaicis litteris expressa. Hanc Bibliothecam celebrat Leander Albertus. . . . in descriptione Cæsenæ.*

(b) T. I. pag. 73. 74. Edit. Cominianæ an. 1742.

(i) Me fugiebat, magnum hunc Fratribus illius Conventus S. Francisci Cæsenæ accessisse honorem, ut doctiss. illum Virum hospitio acciperent. De illo postea hastiludio hæc extant in Reg. Commun. Cæsenæ. *Sponsione præstita, & juramento firmata Pio II. Pontif. a Cæsenat., Paulus II. eorum deditionem humanissime accipiens concessit in rei memoriam illud gymnicum spectaculum a multis laudatum.*

(l) Sint Deo grates. A Viro optimo, cui arctissimo necessitudinis vinculo conjunctus sum, exemplar illius Indicis accepi, quem utpote ineditum ad Operis finem excribam.

(m) Hist. Cæsenæ lib. 16. pag. 136.

Sigismundum Malatestam non fuisse illius Bibliothecæ exædificatorem, satis cap. 2. ostendimus. Is Auctor Ann. Minorum ad annum 1454. hæc addit. *Insignem dini* (dum loquitur de Cœnobio Cæsenæ Ordinis mei loco antea laudato) *ibi haberi Bibliothecam optimis Codicibus Mss. refertam, quam multi commendant Scriptores. Eam hoc tempore nobilis vir Malatesta Novellus Pontificius in ea Urbe Vicarius instruebat, & proventu annuo dotabat.*

Præstantissimus P. Dominicus Mansius Lucensis Archiepiscopus in pagellis illis Mss., quarum in monitu ad Lectorem mentionem fecimus, ita loquitur. *Bibliotheca tum dignitate Auctoris sui Dominici Malatestæ Novelli Cesenæ Domini; cum merito proprio insignis, & in pretio semper est habita. Hæc enim Mabillonios e Gallia accivit, ac Montfauconios persuasit, ut Manuscriptorum Codicum, quos servat, Catalogum (mancum scilicet, & mendosum) in suam Codicum manuscriptorum Bibliothecam inveheret.* (n)

Pater Magister Antonius Azzoguidius Ordinis mei, Bononiensis Conventus Alumnus, qui primus omnium cudit prelo sermones in Psalmos D. Antonii Ulissiponensis, quorum Codex manu eiusdem Sancti servatur in Reliquiario Ecclesiæ ejusdem Conventus, in nota num. 4. pag. 36. supra Commentarium, quod aggressus est Sicco Civis Patavinus (o) anno 1333. Vir ceteroqui doctus, Vitæ, & Miraculorum ejusdem Sancti, dum meminit insignis ipsius Operis de illustribus Scriptoribus latinis, ait. *Ejusdem Operis nunc usque inediti Exemplar manuscriptum servatur in celebri mei Ordinis S. Francisci Cæsenæ Bibliotheca*, (p) *Illorum Codicum Indicem Cl. D. D. Bernardus Montfauconius imperfectum, imo insigniter diminutum edidit.*

Tandem doctissimus, totique litterariæ Reipublicæ notissimus D. Abb. Zaccaria, qui adhuc vivit, (& Deus faxit ut diutissime vivat) in repurgata serie Episcoporum Cæsenatium ad nostrum tempus perducta hæc habet. (q) *Insignis hujus Bibliothecæ memini in meo Itinere Italico, ubi satis multos ejus Mss. Codices indicavi. Braschius quoque Præsul eruditionis copia clarior, quam judicii qui illam Diatriba illustravit inter ceteras ejus Diatribas Cæsenates mss. etiamnum latitante. Uberrimum vero ejusdem catalogum magno litterariæ Reipublicæ bono parat e Minorum Conventualium familia P. Josephus Mucciolus.*

Hæc autem in laudem non solum illius scientiarum thesauri mirum in modum conferunt; verum etiam mihi stimulos acuerunt ad hanc provinciam, etsi arduam continuandam, perficiendamque. Ars tunc Typographica in lucem nondum prodierat, ideoque brevi temporis spatio Princeps ille insigni Codicum apparatu Cæsenatibus scientiarum amatoribus, atque cultoribus, ut magis magisque ad studia allicerentur, Bibliothecam construxit. Sunt in ea Codices multi ob varios characteres, Ænigmata, Siglas, & implicationes ferme impervii; alii vero characteribus nitidis, pulcherrimis, & optimorum Librariorum manu elaborati, ita ut inspicientibus admirationem ingerant. Ex tam multis tamen Codicibus, quibus Bibliotheca illa ornatur, nullus est, qui sæculum æræ vulgaris VIII. anteeat, atque ex illo ipso sæculo unus tantum in ea extat Codex, isque *Isidorianas Etymologias* continet; cæteri post illud sæculum, sed non uno omnes ævo scripti, omnes tamen eo tempore scripti, quo Ars Typographica nondum prodierat, vel nondum satis nota erat. Qualiscunque ætatis fint, sedulo omnes perscrutemur, ne in nostrum vertetur vitium, quod de aliquibus scripsit S. Augustinus serm. 44. de verbis Domini, *Quemadmodum, qui vidit litteras in Codice optime scripto, & non novit legere, laudat quidem antiquarii manum, admirans*

(n) Pagellæ hæ penes me extant, & in Præfatiuncula earundem est ipsius judicium; cum ineditæ sint & ipsæ, ut evulgentur fas erit.


(o) Papadopulus appellat Xycum Rictium hist. Gymnas. Patav. T. 2. lib. 2. cap. 7. p. 169. Ast de illo Codice, & Auctore multa suo loco.

(p) Opere inscripto. *Sancti Antonii Ulissiponensis Cognomento Patavini sermones in Psalmos.* Not. 4., quæ incipit eadem pag. 36. *Ne operam navasse videar &c.* Codex in Pluteo X. extat ad sinistram introeuntium.

(q) In Edit. Cæsenat. anno 1779. pag. 10. not. 4.

mirans apicum pulchritudinem, sed quid sibi velint, quid indicent illi apices nescit, & est oculis laudator, mente non cognitor.

Doleo tamen maximopere, & valde admodum ægre fero hacce in Bibliotheca, quæ tanti, ut innuimus, a viris eruditissimis facta est, Codicem Mss. S. Paulini Puteolani, de quo mentionem facit P. Hieronymus Tartarottus, avulsis ad calcem paginis, minime integrum esse, quin Clariss. Mansius hoc idem factum ingemiscens inquit: *sive injuria, sive incuria alicujus nescio.* (r) In præfatione illius Operis scribit Auctor, se historiæ filum ad usque tempora Henrici VII. Imperatoris producere, & tamen tot desunt paginæ, ut solum ad victoriam Constantini contra Maxentium perveniat. Verum de hoc Codice in secundo Volumine sermo erit. Ingenue tamen fateor, me Codicem hunc adinvenisse mutilum tunc cum Bibliothecæ præfecturam primum suscepi, ejusque Codices evolvere cœpi.



(r) Joannis Alber. Fabricii Lipsien. Biblio. med. & infim. ætatis cum supplemento &c. P. Joan. Domin. Mansii lib. IV. pag. 206. Edit. Pat. ex Typogr. Seminarii anno 1754.

CAPUT QUARTUM

De Bibliotheca descriptione.



SUpra marmoreum hujus Ædificii vestibulum Elephas Indus sese offert anaglyphici operis, militare Gentis Malatestianæ signum, fascia circumdatus, cujus est inscriptio.

ELEPHAS. INDVS. CVLICES. NON. TIMET. (a)

Dextrorsum duo Exametri litteris majusculis insculpti leguntur, quibus Bibliothecæ Architectus indigitatur, & in superiori marmorei lapidis labro Annus ponitur perfecti Ædificii.

1452

MATTEVS. NVTIVS.

FANS. EX VRBE. CREATVS.

DEDALVS. ALTER. OPVS.

TANTVM. DEDVXIT. AD. VNGVEM.

Parum meo judicio saperet, si quis non satis disci ex hac Inscriptione censeret *Nutium* fuisse Bibliothecæ Architectum, & verba illa *Opus tantum deduxit ad unguem* accipienda crederet de aliqua alia re, quam *Nutius* in ipsa Bibliotheca fecerit. Accipienda esse de Bibliotheca ipsa constructa res ipsa clamat, Architectumque ejus fuisse *Nutium* nobilis etiam, perductusque Vir Petrus Amianus sive ex hac ipsa inscriptione (quam Cæsenæ aliquando legerit), sive ex aliis Monumentis, quæ ad manus habuerit, affirmare, & pro explorato ponere non dubitavit in Opere, quo Fanensis Patriæ suæ res exposuit. In eo enim (P. I.) ad annum 1452. hæc habentur. *Sigismondo Pandolfo Malatesta, figlio di Pandolfo: come costa dal registro de'Consigli di questo Pubblico a cart.* 10. 11. 12. *comandò il rifacimento del Ponte del Fiume Metauro altre volte di pietra fabbricato interamente rovinato dalle fondamenta..... volendo in oltre, che coll' assistenza di Matteo Nuti Fanese Architetto rinomatissimo (del quale servironsi i Malatesti nella Fabbrica della celebre Libreria di S. Francesco in Cesena) fosse dato principio al ponte di legno sopra il Metauro. Al medesimo Nuti li manuscritti del Nolfi attribuiscono il disegno della Chiesa in questa Città di S. Michele presso l' Arco d'Augusto* (b). Opus ipsum Petri Amiani ad manus mihi non est, sed de loco, quem attuli, me monuit, ipsumque mihi exscripsit P. Magister *Joseph Maria Fortis* Ordinis mei alumnus vir de Fanensi Conventu optime meritus, meique amantissimus.

Nemo, ut puto, erit, qui a me curiosius inquirat, cur *Nutius* in Inscriptione dicatur *Dedalus alter*. Quem enim fugit, Dedalum Icari Patrem apud Poetas celebratissimum; apud Athenienses inter præclaros Artifices fuisse? Ac propterea cuilibet excellenti Artifici Dedali nomen posse affingi? non secus ac Pictor egregius alter Apelles, aut Sculptor insignis alter Phidias aptissime diceretur.

Sed

(a) Potentiores ita evaserunt Malatestæ, ut nec Polentanos, nec Ordelaphos, aliosque strenuos bellatores timerent.

(b) Fanensi ex Urbe scripta 2. Augusti 1777., in qua & hæc adduntur. *Così molte scritture esistenti presso alcuni Signori di Fano parlano di Matteo Nuti qual celebre Architetto.*

Sed ne ea quoque, quamvis levia, quæ ad ædificium quoquo modo ſpectant, ſilentio præteriiſſe videamur. Ex utraque parte proſpectus Malateſtianæ Bibliothecæ duæ feneſtræ viſuntur, quarum una, quæ eſt homini inacceſſa, ſcalæ imminet incomodiori; ambæ tamen ita diſpoſitæ, ut forinſecus Bibliotheca introſpici poſſit; ambæ ferreos habent cancellos tali arte elaboratos, & affabre inextricabilibus ita complicatos nexibus, ut ſi principium pateat, quonam modo progrediantur, & intendantur, dignoſci haud facile poſſit, ac proinde quandam Labyrinthi ſpeciem præſeferant. Habet namque quælibet virga, ſive orizontalis, ſive perpendicularis annulos partim ad horizontem diſpoſitos, partim ad perpendiculum incidentes, ita ut dextrorſum, ſiniſtrorſum, ſurſum, deorſum, & quaque verſus minime diſſolvi queant, et ſi diſſolutio non percipitur, multo magis conſtructio; ſi ingreſſus, non egreſſus.

Anno poſtea 1454. ex Acere mirifice fuerunt fores elaboratæ, cum in ipſarum vertice, & artificis nomen, & annus legantur.

Joannes Chriſtophorus a S. Joanne in Ipſixedo fecit 1454.

In oſtii ornatu marmoreo verticali inſculptum.

Malateſta Novellus Pandulphi Filius dedit.

Agedum in Bibliothecam ingrediamur. Supra veſtibuli verticem ad vivum depicta ipſius Principis conſpicitur effigies, ſub qua hæc habentur.

Malateſtæ Novelli Cæſenæ Principis,
hujus inſignis Bibliothecæ Conditoris ad
vivum eleganter expreſſam imaginem,
cum in vetuſto olim Templi hujus Sancti
Franciſci Sacello celerrimo ad interitum
gradu tenderet, Nicolaus Maſinius II.
Phyſicus Vitæ illius Conditor, ne a ſtudioſorum
poſteritate deſideraretur hic reformandam,
hic conſtituendam curavit.
Anno ſalutis MDXCVIII.

Bibliotheca triplici inſtruitur fornice, ut etiam innuit Mabillonius in ſuo Muſeo Italico, qui variis ordine diſpoſitis columnis ſuſtentantur ſtriatis, & angularibus circumquaque in baſi, & vertice mire elaboratis, Ordinem medium Jonicum inter, & Thuſcum referentibus; (e) ſub fornice in medio poſito ab ingreſſu via eſt ad Pluteos adeundos ex utraque parte, in quarum qualibet Plutei ſunt XXIX., & decem columnæ fulcientes Arcus Gotticiſmum exprimentes. Plutei ex Acere mire artefacti, & ex græco marmore columnæ. In pavimento medii fornicis decem ſunt inſcriptiones ejuſdem rationis, quæ omnes habent.

Malateſta Novellus

Pandulphi Filius

Malateſtæ Nepos

dedit.

Cuilibet Pluteo Tabellæ affixæ ſunt, quæ & Codices proprios, & Auctores, reſque de quibus pertractant ſtudioſis Viris commonſtrant. Codices in membranis ſunt conſcripti, & pelle bubula; & ligno obteguntur. Ne autem quis facile eos furari poſſit ad illum plane modum, quo in Florentinis Bibliothecis Laurentiana, & Sanctæ Crucis Ordinis mei aſſervantur, ferreis catenulis ſunt adligati, cum annulis ferro

(e) Claramontis Cæſenæ Hiſtoricus lib. 16. pag. 736. ſcripſit. *Bibliothecam inſignem in D. Franciſci extruxit inſtar Baſilicæ duplici Columnarum chorinthiarum ordine interſeptam*. Verum & Architectonices regulis a celeberrimis Jac. Barozio, & Vignolio traditis dignoſcitur, ordinem illarum eſſe Jonicum inter, & Thuſcum medium.

ferro orizontali inclusis, hac tamen arte, ut elevari, & aperiri possint, non autem auferri; pars etiam una Plutei subsellium legentibus; altera vero tabulam præstat ad Codices commode perlustrandos. Stemmata Familiæ Malatestianæ, cum in quolibet Pluteo, tum in Columnarum supercilio mirifice observantur dispnsira, ita ramen ut in primo Pluteo tria sint aurata capita; in secundo tres Zonæ obliquæ rasellis auratis notatæ; in tertio Craticula aliis lineis intersecata similiter auratis, quæ ratio & in sequentibus Pluteis servata est. Quod autem primo tria veniant Capita, hoc in caussa fuit, quia etsi mortuo Pandulpho Patre, tres ipsius filii divisum haberent Principatum, & singuli tenerent dominium, una tamen eademque erat regiminis ratio, voluntatum, studiorum, sententiarum mira in iis consensio, ut trigona hominum configuratione Dominii unio commonstraretur. Me fugit, qua ratione Comes Marcus Antonius Ginnanius Ravennas ceteroquin eruditus in expositione Tesseræ Malatestarum gentilitiæ Tab. XI. num. 167. pag. 220. existimet tria esse mulierum capita, cum unicuique in aperto sit nec crinita, nec coronata, & reticulata esse, nec ullam fæminæ speciem, & delineamenta exhibere. (*d*) Et sane antiqua illius Familiæ insignia componebant scutum, seu Parma in duas divisa partes, quarum superior, ut aliquibus placet, caput hominis continebat nudum; inferior vero tres referebat Zonas obliquas vulgo *sbarre* schacchiis auratis inspersas. Cum autem e vivis ereptus esset Galeottus, qui Principatum in se una complectebatur, atque ad id Dominium tres ipsius Filii Carolus, Pandulphus, & Andreas dictus Malatesta de Malatestis animum adjecissent, illius temporalis ditio in tres fuit partes divisa; Carolus Dominus Arimini est constirutus; Cæsenæ Andreas; Pandulphus Fani. Ne aurem talis, ac tanta nutaret Dynastia, nec viribus infirmarernr, tres illi Fratres hoc iniere Fœdus, ut singuli suæ partis regimen haberent, sed regiminis idem esset omnium modus, una solicitudo, una pacis, ac belli cura, unus consensus, & voluntas fœderum, atque ultionum. Ad hoc autem studium symbolice significandum stemmati gentilitio hinc inde tria addiderunt hominum capita trigona configurarione conjuncta, quod deinde a tribus Pandulphi Filiis servatum est. (*e*) Non igitur sunt tria Mulierum capita. Omnibus etiam notum est ante sæculum XI. fuisse quidem Virorum, Militumque insignia, quæ in peltis, clypeis, & galeis insculpta deferebantur ob præclara illorum pacis tempore, & belli gesta facinora, sed non erant stemmata genrilitia, quæ hæreditaria successione venirent. (*f*) Et si vero tria capita, & Zonæ, aliaque unum componerent scutum; in Pluteis tamen triplici sunt alterno distributa ordine. Tandem, in parieribus ipsius Biblioihecæ singulis arcubus a columnis sustentatis, in una, atque altera parte binæ fenestræ figuram sexti acuti tenent.

Vetustas Bibliothecæ est 312. Annorum. Apposite illud Ovidii cani potest lib. 3. Eleg. 1.

Signa peregrinis ibi sunt alrerna Columnis,
Quæque Viri docto, veteres fecere, novique
Pectore, lecturis inspicienda patent.

CAPUT

(*d*) In Libro, *l'arte del Blasone dichiarata per alfabeto. con le figure necessarie per l'intelligenza de termini in molte tavole impresse in Roma*..... Venez. presso Guliel. Zarletti 1756.

(*e*) Legendus Doctissimus Braschius Mem. Cæsen. cap. XXXIII. num. 3. a quo ne paululum quidem dissentior, qui ad libram, ut ajunt, & examen, semoto quocunque præjudicio, omnia revocavit. Addi potest etiam Bonucius in libro: *Vita della B. Michelina.*

(*f*) Celebris Muratorius in T. V. Operis (*Giornale de' letterati*) hæc scripsit. *Si sà di certo, che da chi non fà professione di dotto, e pratico Antiquario, che tanto i Cognomi, che le armi gentilizie non ebbero la loro origine prima del fine del decimo secolo, nè la loro consistenza fuorchè nel duodecimo.* Eadem etiam sentit P. Menestrierius, quem multi alii, tam Galli, quam Itali sequuntur.

CAPUT QUINTUM

Monumenta, & Testimonia ad Malatestæ Novelli laudes spectantia.



Reipublicæ vel maxime interesse semper existimatum est, memoriam eorum servare, aut illustrare hominum, qui litterarum studia Bibliothecis excitatis, publicoque usui dicatis juverunt. Ita Attalorum Pergami Regum; ita Ptolomæorum Egypti; ita aliorum gloriosa ad nostra usque tempora fama pervenit. Dignus etiam profecto Malatesta Novellus, cujus æternum memoria ob insignem Bibliothecam Cæsenæ ab eo paratam vivat. Vivet vero illa certe per tot Doctorum hominum scripta, quibus Princeps is, sive ob Bibliothecam ipsam, sive ob alia egregia facinora commendatur. Nos vero heic id saltem ejus memoriæ præstare volumus, ut monumenta pleraque, quæ de eo loquuntur, hoc loco colligamus, & sub oculis Lectorum ponamus.

In marmoreo Lapide ad sepulchrum utriusque Principis Patrui, & Novelli sunt hæc insculpta.

PRINCIPVM. MALATESTARVM.

SENIORIS. NOVELLIQVE. CINERES.

QVOD. DOMI. ET. FORIS. CLARISS.

VIRTVS. COELO. DICAVIT. (a)

In Numismate cupreo, quod pænes Antiquarios adhuc superest in anteriori facie circa effigiem Principis hæc leguntur. (b)

MALATESTA NOVELLVS CÆSENÆ DOMINVS

DVX EQVITVM PRÆSTANTISSIMVS.

In parte aversa Crucifixi est imago, ad cujus pedes ipse Princeps profunde inclinatus Crucem complectitur.

Ex Historicis Cæsenat., & MSS.

Malatesta Novellus litteris ornatus, beneficus, pius, nec sine militaris virtutis laudibus, quibus præclaris qualitatibus Cæsenates sibi obsequentes reddidit, & devinctos. Annal. Cæsen. anno 1444.... Chron. MS. Cæsenæ.

Malatestam Novellum Pandulphi Filium Patrem Patriæ dicunt.

Franciscus Ubertus Cæsenas Oratione in Funere Illustrissimi Cæsenæ Principis Malatestæ Novelli de Malatestis

„ Sed post mortem Domini Malatestæ senioris, qui civitatem hanc nostram justissime rexerat, cumque Dominus Pandulphus Principis hujus olim Parens ab hominibus migrasset ad superos, Majores nostri Dominum hunc Malatestam Novel-
„ lum

(a) *Jacet sine mausoleo in loco humili extra Ecclesiam ad parietem viæ publicæ adhærentem.* Mabillo: Museo Ital. pag. 40. num. 7. Quum Cæsenæ mei Ordinis Conventui præessem, & Ecclesia instauraretur, in id cogitatione, curaque omni incubui, ut effossa humo sepulchrum detegeretur. Verum diuturnus multorum hominum labor accervatos lateres, firmissimaque calce conglutinatos disrumpere, ac dimovere frustra conatus est.

(b) De illo Numismate clarius disseruit Braschius Mem. Cæsen. cap. XXXIII. pag. 296.

" lum summis votis, & expetiverunt Principem, impetraverunt. Quæ enim tanta fuisset Civitas, quæ a tali, ac tanto Principe qualis erat, & quantus Malatesta Novellus, quem & Illustriss. dux Mediolani magnis præmiis ad se in Consiliarium studebat allicere: Quæ Civitas, inquam, tanta fuisset, quæ ab ipso pro magna felicitate gubernari non exoptasset? Erat enim Princeps hic olim noster cum corporis, tum animi dotibus, nec non fortunæ muneribus apprime honestatus.... Modestus præterea, justus, & prudens, & eloquens præ ceteris habebatur; nec etiam fortunæ bonis idem Princeps caruit.

Ex Epithalamio Francisci Uberti Poetæ

" Magnanime o Princeps. Tuque o quam clara Parentum
" Illustrat Virtus, sed tua fama magis.

Ejusdem Poetæ Cæsenatis

" Si vacat illustris, legito mea carmina Princeps
" Qui Malatesteam tollis in astra Domum.
" Nam licet a Proavis ingens sit fama per Orbem
" Et Malatestarum gloria summa Ducum.
" Tu tamen, o Princeps, liceat modo vera fateri
" Excellis cunctos laudibus eximiis.

Ejusdem ad Magnificam Dominam Violantam Domini Malatestæ Novelli Domini Cæsenæ olim Conjugem, lib. 2. Epist. 2.

" Cum te dejectam videas heu! Conjuge tanto,
" Qui Malatestarum gloria summa fuit.

Ex Francisci Philelphi ad illustrem Principem Malatestam Novellum Præfatione in Galbæ Cæsaris vitam ex Plutarco Cheronensi in latinum traductam.

" Cum ego istac nuper semel, & iterum, Malateste Novelle, iter facerem, tum Romam, & Neapolim petens; tum etiam Mediolanum inde repetens singularem erga me benevolentiam ostendisti, eaque in me magnificentia usus es, quæ Principum, tuique similium propria, & proinde, atque peculiaris ducitur. Nam & senior ille Dionysius sapientissime monebat. Nihil est omnino in Bonis, quo Reges cæteris hominibus videantur beatiores, nisi facultates quædam, consuetudoque donandi, & beneficii liberaliter conferendi. Quod tu, ut es animo magno, & perbenigno re magis quam verbo usurpare assidue solitus, ut neminem aut doctum, aut clarum virum perflorentissimæ ditionis tuæ locos transire pateris benevolentia tua vacuum; ita me omni humanitatis munere honorificentissime excepisti. Quo factum est, ut ad eam observantiam, qua ipse te antea ob mirificas tuas, innumerabilesque virtutes ultro prosequebar, tanta sit accessio facta, ut addi ad cumulum possit nihil. Quare cum ex te coram accepissem, quod te delectat historiæ cognitio, & illorum in primis, qui in Romano Imperio claruerunt, quo aliquo erga te gratitudinis officio fungerer, duorum Cæsarum Galbæ, Othonisque vitas e græco transtuli in latinum. De his enim accurate, & eleganter, ut semper Plutarchus Cheronensis scripsit apud græcos, quos idcirco Philelphus tuus latinos reddidit, ut & gratificaretur voluntati " tuæ,

„ tuæ; ac cæteris hominibus rerum gestarum cupidis prodessent: Non enim parum
„ historia utilitatis &c. (c)

Ex ejusdem Francisci Philelphi Carmine decimo prope finem.

„ At quem pacis amor delectat? Nonne Novellum?
„ Namque aliis, alius vivit; at ille sibi.

„ Ille colit Musas, cultores laudis honorat,
„ Est tutela Viris, præsidiumque bonis.

„ Ille igitur dignus, quem summis laudibus ornat,
„ Ingenio quisquis pollet, & eloquio.

„ Hunc laudat Sapho paucis, & pulcher Adonis (d)
„ Nam nec Melpomene plura referre licet.

„ Patre Pandulpho Malatesta natus
„ Qui velut Sydus proceres in omnes
„ Claruit: nulli titulus Novellus
„ Cedit Avitis:
„ Unus hic dulci fruitur quiete,
„ Et suis tutam peperisse pacem
„ Gaudet, hic nullis gravis est probato
„ Mitis in omnes:
„ Lumen ætatis, decus, & voluptas
„ Summa præsentis, simul & futuræ,
„ Suavis aspectu; gravis, & modestus
„ Fortis, & ingens.
„ Hujus e lingua fluit ille sermo,
„ Qui refert Maja genitum nec ore (e)
„ Est minor sensus referens repostum
„ Mentis acumen.
„ Omnis hunc virtus decorat suprema,
„ Una sed cunctis animosa præfert
„ Nostra, quos ætas habet, & veretur
„ Munera fundens.
„ Non enim quærit sibi, nec recondit
„ Hic opes tantas, quibus altus heros
„ Affluit longe, sed eas probatis
„ Donat Amicis.
„ Quo fit, ut tantam sibi compararit,
„ Gloriam Princeps generosus; omnes
„ Ut sibi miro pietatis igne
„ Jungat amantes.
„ Hunc pii Vates celebrate vestris,
„ Cantibus semper modulis, lyraque,
„ Hunc super cunctos bonitate claros
„ Ferte Novellum. (f)

Joan-

(c) Hanc solum præfatiunculæ ad vitam Galbæ Cæsaris partem dedimus, quia cum illa ex integro una cum altera ad Othonis vitam extet in Codice secundo Plutei XV. Bibliothecæ, qua de agimus, ad ingredientium lævam, de illis denuo erit sermo, ubi de duobus Codicibus vitas Cæsarum Plutarchi in latinum versas complectentibus, quibus Traductores nonnullas addiderunt Præfationes, differemus.

(d) In Codice ipso, a quo desumpta est hæc Carminis pars legitur. *Sapho idest sapphicum metrum -- Adonis: Adonicum metrum*,

(e) *Mercurius Majæ Filius*. Ita ad marginem ejusdem Carminis.

(f) Francisci Philelphi Cod. MSS. extant duo ad sinistram nostræ Biblioth. partem in Pluteo XXIII., ideoque redibit sermo.

Joannes Marchanova Professor in Academia Patavina celeberrimus egregium selectarum Inscriptionum opus composuit, & Præfatione præmissa Divo Domino Malatestæ Novello Principi dicavit, ipsique Codicem obtulit. (g) Heic eam publici juris facere Lectoribus injucundum non erit.

DIVO DOMINO MALATESTÆ NOVELLO

PRINCIPI CAES.

IOAN. MARCHANOVA. SAL. PLV.

„ Cum omnibus in rebus sanctam vetustatem admiremur, & veneremur, ejusque „ studiosos, ac diligentes inquisitores, præcipua quadam laude dignos censeamus, id ve„ ro late pateat, multisque, ac variis modis ad prioris sæculi cognitionem venire li„ ceat, ego in ea parte potissimum mihi elaborandum censui, quæ a nostris homini„ bus incuria quadam prætermissa, maximum tamen fructum in perspicentia rerum „ videbatur afferre. Nam quod ad historiam attinet, cujus hæc præcipua laus est, quod „ mortales homines ob excellentiam rerum gestarum beneficio orationis immortales „ facit, tantum in ea re studii Latini posuerunt, ut Græcis etiam, qui semper elo„ quentiæ Principes esse voluerunt, in eo genere minime concedamus. Nam & Cri„ spum, Salustium, & T. Livium habemus, quem non modo Thucydidi, & Herodo„ to, verum etiam toti Græciæ antepoonamus. Opus igitur, ut initio dixi, meo qui„ dem judicio pernecessarium, ac superioribus nescio, quo pacto neglectum; ego ut „ pro virili rerum antiquarum memoriæ consulerem ipse suscepi non tam gloriam, ac „ famam quæritans, quam ut cæteros ad idem studium meo exemplo cohortarer. Et „ quoniam tempus ipsum multa quotidie affert in lucem, si quid unquam ejusmodi „ antiquitatis (sic) judicium vel repererint, vel invenerint, id nequaquam perire „ patiantur. Hoc ipsum videlicet, quod me ipsum fecisse delectat, multosque forrasse „ juvabit. Omnia enim Epigrammata, quæ per universum terrarum Orbem variis di„ spersa locis passim reperiebantur, undique conquisita in unum redegi volumen. Cu„ jus laboris fructum paucis versiculis libuit explicare. Ut si forte, quod oolim, in hoc „ opus nostrum inciderit malignus interpres, tantæ rei compendium, si minus laudare „ voluerit, saltem vituperare non audeat.

„ Ut videas antiqua Vitum monumenta priorum,

„ Qui maris, & terræ multa pericla subis.

„ Ecce quod ut videas totus peragrabitur Orbis

„ Pagina nunc oculis subicit una tuis.

„ Quæ si forte tuæ ferat oblectamina menti,

„ Auctori grates dicere ne pigeat.

„ Si quis tamen alieni laboris diligentiæ, vigiliarum, & studii maxime rabidus exorie„ tur æmulus, qui nostrom in hoc antiquitatis exemplar, & vetustatis miram imaginem „ genuinum dentem *infingat* vipereo morsu: hunc, quæso, Princeps illustrissime, nostri tempo-

(g) De hoc Marchanovæ Opere hæc habet Laurentius Pignorius lib. 1. Symbol. Epistolar. Epist. 3. *His in Italia nostra principibus viris succenturiabam ego Joannem Marchanovam Medicum nostratem, qui magno ausu Bibliothecam instruxit Codicibus scriptis veteribus, Nummis, & inscriptionibus antiquis, quas ex Italia, & aliis regionibus magno numero conquisivit, & accurate descriptas conjecit in librum, quem anno* MCCCCLXV. *ipse inscripsit Malatestæ Novello Cæsenæ Principi inchoatum Patavii, perfectum Bononiæ. Vidimus autem tu, & ego non semel apud clarissimum Virum Joannem Vinc. Pinellum, qui comodato acceperat a Canon. Regul: S. Joannis in Viridario, quibus Marchanova illum olim cum reliqua Bibliotheca legaverat*. Edmundo Brutzio Viro nobili scripta ea Epistola. Edit. Patavii an. 1629.

„ temporis justitia, pietate, atque scientia decus eximium tua dicendi copia, vehementia, & flumine perterrefacias, contundas, & exuras: *tamque* rerum priscatum hostem „ acerrimum, & alieni nominis, & gloriæ perfidum insidiatorem. Vale nostrorum Principum Imperator. (*b*)

Cæsar Brissius Cæsenas Relat. Cæsen. fol. 29.

„ Vix capit ossa locus, Nomen vix Orbis honorem

„ Vix hominum linguæ spiritus astra tenet.

Ex Chron. MS. Cæsen. fol. 29. 61. 91.

Monachos S. Justinæ in Cœnobium Montis Mauri anno 1462. introduci voluit, quibus, & prædia nonnulla Bagnarolæ dicta concessit, quæ Malatestianæ Familiæ in deliciis erant.

Postremum hoc testimonium afferre libuit, ut etiam de religione, ac pietate Novelli nostri constaret, quod & abunde testantur Legata, quibus in Testamento suo Pauperes, & Sacras Ædes, & Monachorum Cœnobia prosecutus est. En quæ in ejus Testamento leguntur.

„ Item dimitto Ducatos ducentos quinquaginta singulo anno per meos Commissarios juxta eorum constitutum distribuendos pro pauperibus Virginibus maritandis „ de Civitatibus Atimini, Cæsenæ, Brytinorii, & Cerviæ. Item dimitto, & ordino dari singulis annis ducatos quinquaginta aureos Conventui, & Fratribus, seu Monachis „ Monasterii S. Mariæ in Monte extra muros Cæsenæ pro reparatione, & Fabrica „ illius Ecclesiæ, & Frattum, sive Monachorum metu. Item dimitto annis singulis „ Ducatos quinquaginta aureos V. (idest Venetabili) Episcopatui Cæsenæ; Ducatos X. Ecclesiæ S. Francisci de Cæsena; Ducatos X. Ecclesiæ S. Dominici; Ducatos X. Ecclesiæ S. Mariæ Eremitarum; Ducatos X. Ecclesiæ S. Augustini omnibus de Cæsena, ut in dictarum Ecclesiarum Conventibus fiat anno singulo Solemne Officium pro animabus mea, & meorum defunctorum „

Alia his similia habentur eodem in Testamento, quæ exscribere non vacat. Braschius etiam in Opere suo cap. XXIII. hæc scribit huc spectantia. *Morient Malatesta Novellus Testamento legavit multos agros & fundos Venetis Procuratoribus D. Marci, ut quidquid ex eis venditis pecuniæ retraherentur, quæ immensa fuit, partim Sacerdotibus Missas celebraturis, partim egenis distribueretur; quod Fideliter Procuratores præstiterunt*. Ex lib. 6. cap. 6. Theat. Vitæ humanæ Ægnatii. De his satis.



(*b*) A Viro studiosissimo nobis amicitia summopere juncto per Epistolam accepimus, Codicem manu exaratum Marchanovæ antiqua. Inscriptionum ob characterum, picturarum elegantiam, conspicuum modo in Bibliotheca Collegii Romani adservari, qui antea erat apud Claris: Muretum, atque ipsius amici opera exemplar Præfationis, seu Epistolæ hujus perhumaniter fuimus assequuti, quam, ut jacet, in lucem dedimus. Si illud opus Novello Malatestæ Principi nuncupatum fuit, ipsique oblatum, quid credendum? Nemo non arbitretur, illud aliquando in Malatestiana Bibliotheca extitisse, in qua cum hodie non reperietur, consequens est, ut ab illa sublatum existimare debeamus. Porro Præfationem, seu Epistolam, quam heic integram exhibuimus, nondum antea lucem adspexisse putamus, & si ipsas *Marchanovæ* inscriptiones in *Gruteri*, aliorumque collectionibus vetera Marmora continentibus, & quidem ex ipso Marchanovæ opere editas sciamus. In postremis Epistolæ versibus pro *infingat*, & pro *tamque*, legendum videtur *infigat*, & *tanquam*.

CATALOGUS CODICUM MSS.
BIBLIOTHECÆ
MALATESTIANÆ

TOMUS PRIMUS

IN TRES PARTES DIVISUS,

QUÆ, QUID CONTINEANT,

SEQUENS PAGINA DECLARABIT.

TRES PARTES, IN QUAS TOMUS HIC
DISTRIBUITUR,
PLUTEOS BIBLIOTHECÆ CONTINENT
AD
INGREDIENTIUM DEXTERAM COLLOCATOS,
QUI SUNT
VIGINTI NOVEM NUMERO;
IN PRIMA PARTE
DE TREDECIM PRIORIBUS PLUTEIS AGITUR;
IN SECUNDA
DE TREDECIM ALIIS, QUI SEQUUNTUR;
IN TERTIA
DE RELIQUIS TRIBUS,
QUI QUIDEM GRÆCA EXEMPLARIA
CONTINENT.



BIBLIOTHECÆ MALATESTIANÆ

PARS PRIMA.





Neminem, qui me arguat, confido futurum, si MSS. Codicum hac in Bibliotheca existentium Indicem conficere studeam, imitatus aliqua ex parte Viros magni in litteraria Republica, immortalisque nominis Mabillonios, Montfauconios, Sponios, Tollios, Maffejosque, nec non eruditissimum Zaccariam, qui, cum Codices multarum Bibliothecarum sub oculis habuisset, eos suo in itinere litterario summa cum diligentia, eruditisque observationibus, ne figuras quidem illorum minio, auroque illitas prætermittens exactissime descripsit, distincteque admodum de opusculis, quæ lucem haudquaquam adspexisse judicabat, differuit. Non absimili modo, meum hoc opus contexere studebo, sperans præstantes homines facile mihi veniam daturos, sicubi evenerit, ut quædam pro ineditis habeam, quæ prelo aliquando fuerint excusa. In tanta enim ubertate Operum, & Opusculorum, quæ in tenebris laterent, ab iis per Viros doctos postremis hisce sæculis erepta sunt, difficile admodum fuerit quibusvis vel maximæ lectionis, & memoriæ hominibus non interdum errare, dum de operibus, quæ manu exarata in Pluteis Bibliothecarum reperiunt, tanquam de ineditis pronuntiant.

Quoniam autem duo primi Plutei libros continent maximam partem typis excusos, a doctis Cæsenatibus elucubratos, solique iis intermixti occurrunt quinque Codices manu exarati, quorum vel nullam, vel levem mentionem rei litterariæ Scriptores fecerunt, Lectorem monemus, nos in duobus iis Pluteis describendis nullum sermonem habituros de Libris iis jam impressis (quorum tamen singulorum distinctam mentionem alio loco, hoc est ad hujus Indicis finem faciemus); sed de quinque tantum prædictis Codicibus manu exaratis locuturos, ex quibus, & inedita quædam, quod non parum ad ea, quæ superioribus capitibus dicta sunt, spectant, promemus.

PLUTEUS I.

QUI CONTINET CODICES XXIII.

E QUIBUS TRES TANTUM SUNT MANU EXARATI.

PRimus Codex Ms., prætermiſſis omnibus Cæſenatum Auctorum editis operibus, primis hiſce in duobus Pluteis exiſtentibus, poſitus num. III. nobis ſe ſe offert, qui Franciſci Uberti Cæſenatis carmina, & proſas exhibet, mole grandiuſculus in 4. magna ex parte chartaceus, multis autem paginis membranaceus; partim Auctoris, partim aliena manu, ſed Auctori coæva exaratus, ac proinde ſæc. XV.

En titulus, qui in prima illius pagina rudi circumductus ornamento occurrit. (a)

Franciſci Uberti Cæſenatis
Opera quæcunq. invenire licuit in unum collecta,
Una cum Vita ipſius
A Nicolao Maſinio II. Phyſico conſcripta,
A Quo, & Cæſenatum quotquot ſuperſuerunt
Auctorum Opera, huic adjudicata ſunt
Pluteo.

Poſt Operis titulum in ſequenti pagina hæc leguntur.

Vita Franciſci Uberti Cæſenatis
Poetæ, & Oratoris Clariſſimi.
A Nicolao Maſinio II. Phyſico
conſcripta. (b)

Sequitur Franciſci Vita, eamque in Codice deinde excipit ſequens Carmen, quod Quintilianus Ubertus in devincti animi ſui ſignificationem erga Maſinium compoſuit.

Ad Nicolaum Maſinium Nobiliſſimum
Cæſenatem Philoſophum, & Medicum Excellentiſs.
Quintilianus Ubertus Pauli Filius,
Franciſci Uberti Pronepos.

„ Quis Nicolae potens tua nunc illuſtria facta,
„ Quiſque tuas poterit dignas conſcribere laudes?
„ Si tua te Turris (c) nunc tollit in æthera ſummum,

„ Si-

(a) Ad tituli declarationem hæc notare juvat. Nicolaus Maſinius Cæſenas Vir doctus, qui ſexto decimo floruit ſæc., Opera Franciſci Uberti Cæſenatis ſedulo perquirens, quamplurima apud hæredes nactus eſt fideliter cuſtodita, inque unum collegit. Cum autem Mſſ. eruditi Civis ſui in deliciis habuiſſet, legiſſetque aſſidue, ex iis, nec non aliis ex monumentis ab Uberti ævo parum diſtantibus multa ad ipſius vitam, quam texuit, conſcribendam decerpſit. Hæc deinde, aliaque ab Uberti Nepotibus in ipſius etiam Nicolai laudem ſermone numeris adſtricto exarata huic Codici Operum Uberti ita adjuncta fuerunt, ut primum in eo locum occupent.

(b) Hanc Vitam ad Indicis finem dabimus, ſperantes rem pergratam Scriptoribus Vitarum illuſtrium Virorum futuram, quam eos latere putamus, cum publicam in lucem nondum prodierit, eamque notis, & obſervationibus illuſtrabimus. Nicolaus Maſinius dictus eſt II. quod Avi ſui, eodem vocati nomine, egregie fuerit ſectatus veſtigia. Is Philoſophus, & Medicus fuit clariſſimus. Bibliothecam, qua de agimus, libris excuſis adauxit, & quotquot Scriptorum Cæſenatum inedita opera eſt nactus, ne perirent, eidem eſt elargitus. Vere doctus, vereque gloriæ Patriæ ſuæ cupidiſſimus.

(c) Turris gentilitium eſt ſtemma illius familiæ, de quo alibi.

„ Sique tenes clarus clarum per sæcula nomen?
„ Tu virtute tua, atque tuo splendore nitenti
„ Nubibus obscuris Francisci carmina Vatis
„ Faucibus, & diræ mortis nunc diripis. Unde
„ Elogio dignum grandi, quod perficis, esse
„ Judico. Nam Civis Civem, si sublevat alter,
„ Illustremve facit tumulo, vel vindicat ipsum,
„ Huic debetur civilis, quæ tempora nectat,
„ Quercus. Tu Nicolae potens, cui sydera Cæli,
„ Et natura patet Medica, qui summus in arte
„ Diceris, excellens, divus quam detulit olim
„ Hippocrates: nostram pulchro suffulcis honore
„ Gentem. Nil mirum si te super astra referre
„ Conamur. Tandem cœptis ne defice rebus.

Extat & aliud carmen in eodem Codice Gratiosi Uberti Fratris Quintiliani, Pauli Filii, unde intelligemus, familiam illam sæc. VI. decimo studiosis Viris resplenduisse.

Candido Lectori
Gratiosus Ubertus Pauli Filius,
Auctoris Pronepos

„ Non mors, non tempus Vatis restinguere famam
„ Ardentem nostri, proh! potuere truces,
„ Namque æterna suæ Franciscus Ubertius olim
„ Virtutis prudens hæc monumenta dedit.
„ Impertivit aquas huic dulces grata Camænis
„ Egeria, & lauro stemmata compta tulit.
„ Virtutis cupidos præstanti lacte fovebat,
„ Sic atque egregia clarus in arte fuit.
„ Hic virtute sua potuit præclara Novelli
„ Cunctis nota sui reddere facta Ducis.
„ Cæsenam is rexit Dominus Malatesta Novellus,
„ Cujus Francisco gratia grata fuit.
„ Orfeo nam similis facundo carmine Vates
„ Ad se permultos traxit & ipse Viros.
„ Hic tandem Musis sublatus in æthere summo est
„ Felix, sicque suum ad sydera fertur Opus.
„ Hoc quoque Francisco prodivit Ubertia proles
„ Vixit, quæ & vivit florida honore gravi.

Post hæc occurrunt in Codice Uberti Epistolæ versibus scriptæ, & duobus libris comprehensæ, quorum prioris titulus ita habet.

Francisci Uberti Cæsenatis
Primus Epistolarum, sive de suis temporibus
Liber.

Epistolas ipsas heic excribere minime opportunum ducimus; earum inscriptiones, & quæ in marginibus occurrunt notatu digna, vel saltem haud inutilia quædam afferre contenti.

Epistola I. ad Pomponium Lætum (d)

In margine legitur. *Paulus secundus Venet. Pontifex Maximus laudatur justissime*,

(d) Pomponius Lætus Amygdaria Calaber, eloquentiæ, & antiquitatis peritissimus Sabellici, Peutingerii, aliorumque celeberrimorum hominum Præceptor, floruit sæcul. XV. De ipsius scri-

ſime, & ad finem ipſius *commendatur Cæſena Pontifici*, & hiſce clauditur verſibus.

„ Quam bellum; voluit magis hæc perquirere pacem
„ Pauli Pontificis: conſuluitque ſibi.
„ Conſuluit Cæſena ſibi, quæ ſemper Alumnos
„ Romano Imperio fida Miniſtra dabit.

II. Ad Magnificos Dominos Cæſenæ Gubernatores *de Libertate*. qua in id temporis Cæſena ſplendide fruebatur

III. Ad Reverendis. Patrem D. L. Patriarcham Cæſenæ Gubernatorem,

De reditu. Inc. *Gaudet læta tuo Reditu Patrum optime Princeps Nunc Patria*.

IV. Gratulatio de Sixti IV. Pontificis Maximi Creatione ad Magnificos D. Conſervatores.

V. De adventu Patris Fratris Roberti Ordinis Minorum Prædicatoris celeberrimi. (*e*)

VI. Ad eruditiſſimum Artium, Medicinæque Interpr. Comitem Facinum Civem Patavinum. (*f*)

VII. Ad Magnificum D. Maltoſellum Malateſtam.

VIII. Ad æquiſſimum Virum Prætorem Cæſenæ, D. Petrum Paulum Calderinum Imolenſem. *de ipſius laudibus*.

IX. Ad peritiſ. Virum Actonem Ugonem Præceptorem Bononiæ. *In ea Præceptorem ſuum laudat*.

X. Ad nobiliſſimum Virum Franciſcum Buzacharinum Poetam Patavinum. (*g*)

XI. Ad Præſtantiſſimum Equitem Titum Veſpaſianum Strozam Poetam Ferrarienſem Optimum.

XII. Ad Reverendiſſimum D. Cæſenæ Gubernat.

XIII. Ad doctiſſimum Juriſconſultum, Poetamque D. Joannem Bertachinum Firmanum. (*h*)

XIV.

ſcriptis ad quamcunque ferme facultatem ſpectantibus videſis Voſſium III. de Hiſtoria Lat. pag. 613., & poſt ipſum auctores Diarii Eruditorum Italiæ, & Tom. VI. Hiſt. Lit. Ital. doctiſſimum Hieron. Tiraboſchium lib. 3. pag. 11. 12. 13. edit. Mutin. De Pomponii geſtis in obſcuro Hiſtorici verſantur; hac tamen in re plurimum Cl. P. Manſio Eruditi debent. Is in append. ad Volumen VI. Bibli. med. & inf. ætatis fabric. p. 6. protulit in lucem Pomponii Læti elogium a Michaele Ferno Mediol. eo ipſo anno, & menſe, quo Pomponius diem obiit, conſcriptum.

(e) De Roberto Licienſi Ordinis mei hæc Paulus Corteſius lib. II. pag. 103. *Quid Robertum Licium? quo nemo Patrum memoria eſt abundantior in dicendo judicatus. Quo vocis ſono, quo flumine verborum, aut qua affluentia rerum animos hominum movere ſolitum fuiſſe credimus &c.* Franciſcus etiam Philelphus doctrina, & eloquentia exornatum prædicat lib. III. epiſt. XIII. Et Ubertus noſter.

(f) Facinus hic Artium, Medicinæque Interpres vocatur. Verum in Scriptoribus virorum illuſtrium Urbis Patavii Interpretem hunc Artium, & Medicinæ non comperi: fortaſſe pro *Facinum*, legendum eſt *Facium*.

(g) In Græcis, Latiniſque litteris eruditiſſimum fuiſſe Buzacharinum plerique ævi ſui Scriptores teſtantur. Multa ſcripſit, edidit pauca. Numquam quæ dictabat, vel exarabat ſatis culta ipſi videbantur. Icciroo omnia pene, quæ ipſo vivente jacebant, nunc profunde dormiunt. A viris doctis ſummopere commendatur. Iſocratis Orationem e græco in latinum elegantiſſime a ſe verſam una cum Epiſtola ad Fridericum Cornelium Prætorem Patavinum ipſemet adhuc vivens edidit. Vixit ſæc. XV., & ſepultus eſt in Baſil. D. Antonii Conf. in Sacello Majorum ſuorum circa Annum Domini MD.

(h) Extat, omnibuſqne notum eſt Bertachini hujus opus inſcriptum *Lucerna juris* in 5. Volumina diſtinctum. Is in Academia Patavina valde ſub diſciplina Antonii Moſelli, & alterius Antonii Iſtriæ profecit. Id ex ipſo in Tract. de Gabellis, & in dicto opere *Lucerna juris* in verbo *Filia* diſcitur: Vixit ſæcul. XVI.

XIV. Ad ſuaviſſimum condiſcipulum, Poetamque Diotalevium Vivianum. (*i*) Codex legit *Detalevium*.

XV. Ad jucundiſſimam mihi D. Candidam Severinam *de morum ſuavitate, atque ipſius pulchritudine*. In marginibus ejuſdem Epiſtolæ hæc ſunt. *Paridem Helenæ. Jaſonem Medeæ; Anchiſem Veneris; Æneam Didonis; Naſonem Corinnæ; Tibullum Nemeſis; Propertium Cynthiæ amore captos; Candida Severina; Cupido Dea.*

XVI. Ad ſplendidiſ. Virum mihi chariſſimum Leandrum Civem Patavinum.

XVII. Ad celeberrimum Doctorem, Patriciumque Venetum D. Franciſcum Baroccium. (*l*)

XVIII. Ad doctiſſimum Virum, Præceptoremque optimum Michaelem Angelum Paniſcaliſium Peruſinum. (*m*)

XIX. Ad Reverendiſſimum Dominum Legatum de latere Cardinalem Ulyſſiponenſem *de Pace componenda*.

In marginibus. *Cæſena pacis ſedes. Cæſena pingue ſolo. Bona quot a pace. Studia litterarum. Bacchus. Cæres. Minerva. Pudor, Fides. Concordia, Juſtitia. Religio.*

XX. Ad honeſtiſſimum Virum, Sacerdotemque Veneran. D. Victorem Bellinum Venetum *de ejus eximia pietate*.

XXI. Ad Clariſſimum Virum Fredolum Mainardum Poetam Cæſen.

XXII. Ad Diotalevium Vivianum Secerdotem merito colendum.

XXIII. Ad Fredolum Mainardum Cæſen. mihi Cariſſimum.

XXIV. Ad Benedictum Virum Celeberrimum: (*n*)

Secundus Epiſtolarum Uberti liber hunc habet titulum.

Franciſci Uberti Poetæ Cæſenatis
Ad Magnificum D. Rambertum Malateſtam.
Syllani Comitem
Epiſtolarum Liber Secundus.

Epiſtolarum ipſarum hæ ſunt inſcriptiones.

I. Ad Magnificum D. Rambertum Malateſtam Syllani Comitem.

In

(i) Diotalevius Ariminen. omnium ſcientiarum ſtudioſiſſimus fuit; præcipuam tamen in Theologica facultate adeptus eſt laudem. Scripſit librum *de auxiliis*; *de concurſu Dei ad actus liberos voluntatis creatæ*; ſed opus egregium de *uſuris*, quod inchoaverat, præreptus morte immatura, perficere non potuit, quæ ei anno ætatis 41. contigit, non multo poſtquam ex Epiſcopo S. Angeli, & Poloniæ Nuncio in Purpuratorum numerum cooptatus eſt. Joan. Nicius Erytrheus in Pinacotheca 1. pag. 282.

(l) Moletius in præfatione ad Tabulas Gregorianas appellat Baroccium Senatorem ampliſſimum Catenæ diſcipulum, & Geometriæ ſcientiſſimum, peritiſſimum autem in Aſtrolabio. Extant Franciſci Baroccii lib. 4. de Coſmographia; lib. 3. de muniendis arcibus; lib. 2. in elementa Euclidis, & Comentarius admirandum illud Problema Geometricum demonſtrans, quod docet duas lineas parallelas in eodem plano deſignatas numquam coire poſſe, tametſi in infinitum protrahantur. Ex hiſt. Gymnaſii Patav. Nicol. Comneni Papadopoli ſect. 2. lib. 3. c. 15.

(m) Ea in Epiſtola Franciſcus Uberti ſuum Præceptorem laudat, latinis, græciſque litteris inſtructum, eloquentem, magnique nominis fuiſſe refert. Multos ad eum audiendum e longinquis etiam Civitatibus fama virtutis ſuæ pertractos convenire ſolitos indicat, cum juventuti inſtruendæ operam daret. Nullam tamen hujus hominis mentionem apud ejus ſæculi Scriptores reperire quacumque adhibita diligentia potui.

(n) Hunc eſſe Benedictum Capra I. C. Peruſinum, cujus Conſilia, & Commentarios in lib. V. Decretalium laudat Trithemius cap. 880. de Scrip. Eccleſ. exiſtimo, cum eum Ubertus legis Doctorem in epiſt. ipſa indicet. Verum depravatam eſſe Trithemii lectionem in deſignandis viri illius docti Commentariis ſuſpicatur P. Manſi; merito enim vero. In Bibliotheca Filini obvii ſunt Mſſ. Codices, qui exhibent Capræ in VI. Decretalium expoſitiones.

In marginibus. *Laus Ramberti Equitis, & Comitis. Carolus Malatesta Comitis Ramberti Genitor. Comes Hieronymus de Ruverio Pontificis Sixti Nepos. Comitis Nepsis Maria pudica Ramberti uxor. Vota justissima ad pignora Thalami obtinenda.* (o)

II. Ad præstantissimum Mattacolum Perusinum.

III. Ad Albertum Luscum Vicentinum Condiscipulum peramantem.

IV. Ad Generosissimum Virum, Præstantissimumque Astrologum Agamemnonem Tybertum. (*p*)

V. Ad magnificos Dominos Cæsenæ Conservatores.

VI. Ad Reverendiss. D. Cæsenæ Gubernatorem.

VII. Ad Clarissimum Equitem, Poetamque Antonium Tanum Foroliviensem.

VIII. Ad Julium Corvicium Virum peritissimum. (*q*)

IX Ad Æquissimum Cæsenæ Prætorem.

X. Ad Magnificum Dominum Malatestam Novellum Epithalamium.

XI. Ad Sacræ Teologiæ interpretem, Poetamque clarissimum Magistrum Baptistam Carmelitam. (*r*)

XII. Ad Magnifici Domini Malatestæ Novelli Scribam doctissimum Annibalem Cerbonum.

XIII. Ad Magnificos Dominos Cæsenæ Conservatores.

In marg. *Pons Martinianus a Cæsenæ Commune* extructus; ita appellatus ab Ecclesia S. Martini. *rapidus Sapis. Florida Cæsenæ Juventa. De Divo Antonio.* Vetusta Ædicula Divo Antonio dicata ad latus Sapis, quæ combusta, atque diruta fuit.

XIV. Ad eruditum Virum Xanthiam Phoceum Picentem Amicum.

XV. Ad clariss. Virum, Amicumque Suavem Fulvium Concordianum.

XVI. Ad Magnificum D. Malatestam Robertum Arimini Dominum.

XVII. Ad Magnificam Dominam Violantam Malatestæ Novelli Conjugem.

XVIII. Ad Clarissimum Poetam Onuphrium pro Amico bono. Longior hæc est, & jucundissima.

XIX. Ad Celeberrimum Jurisconsultum, Poetamque Robertum Ursum Ariminensem. (*ſ*)

XX.

(o) Ex ipsa decerpsi versus, & exaravi Cap. I. de Malatest. Familia pag. 8.

(p) Agamemnonem non solum peritissimum Astrologum, verum etiam magni nominis Philosophum extitisse Franciscus Poeta cantat, & tamen tot inter præclaros illius Familiæ nobilissimæ viros nedum Scriptores exteri historiæ litterariæ, verum & Cæsenates Auctores aliorum, non ipsius meminerunt.

(q) Non tantum hac in Epistola Julium ævo suo apud doctos homines celebrem commendat, sed etiam libro Epigrammatum ad Alexandrum VI. num. XV.. Viros inter Romæ Clarissimos eruditissimum, bonarumque artium eximium cultorem ostendit. De illo nulla, quod sciam, mentio facta est a Scriptoribus de viris illustribus.

(r) Is Ferrariensis Scriptor fuit, Sacrarum litterarum & latinarum peritissimus, & Poeta. Floruit sæc. XV., & præcipue in Carminibus pangendis gloriam obtinuit. Præter alia ipsius Opera soluta oratione composita, extant Epigrammata diverso genere metri scripta. Vide Supplementum Origliæ ad Diction. Historicum Anton. Mariæ de Lugo Tom. I. pag. 341.

(ſ) Roberti Ursi J. C. eruditissimi, qui Tiferni Prætorem egit, opus extat, cui titulus de

XX. De admiranda Divi Vicini Sarſinatis, celebrandaque Virtute.

XXI. Ad Clariſſimum Equitem, Poetamque Titum Veſpaſianum Strozam Ferrarienſem. *De Terræmotu*. (*t*)

XXII. Ad Equitem Cæſarem Valentinum Mutinenſem.

XXIII. Ad doctiſſimum Joannem Presbyterum Cuſtodem B. M. Virginis Lauretanæ.

Sequuntur aliæ numero non pauciores ejuſdem Auctoris ſine eorum nomine, ad quos datæ fuerunt; continent tamen quamplurima ſcitu, & obſervatione digna.

His Epiſtolarum libris ſuccedunt in Codice plerique libelli Epigrammatum, quorum prior Alexandro VI. Pontifici Maximo inſcriptus eſt hoc titulo.

Ad S, D, N. D. Alexandrum VI. Pontif. M.
Franciſci Uberti Poetæ Cæſenatis bona cum venia
Libellus Epigrammaton.

Ac deinde ſub ſtemmate ibi picto ipſius Pontificis hoc diſticon habetur

„ Sextus Alexander gerit hæc inſignia Paſtor
„ Summus, & a geſtis quantus in Orbe patet.

SECUNDUS LIBER HANC PRÆFERT INSCRIPTIONEM

Ad Reverendiſſimum in Chriſto Patrem D. Dominum
Hypolitum III. Ducis Ferrariæ D. Herculis Filium
Cardinalem Eſtenſem Franciſci Uberti Poetæ Cæſenatis
Libellus Secundus Epigrammaton.

TERTII INSCRIPTIO HÆC EST.

Ad Reverendiſſimum in Chriſto Patrem D. Dominum
Cardinalem Salernitanum Dominum Colendiſſimum
Franciſci Uberti Poetæ Cæſenatis bona venia
Libellus tertius Epigrammaton.

QUARTUS HUNC HABET TITULUM.

Ad Sereniſſimum Principem, & Dei Gratia Ducem
Venetiarum D. Leonardum Loredanum D. Colendiſſimum
Franciſci Uberti Poetæ Cæſenat. bona cum venia.
Libellus Epigrammaton.

QUINTUS EXHIBET HANC INSCRIPTIONEM.

Ad D. D. Chriſtophorum Viterbi de Spiritibus
Epiſcopum Cæſenæ, ac S. R. E. Referentem
Franciſci Uberti Cæſenat.
Libellus Epigrammaton.

Is liber alia manu, quam qua cæteri ſcriptus eſt.

SEXTUS HUNC PRÆFERT TITULUM.

= *de obſidione Tifernatum ſub auſpiciis Roberti Malateſtæ Arimini Principis. Tiferni per Ant. Mazocchi Cremonen., & Nicolaum Guecium an.* 1538.; in fine legitur ejuſdem Auctoris Epigramma ad Campanum Vatem. Rarum hoc opus ſervatur in publ. Ariminenſi Bibliothe. De ipſo Urſo Mſſ. Villani quædam habent.

(t) In collectione ſelectorum Carminum ex operibus illuſtrium Poetarum ſæc. XV. & XVI., quæ Veronæ prodiit an. 1732. Typis Petri Anton. Berni prima P. tredecim Strozæ hujus carmina, eaque elegantiſſima occurrunt. Aurelius Mataurenſis Epiſcopus in Opere de Viris Florentinis Titum hunc Strozam in *ſcribendis Elegis Tibullo, Propertioque parem appellat*. Scriptores Ferrarienſes alia eſſe ejuſdem eximii Viri opuſcula proſa, & metro inedita tradunt, & Janus Pannonius in Guarini Panegirico, qui Præceptor Strozæ fuit, ejus in Carminibus elegantiam celebrat.

Ad Illuſtriſs., & Excellentiſs. Ducem Valentinum Dominum noſtrum
Cæſarem Borgia de Francia, ac S. R. E. Confalonerium
De ipſius laudibus, miraque in capiendis Civitatibus facilitate.
Franciſci Uberti Poetæ Cæſenatis bona cum venia
Libellus Epigrammaton.

Septimi inscriptio est hujusmodi.

Ad Illuſtriſs., Excellentiſſimumque Ducem Urbini
D. Guidubaldum Montferetrium Dominum Colendiſs. bona cum venia
Libellus Epigrammaton.

Octavus hanc Inscriptionem præfert.

Ad Illuſtriſs. Dominum Joannem Sfortia de Aragonia
Cotignolæ Comitem, Piſaurique Dominum, & Mæcenatem ſuum
Libellus Epigrammaton.

Nonus inscriptus est eruditissimo Marsilio Ficino hoc titulo.

Ad Virum eruditiſſimum, Philoſophum graviſſimum
Dominum Marſilium Ficinum Florentinum bona cum venia.
Libellus Epigrammaton. (u)

Singulorum, quæ in his libellis habentur Epigrammatum Titulos, ſeu Lemmata exſcribere piguit; prioris tamen Libri, quem Alexandro VI. inſcriptum indicavimus, tituli Epigrammatis præfixi hi ſunt.

I. Ad ipſum Pontificem Maximum Alexandrum VI.

II. Ad Dominum Rafaelem Monachum Placentinum Poetam.

III. Ad Reverendum D. Præſidem D. Antonium Ducalem Gubernatorem Generalem.

IV. Ad juris utriuſque Doctorem Odantonium Dandinum Cæſenatem.

V. In fœdifragos Proditores, quo Patriæ libertati, & paci, & amplitudini invidentes juſtis impetitur conviciis.

VI. Ad S. D. N. D. Alexandrum VI.

VII. Ad Optimum Cæſenæ Gubernatorem.

VIII. Ad Sextum Ollam.

IX. Ad Illuſtriſſimum Ducem Romandiolæ Dominum noſtrum.

X. Epithaphium Beati Remigii.

XI. Ad S. D. N. D. Alexandrum VI.

XII. Ad clariſſimum Virum Hieronymum Maſerium Forolivienſem. (x)

XIII. Ad Vincentium Tuſcum Philoſophum Cæſenatem.

XIV. De Illuſtriſſimi, ac Reverendiſſimi Ducis Romandiolæ Domini noſtri Cæſaris Borgiæ memorabili victoria.

XV. Ad Julium Corvicium Romanum V. eruditiſſimum.

Poſtre-

(u) Epigramma ad ipſum Marſilium, cui libellus inſcribitur, ea continet ferme, quæ de ipſo Politianus cecinit.

„ Mores, ingenium, muſas, ſophiamque ſupremam

„ Vis uno dicam nomine? Marſilius.

(x) Lib. 2. cap. 4. pag. 219. Virorum illuſtrium Forolivien. Eques Marchiſius Hieron: Maſerium exornat laudibus his verbis. *Non mancavano di fiorire in ogni altro tempo, anche in queſto altri Uomini di Forlì per lettere ſingolari, tra queſti Girolamo Maſerio Filoſoſo, e Aſtronomo Nunzio de' Veneziani al Re di Ungaria.* Bonolus lib. 2. pag. 306. an. 1518.

Postremus hic vero Liber, hoc est ille, qui Marsilio Ficino dicatus est, Epigrammata continet, unum ad Joannem Franciscum Filomusum, (y) alterum ad Poetam, Doctoremque Robertum Ursum Ariminensem; alia vero ad Polydorum Equitem Tibertum Cæsenatem, & ad præclarissimum Virum D. Titum Vespasianum Strozam Ferrariensem.

Post prædictos omnes Epigrammatum Libros occurrunt in Codice Epistolæ aliquot soluto sermone scriptæ, & Orationes.

PRIMÆ EPISTOLÆ EST TITULUS.

Franciscus Ubertus Cæsenas Præceptori suo doctissimo Michaeli Angelo Perusino salutem plurimam.

In fine legitur. *Ex Montibus IV. Kalendas Decembris MCCCCLXX.*

SECUNDÆ.

Franciscus Ubertus Cæsenas Gratioso Uberto,
Valerioque Liberis charissimis fælicitatem.

TERTIÆ.

Franciscus Ubertus Cæsenas doctissimo Oratori, & Poetæ Domino Mario Sabellico.

Qua gratulatur Ipsi de Bibliotheca Veneta suis Codicibus ditiore facta, & certiorem facit de libello dato Serenissimo Venetiarum Duci D. Leonardo Loredano.

QUARTÆ.

Franciscus Ubertus Cæsenas Poetæ, & Oratori
Domino Hieronymo Maserio Foroliviensi.

Orationum vero altera est cum hoc titulo.

Oratio
In funere Illustrissimi Cæsenæ Principis.
Domini Domini
Malatestæ Novelli de Malatestis
A Francisco Uberti Cæsenate habita. (z)

ALTERA VERO.

De pace, & recuperatione libertatis cum Apostolica Sede.

Hæc elegantior est, & perpolita; sed ejus Orationis pagellæ aliquot corrosæ sunt.

Tam in his vero, quam in aliis omnibus novem prædictorum Librorum Epigrammatis multa extant ad eruditionem, & historiam spectantia; & ut alia omittam in libro tertio Epigramma extat ad Patriam Cæsenam, in quo de factionibus queritur, quæ eam lacerabant, & capita factionum hæc numerat, Martinellum, Tiberium Comitem de Balneo, Tibertos victores, captosque Polydamum, & Polydorum.

Non omiserim eodem in libro haberi Epistolam Cassandræ Fidelis, quæ & celebris Poetria fuit (a), cujus hæc inscriptio.

 Cas-

(y) Humanissimam nuperrime accepi Epistolam a Cl. Equite Hannibale de Abbatibus Oliverii, qua ægre admodum ferre se scribit — *Che nel Tomo VII. della raccolta de' Poeti fatta in Firenze alla pag. 172. Francesco dicasi di Como. Giovanni Francesco Filomuso è della Casa Saperelli Pesarese, che si prese il nome di Filomuso, e con ragione, perchè fu bravo Poeta latino. Tre di lui Epigrammucci sono nella Coriciana, e quattro pezzi eroici di molto pregio Italiani nell' anzidetta Raccolta*. Ita celeberrimus ille Vir.

(z) Non ea solum, quæ historicis rebus lumen adfundunt a nobis exposita in quinque hujus primi tomi capitibus nos quodammodo adducunt ad hanc Uberti Orationem publici juris faciendam, sed impellunt etiam Principis Novelli magnificentia in hac extruenda Bibliotheca Codicibus egregiis ditata, & quædam grati animi erga ipsum Principem significatio; ideoque, rerum ordine servato, post Francisci Uberti vitam a Masinio exaratam, hanc Orationem ad Indicis finem typis committemus.

(a) Politianus in Epistola quadam de Cassandra uti non dubitavit Virgiliano hoc versu „ *O de-*

Cassandra Fidelis Francisco Uberti Oratori, & Poetæ S. P. D.

Finis ejus Epistolæ hæc habet -- *Iterum vale litterarum Ornamentum -- Venetiis octavo Idus Januarias a prima elementorum concordia Olimpiade I. CCCCLXXXVIII.*

Hæc sunt, quæ nobis in Codice, quo de agimus, per Nicolai Masini industriam servata fuerunt, cui certe plurimum ob hanc rem litteraria Respublica semper debebit.

Exscribam quæ cecinit Ubertus Poeta in carmine consolatorio ad Magnificam D. Violantam pudicitiæ fama præstantem ob Mariti sui mortem.

„ Pone tamen lacrymis finem, o Regina, precamur,
„ Ne sua tam credat, quam mala flere tua;
„ Namque tuus Conjux Dominus Malatesta Novellus
„ Ut meruit Cæli sydera summa tenet.

Addam & Epigramma ejusdem ad Hyacintum Equitem clarissimum Cæsenatem, quod extat in memorato superius Libro primo Epigrammatum num. *16.* quando id ad Cæsenatis hominis gloriam spectat.

„ Major Avis (parcant) Eques, o Hyacinte, fatemur
„ Quod verum est, Patriam tollis in astra pius.
„ Hanc claris functus titulis ornare laboras
„ Corpore præfulgens, moribus innocuus.
„ Indomitos dudum populos, nimiumque rebelles
„ Eloquii fræno, justitiaque domas.

Quæcunque hoc in Codice Francisci Uberti continentur, etiam minima lucem nondum aspexerant, & sepulta ab initio sæc. XV. usque ad hæc nostra tempora jacuerant.

Secundus Codex MS. num. 8. adnotationem hanc in principio habet.

Darii Tiberti Cæsenatis interlinearem hanc in Psalterium Glossulam paulo minus, quam destitutam jacentem Nicolaus Masinius , II. Physicus in hanc formam redigendam curavit, atque in hosce Cæsenatensium libros hic jam a se constitutos adjunxit. Anno Salutis MDVIIC.

Sequitur tabula ad inveniendos per Elementa Alphabetica Psalmos.

Opus deinde ipsum, quod in hoc Codice habetur, hunc titulum præfert.

Jesus

Darii Tiberti Equitis, Patriciique Cæsenatis

Brevissima in Psalterium Interlinearis Glossula.

Ad Psalmos omnes, præter Interlinearem Glossulam propria sunt argumenta, tam ista, quam illa recenti manu exarata; at Psalmi ipsi sæculi, ni fallor, XII. Scripturam commonstrant. Interlineares Glossulas, & Argumenta ad Psalmos lucem non adspexisse existimo, & sunt sæculi XV. In fine legitur.

Darii Tiberti

Endecasyllabon ad hunc Librum suum.

„ Audi: si placet, o Libelle, jussa
„ Ejus, qui studio laborioso
„ Te multa, & genuit libens oliva
„ E nido vagula, & nimis recentes

„ Pri-

O decus Italiæ Virgo, quas dicere laudes,
Qualve referre parem. atque subdit; *Tu scrivi, a Cassandra, lettere piene di sottigliezza, d ingegno, e di latina eleganza, non meno leggiadre per una certa fanciullesca, e virginale semplicità, che gravi per prudenza, e per senno. Ho letto ancora una tua Orazione erudita, eloquente, armonica, maestosa, e piena di gran talento.* Lib. III. Epist. XVII. Thomasinius vitam hujus celebris Fæminæ conscripsit, quæ extat in Editione ab ipso facta an. *1636.* Orationum, & Epistolarum ipsius Cassandræ. Pater Niceron Mem. de Homm. *To. VIII.* pag. *366.* Cassandram laudibus effert.

„ Primo profugiens avis volatu
„ Infelix ruit; & perit misella.
„ Sic si: vel pluteum fugis parentis
„ Extra, & limina prosilis vagando
„ Morsus non fugies, minusve rhoncos;
„ Fies fabula, vel miselle vulgi,
„ Et fundet Criticus novos cachinnos
„ Tergum (si sapis) a Ciconiæ ergo
„ Rostro; vel Canis appulæ cavebis
„ Lingua. Consule si cupis licere
„ Posticæ, miser o libelle, sannæ.
„ Sed postquam libuit domo evagari
„ Primum confugito ad pedes Tonantis,
„ Prolapsus reverenter hunc adora,
„ Nam te præsidio Deus favebit
„ Cujus cantica quum canis, vel acres
„ Sensus tu retegis, facisque tritos,
„ Clemens te auspitio Deus juvabit.
„ Ipse est Omnipotens, is est salutis
„ Nostræ causa, necis, redemptionis,
„ Et vitæ modus. At novissimeque
„ Cunctos judicio reget malos, et
„ Quicunque invidia flagrant perenne
„ Torquebit; Requie pios serena
„ Donabit facie: modo hunc adora,
„ Nam si suppetias petes, fovebit,
„ Et sic Renoceronias, atque picas
„ Nusquam, vel minimum modo timebis.
„ Jam jam quo libet, o Libelle, vade.

Finis.

Hæc deinde occurrunt.

Domitius Calderinus ad Darium Tibertum
Psalmorum Interpretem elegantissimum.

„ Qui cupit exemplo Psalmorum arcana doceri
„ Hunc legat, hic breviter mystica vota facit,
„ Bellerophonteis potum non sumpsit ab undis
„ Iste; sed a sacris fontibus hausit aquam.

Marsus Poeta ad Ipsum.

„ Nunc Dario debent arcana prophetica valde
„ Abdita, qui modicis versibus insinuat
„ Nobilis Interpres dum sacra enygmata solvit,
„ Cælestem fidis hic parat ecce viam.

Franciscus Ubertus ad Eundem.

„ Doctus es Orator Dari celeberrime Vates,
„ Es Tibertorum gloria magna Domus.
„ Obscuros sensus retegis; mysteria pandis.
„ Exsolvis magni verba verenda Dei.
„ Per te Psalmorum jam dicta recondita surgunt.
„ Jam paucis ingens insinuatur Opus.
„ O quam prædulce doctissima pectora tangis
„ Ad Sacros cultus alliciens animos.

„ Sic

„ Sic te Davidicis assuetum cantibus omnes
„ Credunt Angelicos posse movere Choros.
„ Hoc equidem fateor, quia tu cœlestia tractas,
„ Atque Prophetarum mystica verba doces,
„ Davidis en certo Dari tibi carmina debent,
„ Et qui Cœlestum Numina magna colunt.
„ Archetipum servetur opus (ceu Sacra) perenne
„ Nam vitæ cibus est, & requies animi.

Antonius Constantius Fanensis,
primus Fastórum Nasonis Interpres, ad Ipsum. (*b*)

„ Suave Deum cecinit quondam rhodopeius Orpheus,
„ Suave; sed heu veri nescius ille fuit.
„ Darius at Sacro modulatus carmine vates
„ Vere David sensus abdidit ipse suos.
„ Hunc Darius Latio celeberrimus orbe retexit
„ Ordine, & eloquio, nobilitate, fide.
„ Quid tibi Aristoteles, veterum quod Dogmata præstant?
„ Hinc res nostra agitur, perlege Lector Opus.

Nicolai Ferretti,
In Interpretationem Darii Tiberti Equitis Cæsenatis.
Epigramma

„ Si cupis ingenio Cœlum conscendere Lector,
„ Præmia vel summi noscere magna Dei,
„ Perlege Darii tranquilla mente libellum
„ Psalmorum, qui nunc abdita sensa docet.
„ Gratia Tiberto debetur maxime Vati,
„ Dogmata qui parvo Codice magna notat.

Laudant hoc Darii Tiberti Opus Raphael Monachus, ac quamplurimi alii, & Theologum Virum pium, eruditissimumque appellant. (*c*)

Tertius Codex Ms. Num. 10.

Is Codex concinne, & eleganter scriptus est, titulumque habet.

Darii Tiberti Cæsenatis Poetæ Laureati
Carmina
Hectoris Bucci Cæsenatis (*d*)

PRIMO CARMINE
POETA HORTATUR LIBELLUM SUUM, UT IN PUBLICUM EXEAT.
SECUNDUM CARMEN INSCRIBITUR.
Ad Divam Elisabeth Montefeltriam Illustrissimam Urbinatum Reginam.
Darii Tiberti Poetæ dedicatio Deprecationum suarum.

TER-

(b) Petrus Burmannus Præfatione ad editionem Operum Ovidianorum Amstelodami anno 1727 ab ipso curatam testatur, se notis usum fuisse Jacobi Constantii Fanensis Antonii Filii ad librum Methamorphoseos, & subinde de Antonii interpretationibus, sive commentationibus in Fastorum libris aliorum judicium profert. Vide etiam Fabricium Bibliot. latina med. & inf. ætatis Tom. 1. pag. 124. Patav. anno 1754., & Amianum Fanensem Historicum anno 1490.

(*c*) Is Scriptor disertissimus Darius Tibertus Cæsenas Montiayuttonis Comes floruit sec. XV. pleraque alia conscripsit opera typis non evulgata. Composuit siquidem versibus Opus de *Legitimo Amore* inscriptum, quod extat in Biblioth. Vaticana Cod. Urban. num. 850. Hoc opus laudatur a Philippo Labbè Biblioth. Appendice 2. pag. 320., ab Antonio Theisser in Catalogo Auct., & Biblioth. pag. 68, & tandem a Gerardo Vossio de Histor. Latin. lib. 2. c. 11. pag. 651. Aliud opus concinnavit, quod in Codice sequenti continetur.

(*d*) Post Operis Titulum legitur Hectoris Bucci Cæsenatis, hac de caussa, quod libri possessor esset, ipsumque elargitus sit Bibliothecæ Malatestiæ.

TERTIUM.

Ad Jesum Christum, ac ejus Virginem Mariam contemplatio Darii Tiberti implorantis auxilium.

Trecenta numero sunt Epigrammata, quæ hoc Poema complectitur, elegantia sane, doctissima, & magnam in Deum, & Matrem Dei pietatem præsefereotia. Alternatim ordinata occurrunt, ut primum de Christo; de Virgine Maria secundum; tertium de Filio Jesu; deque ejus Matre Maria quartum; quintum de Jesu; sextum de Matre Geoitrice, sicque deinceps. Poeta caoit de Mysteriis utriusque, sensimque legentium amorem erga illos excitat. E quibus coronidis loco dabo ultimum, quo Christo gratias agir.

„ Sit tibi Jesu omnis benedictio, sitque triumphus
„ Gloria, & imperium, perpetuumque decus.
„ Atque tibi Angelico solvatur gratia cantu
„ Sanctorumque hymnis, Virgineisque Choris,
„ Namque reflante tua Deus optime dulciter aura
„ Absolvi has nostras Pneumatis ore preces.
„ Quasque tuam in laudem, inque tuæ Genitricis honorem
„ Flagito suscipias, sic bene finit Opus.

Tiberta hæc Familia nobilis sane, & antiquissima Viros quamplurimos egregios protulir, atque in omnium artium nobiliorum geoere præstantes, quos inter Polydorum, a quo præcipue propagata fuit. Referre hic juvat inscriptiooem Viro huic in Urbe Sulmonensi positam, dum ibi Prætor esser, quæ in Foote ejus Urbis marmoreo adhuc superest; utioam non alicubi exesa.

Polidorus Tybertus Cæsenas Prætor
Sulmonis.
Clarus, & insignis sub invictiss. Rege
FERDINANDO.
Opus hoc nobile struxit, & vias Urbis sternens incrustavit.



PLU-

PLUTEUS II.

QUI CONTINET CODICES XX.

II. MSS. UNIUS. EJUSDEMQUE AUCTORIS.



PRimus Codex locum tenet in Pluteo num. 10., estque pars prima unius Operis, atque hunc præfert titulum.

Rodosynopsis
Conciliorum omnium tam Generalium, quam Provincialium,
sive Latinorum, sive Græcorum, quorum memoria extat,
Celso Rosino Cæsenate Abbate, & Doctore Theologo
Congregationis Canonicorum Regularium
Salvatoris Lateranen.
Auctore.
Tomus Primus.

Dein legitur charactere dissimili,

Di Ettore Bucci da Cesena nell' anno 1620. (a)

Is Codicis possessor, qui illum Bibliothecæ, & Pluteo adjudicavit.

Codex hic decem complectitur libros, omniumque in fronte conspicitur titulus, quem supra exposuimus. Exorditur Auctor ab Hierosolymitana Synodo Anno 34. celebrata, pergitque ad Constantinopolitanam sexagesimam usque, Anno 869. celebratam, quod Concilium octavum est inter Generalia. Volumen hoc Synopsim exhibet Conciliorum 573.; partim Generalium, partim Provincialium, aut Diœcesanorum.

In fronte secundæ paginæ approbatio legitur his concepta verbis, qua permissum fuerat, ut Opus prelo traderetur.

Rodosynopsis Conciliorum omnium, tam generalium, quam particularium, sive apud Latinos, sive apud Græcos habitorum partem hanc primam, seu volumen primum continens libros decem, cujus finis est in his verbis: Est igitur hæc octava Generalis Æcumenica, universalisque Synodus: Auctore Reverendissimo Patre Abbate, & Deffinitore Celso Rosino; legi attente, & diligenter examinavi. Ego infrascriptus facultate mihi facta, & concessa a Reverendissimo Patre Abbate Generali nostro D. Gasparo Castelsanpetro Mediolanen., quam cum invenerim non modo nil continentem contra fidem, & bonos mores, neque adversus reliquas regulas Indicis, quin potius adverterim illam omnino eruditione plenam, & refertam, & Ecclesiasticæ Historiæ præsertim valde, & valide correspondentem; & Auctori suo adamussim conquadrantem, dignissimum judico, ut ad Ecclesiæ Sanctæ ornamentum, & decus, & robur typis evulgetur,

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.

Ex Canonica S. Crucis Cæsenæ Kalen. Decembris anni 1665.

D. Alexius Prualidus Cremonen. Lector Theolog., & in ejusdem Civitatis Universitate Publ. Metaphysf.

Sequitur Sigillum Religionis ferme deletum.

In tertia ipsius Voluminis pagina hæc adnotatio legitur.

Hæc tria Conciliorum Volumina manuscripta, & Autographa Auctore Abbate Celso Rosino Cæsenate, & Canonicorum Regularium Deffinitore Generali, inter vehiculos chartas

(a) Hæc haud dubie a Recentiore aliquo adjecta sunt nimis verente, ne Hector Buccius Operis Auctor diceretur.

chartas cujusdam Bibliopolæ mihi Hectori Buccio datum fuit forte reperire. Totum Opus in unum, & viginti libros distribuitur, & quamvis primi duo, nescio quo fato desint; tamen non apparet mutilum; quoniam liber tertius incboatur a Concilio Apostolorum super electione Matthiæ, cui in Ecclesia Catholica nullum aliud præcessit. Cæterum quidquid in libris deperditis contineretur, an Apparatus Operis, ut opinati fuerunt Viri docti, quos, in hac re curiosus, consului; an vero Concilia, sive Synedria Hebræorum, ut ipsemet arbitratus fui, feliciori ingenio divinandum relinquo.

Observare liceat, Hectorem Buccium trium Voluminum vocabulo in hac sua adnotatione, non tres distinctos Codices indicare voluisse, sed tres unius, ejusdemque Operis partes, quæ omnes duobus tantum Voluminibus, seu Codicibus comprehenduntur.

Ad calcem hujus primi Codicis, qui primum Tomum, hoc est primam Operis partem continet, hæc scripta leguntur.

1670. Adì 9. Agosto ad ore 13. giorno di Sabbato morì il Reverendissimo P. Abbate; e Deffinitore D. Celso Rosini da Cesena de' Canonici Regolari Lateranensi, essendo stata la sua infirmità di quattro giorni di Parilisia di lingua. Uomo veramente di gran sapere, e dottissimo, e gran Letterato.

Nacque li 17. Ottobre 1588., e al Sacro Fonte fu nominato Ruberto. Visse Anni ottantadue, Mesi nove, giorni ventiuno,

Suo Padre fu Domenico Rosini, e la Madre Veronica figlia di Bartolomeo Pittini da Cesena.

CODEX SECUNDUS NUM. 8. COLLOCATUS, cujus titulus idem est ac primi, & Tom. secundum, & tertium continet, scilicet secundam, & tertiam Operis partem.

Initium habet a Concilio Metensi quarto, Anno 869. celebrato, & Constantiense primum Œcumenicum Concilium Tomi secundi partem secundam claudit, quod Œcumenicum septimum appellatur anno 1414. celebratum. Ex septem libris componitur, & Conciliorum sive Generalium, sive Provincialium numerus est 446.

Hujus secundæ partis sub finem occurrit approbatio ejusdem, ut superius *D. Alexii de mandato Reverendissimi Domini &c.* Pace eximii Viri dixerim, in hac sua approbatione errorem deprehendo. Ait namque *ab octava Generali Synodo Constantiensi exorditur*; cum tamen sit initium a Concilio Metensi. At errorem non esse existimo, cum dicit partem hanc secundam ad decimum octavum librum protrahi. Siquidem non intelligitur inclusive, bene vero exclusive.

Tomus tertius a Concilio Serpurgensi auspicatur anno 1420. celebrato, pergitque ad Concilium usque Parisiense anno 1653., sicque finit. Ex quattuor libris componitur, & 95. Concilia continet. Pancis itaque; totius Operis Libri 21. & Concilia 1114.

Index subnectitur omnium Conciliorum, quæ Generalia sunt, charactere majusc. conscripta, non item Provincialium. Simplex eorum Catalogus est, cum non memoret nec Pontifices, Imperatoresque, quorum temporibus fuerunt, nec materias, ob quas Comitia celebrata; non alia sane de causa, nisi quia de iis omnibus peropportune propriis in locis Auctor differit.

Ad hujus Operis perfectionem post indicem aliud extat ejusdem Auctoris opusculum, & hanc præfert inscriptionem.

Colloquiorum, Conferentiarum,
Conciliabulorum,
seu Anticonciliorum adversus
Catholicam Fidem, & Orthodoxam veritatem
a perfidis Hæreticis, ac Novatoribus temere, & inaniter
habitorum.

ab Anno 1517. ad usque Annum 1629.
numerus, & dissonantiæ
Liber primus.

Opusculum in duas distribuitur libros, quorum primus a Lypsiensi Conventu exorditur, & ad formulam Vitembergensem terminum habet, & 40. monstrat Conciliabula ab Anno videlicet 1519. ad annum 1549. Secundus vero ab anno 1549. incipit, quo Oxoniensis Pseudosynodus fuit adunata, & habet finem anno 1629., quo Leopolitana Congressio facta fuit, atque 103. Conciliabula complectitur, hisque absolvitur opus. (b)

Sub finem hæc sunt -- *Ego infrascriptus attente legi, & approbavi tertiam hanc partem, seu Volumen Manuscriptum Conciliorum tam Generalium, quam Provincialium, Græcorum, & Latinorum, & arbitratus sum dignissimam, quæ cudatur ad publicam Doctorum utilitatem, a libro nempe decimo octavo usque ad vigesimum primum inclusive; una cum Appendice Colloquiorum, & Conciliabulorum Hæreticalium adversus Catholicam Fidem.*

Ex Canonica S. Crucis die 2. Februarii 1666.
D. Alexius Provalius &c.

Ambos evolvi Codices; multa in illis sunt, quæ cum iis conferri possunt, quæ de Conciliis eruditissimi Viri summo studio, summoque labore scripserunt. Ast non id negotii mihi datur in hoc Catalogo texendo. Hoc unum addam, multis in locis Codices lacunas exhibere ex defectu Librarii; & in Tomo præcipue tertio quædam Concilia, quæ nude indicantur, absque ulla historica notitia occurrere, inusitata Auctoris methodo, qua sane usus non est in aliorum quorumcumque Conciliorum historia texenda: hæc in caussa fortasse fuerunt, ut Opus lucem non adspexerit.

Ast, ne nimius sim, & tandem expectationi respondeam, ad Codices, quibus Princeps hoc scientiarum Museum ditaverit, progredior. In his autem omnia indicabo, quæ in Eruditorum cujusque generis usum cedere valent; ætatem singulorum Codicum exponam; Librariorum notas, quæ vel scriptionis tempus exprimant, vel locum ubi Codices exarati fuerunt, vel ad quem pertinuerant, exscribam.

Lectores tandem monitos velim, ætatem scriptionis nonnullorum Codicum nos non indicare, sed illos sæc. XV. exaratos esse, sciant. Ratio vero, qua in Codicibus cujuscumque Plutei indicandis utemur, ea est, quæ sequitur, opportunior nostro quidem judicio ad perspicuitatem obtinendam. *His in rebus cuique licet arbitratu suo agere*, inquit Montfauconius in Bibliotheca Coisliniana, olim Segueriana. Parisiis MDCCXV.



PLU-

(b) In Editione omnibus certe castigatiore, & auctiore Operum S. Petri Chrysologi Archiepis. Ravennatis cum notis doctissimorum Virorum Dominici Mitæ, Latini Latinii, nec non Meursii anno Jubilæi 1750. facta, ad marginem pag. 43. legitur Sanctissimi Archiepiscopi Elogium, & Epistola nuncupatoria Reverendis. Patris Agapiti Vincentini Can. Latera. Ordinis Rectoris, hæc sunt. *Elogium in Dominum Agapitum, Lector, Deo dante offendes in Opere inscripto Gymna. Later., quod eruditissimus, & de utraque lingua, & versu, & soluta oratione benemeritus P. Reverendissimus D. Celsus Rosinus Cæsenas Doctor Theologus ejusdem Ordinis Abbas perpetuus edere molitur, ubi heroico stylo Illustrium Ordinis Lateran. Virorum elogia prosequitur.* Hanc promeritus est laudem Rosinus. Quanto major illi fuisset, si Conciliorum eximium opus prelo foret datum!

PLUTEUS III.

CODICES MSS. CONTINET NUM. VI.

In Codice I. hæc extant.

Bibliæ pars, hoc est V. Libri Moysis, seu Pentateuchus.

PRimo occurrit S. Hieronymi Epistola ad Paulinum, estque illa, quæ in recentissima ipsius S. Doctoris Operum Editione a Maurinis curata exhibetur num. 38., qua Hieronymus Paulinum ad conservationem Monasticæ Vitæ, & Scripturarum studium pluribus adhortatur.

Paginæ hujus Epistolæ Calligraphi, aut Compactoris fortasse indiligentia præpostere, vel exaratæ, vel consutæ sermonis ordinem haud servant (quod quandoque Typographis ipsis evenire deprehendimus), idcirco ad extremum paginarum limbum recentiore manu, ubi opus est, signa videntur apposita, quibus recta dispositio, eorumque ordinata lectio commonstretur.

Succedunt libri, qui Moysis Pentateuchum componunt, habentes cum eundem ordinem, & singula librorum capita, tum etiam, & quidem admodum exacte easdem lectiones, quæ in Romana, aliisque novissimis Editionibus occurrunt. Caput XXXIV. libri Deuteronomii finem imponit, quod caput perperam Joseph Antiquita. lib. IV. cap. ultimo, Philo lib. III. de Vita Moysis, & Rabbi Maimonides Moysi prophetice loquenti tribuunt, cum vel Eleazaro, vel Josue, vel Esdræ sit adscribendum.

Ad Codicis finem legitur: *Scriptus per Macarium Venetum*. Membranaceus, ut cæteri ferme omnes hujus Bibliothecæ, est Codex in f.; egregie scriptus, & sæc. XIV.

In II.

S. Augustini *Enarrationes in Psalmos*; a Psalmo LXXVII. ad Psal. ultimum usque CL., inque Psal: CXVIII. idest *Beati Immaculati* extant, sicut in Maurina Editione, sermones S. Doctoris XXXII. (*a*)

In prima Codicis pagina imago spectanda nobis sese offert Augustini gestantis in capite Mitram variis ornatam pictis lapillis, e qua, ut nunc moris est, fasciolæ non pendent, inque læva manu tenentis baculum, ut ajunt, *Pastoralem*, pyramidata induti cucolla nigricolore, cæruleoque Pallio.

Ad finem hæc sunt exarata: *Scripsit Jacobus de Pergula, pro Magnifico Domino Domino Malatesta Novello anno MCCCCLI. & finitus die XV. Septembris.*

C 2 In

(*a*) Cum aliquas S. Augustini sententias prædictarum Enarrationum hujus Codicis cum accuratioribus Editionibus conferrem, atque illas vel parum absimiles, vel easdem esse, ac quas ex MSS. melioris notæ Editiones præferunt, ejusmodi investigatio salivam mihi maxime movebat, ut diligentius nonnullas alias lustrarem. Hinc factum est, ut observarem Tituli explicationem in isto Codice Enarrat. Psal. 89. non ita exhiberi, ut in Maurinis Edition. Ita enim Codex noster eam exhibet. *Denique titulus primus est, in finem pro his immutantur utique in melius, quando Christus finis legis ideo venit* = Versiculo 12. illius Psalmi ubi *de vinea* noster Codex hæc non omittit *unde facta est*, quæ cæterum abesse a nonnullis MSS. Viri docti notarunt. -- In eodem Psal. pro *infra Jordanem*, ut Erasmi Editio, & MSS. alii Codices legunt, noster habet *trans Jordanem* -- In fine pro *Sedes Dei*, ut in Editionibus, in nostro Codice legitur *Sed Dei*, quam & lectionem esse omnium prope MSS. Viri docti testantur. -- Sequitur. *Sunt autem Cedri significantes superbos evertendos Cedros Libani. Altitudines operuit crescendo vinea ista*. Hæc lectio cum Remig. MSS. quadrat, ut patet ex Editione Maurina. Editiones in Enarrat. Psalmi 85. legunt. *Ut homini parcerent, ut quod &c.*: noster vero, & plerique melioris notæ: *homini parcerent ad quod &c.* Modus loquendi Augustino perfamiliaris per hasce Enarrat. populares.

In III.

In nomine Dei Summi. Incipiunt Capitula, seu Sermones in Expositum Evangelii S. Joannis edita a Sancto Augustino. In primis de Natale Domini nostri Jesu Christi Evangelium secundum Joannem. Sermones sunt CXXV; e quorum numero sunt etiam illi *De concordia Evangelistarum Matthei, & Luce in Generationibus Domini.* Singuli sermones proprium summarium habent.

Incipit Tractatus Sancti Augustini Episcopi. Sermo Primus.

Ad initium nonnulla conspicienda occurrunt, quæ hujus egregii Codicis magnificentiam, & pulchritudinem præter characterum elegantiam commonstrant. Tres sunt ibi Parallelogrammi, quorum primus litteram *A* præformat floribus multifariam coloratis, hinc, illincque geometricis figuris concinne elaboratam; secundus totum ejus interceptum spatium, auro in laminam ducto, atque superinductis colorum luminibus, exhibet affabre depictum; tertius Effigem S. Doctoris continet cum laureola ex auro, oculos habentis in Cælum intentos, & Jesum Christum Cruci affixum, quem suum appellabat librum, præ se ferentis, quemque semper gerebat in corde.

In fine hæc adnotata habentur. *scriptor fuit Joannes Antonii de Spinallo anno MCCCCLV.* Codex igitur elegantissimus ob colorum pulchritudinem etiam in aliis litteris initialibus, quæ & auro illitæ sunt

In IV.

Ejusdem Tractatus decem in Epistolam Joannis, aliaque opuscula; hoc est.

1. *De Confessione veræ Fidei* Lib. unus.
2. *De Videndo Deo ad Paulinam Clarissimam* Lib. unus.
3. *De Prædestinatione gratiæ* Lib. unus.
4. *Dialogus de natura, vel qualitate, vel quantitate Animæ ad Deodatum.*
5. *De diversis quæstionibus*; num. LXXXV.
6. *De sex quæstionibus ad Presbiterum contra Paganos.*
7. *De Inferis, & de Anima Lib. unus ad Eubodium.*
8. *De Nuptiis, & Concupiscentia* Lib. duo.
9. *De perfectione Justitiæ hominis* Lib. unus.
10. *De Adulterinis Conjugiis* Lib. duo.
11. *De Præscientia Dei* Lib. unus.
12. *De Justitia, & Ligno vetito* Lib. unus.
13. *De orando Deo* Lib. unus,
14. *Liber Soliloquiorum,*
15. *De fine sæculi Epistola,*
16. Tandem *de Musica* Lib. sex.

In fine hæc habentur. *Per manus Joannis Antonii de Spinallo A. MCCCCLV, Mense Nov.*

In V.

Sancti Hieronymi *Brevlarium in CL. Psalmos.*

Docti, & eruditissimi Viri, quos inter Sixtus Senensis, Martianæus, Tillemontius, aliique pluribus jure meritoque ostendunt, hoc genuinum non esse opus S. Hieronymi. Vide Appendicem ad Tom. VII. pag. 6. Edit. Vallars. (*b*)

Ad finem hæc sunt. *Scriptus per me Joannem Antonii de Spinallo pro Magnifico Domino Domino Malatesta Novello de Malatestis, Anno Domini MCCCCLV.*

In VI.

1. Ejusdem Opus *supra Psalterium*: Illum esse librum scias, quem Sophronio suo

(*b*) Quamvis opus inscriptum *Breviarium* in CL. Psal. Hieronymo non sit adjudicandum, ut omnes Eruditi nunc existimant, nihilo tamen secius cum Auctor illius veterum Sanctorum Patrum, atque Scriptorum auctoritates in eo compilaverit, atque egregia quidem multa S. Hieronymi descripserit, suoque Operi, atque ingenio coaptaverit, e suppositorum numero fœtuum præstantior est, itaut post S. Hieronymi germana Opera non solum Scriptorum consensu, sed etiam Summi Pontificis, ejusdemque Sanctissimi Pii V. auctoritate, statim istud Volumen super Psalmos pro sua dignitate locari soleat.

ſuo Hieronymus dedit ad reſpuendam Pſalmorum diviſionem in quinque partes ex Hebræorum conſuetudine invectam.

Nullam eſſe illorum diſtinctiooem recogooſcendam vetuſtiſſimi optimæ ootæ Codices Regioæ Svecorum, Vaticanæ Bibliothecæ, multique alii ex Italiæ Bibliothecis, quos Viri docti laudarunt, & heic Malateſtiaoæ extra omnem dubitatioois aleam ponuot.

2. *Commentarius in Pſal. LXXXIX. ad Cyprianum Presbyterum.*

Commentariom huoc Auctor his verbis inchoat -- *Prius te Cypriane Presbyterorum ſtudioſiſſime, & de illorum numero, ſuper quibus auditur Moyſes, elige Presbyteros, quos tu ipſe ſcis eſſe Presbyteros;* claudit vero his aliis; *Sicut enim humilitas deprecantis meretur præmium; ita ſuperbia confidentis Dei auxilio deſeritur.* (c)

In fine Codicis Carmen occurrit *de Natale Domini, & de Virginitate Genitricis Mariæ* Hieronymo adſcriptum. In ſuperiori margine extremæ pagioæ Scriptor hæc præfatur. *Verſus iſtos inveni, de quibus, quia ſcriptura erat antiquiſſima, & deleta, vix aliquos excerpere potui, qui ſequuntur.*

„ Virgo Pareos hac luce Deumque, hominemqoe creavit,
„ Mater dans hominem ooſcere Virgo Deum,
„ Fit fabricator Opus: Servi Rex ioduit artus,
„ Mortalemque domum vivificator habet,
„ Ipſe Sator, ſemenque ſui, Matriſque Creator
„ Filius ipſe homiois, qui Pater eſt hominis.
„ Bis genitus ſine Matre Opifex, cum Patre Redemptor
„ Amplus utriſque modis, amplior uode mioor
„ Sic voloit oaſci, domuit qui crimina Muodi,
„ Et mortem juſſit, mortuus ipſe mori. (d)

Dein legitur,

Hæc ſcriptura libri conſtat manibus Rainerii,
Qui legis intento ſcriptoris corde memento,
Ut ſibi pro ſcriptis ſit portio cum benedictis,

Codex membranaceus eſt, diligenterque ſcriptus, & eſt ſæc. XIV.

PLU-



(c) Commentarii in Pſal. 89. Auctorem incertum appellavimus, Viros doctos ſequuti, Manſium, & Zaccariam, quorum ille in pagellia reformando Bibliothecæ, qua de agimus, Indici conſcriptis; Is vero in Itin. litter. per Italiam Vol. 2. c. 4. pag. 93. Commentarium hunc memorantes, Auctoris eum incerti vocant. In ipſo etiam Codice nullum extat nomen hominis, a quo is Commentarius confoctus fuerit. Sed tamen certum ejus Auctorem deſignare jam nos poſſumus, eumque Hieronymum ipſum. Nihil aliud is Commentarius eſt, niſi Hieronymi Epiſtola ad Cyprianum Presbyterum, cujus in Editionibus eſt titulus. *Beati Hieronymi Presbitheri ad Cyprianum Presbyterum, Pſal. LXXXIX. qui Moysi inſcribitur, videlicet Pſal. Domine refugium factus es nobis exponentis*; ita legit Editio Lugdunen. Anni MCCCCCVIII.; Vallarſ. vero Editio habet -- *Ad Cyprianum Presbyterum. Pſalmum octogeſimum nonum, cujus initium eſt Domine refugium factus es nobis Cypriane Præſbytero ad fidem Hebraicæ veritatis &c.* Exorditur certe illa Epiſtola iiſdem verbis, iiſdemque item clauditur, quibus prædictum Commentarium in noſtro Codice inchoari, & abſolvi ſuperius indicavimus; ſed et reliqua ejuſdem Commentarii eadem ſunt, ac quæ in dicti Hieronymi Epiſtola leguntur. Ubi in noſtro Codice legitur *confidentis*. Edit. Vallarſiana legit *contemnentis*.

(d) Quid de Carmine Hieronymo adſcripto ſentiendum? Etſi in Operibus ejus pluries excuſis non inveniatur, nihilo tamen minus cum mirifice iis, quæ adverſum Helvidium ad Matris Dei perpetuam Virginitatem commonſtrandam diſputavit, convenire videatur, & præferat Hieronymi gravitatem, eamdemque ſcribendi metrico ſermone rationem, quæ ſemper ei ſolemnis eſt, non immerito eidem adjudicandum erit.

PLUTEUS IV.

CODICES CONTINET NUM. IV.

In Codice I. hæc sunt.

SAncti Hieronymi *Lib. octodecim in Isaiam*. In Editionibus, præcipue in illa recentissima Vallars. libri S. Doctoris in Isaiam, sunt item decem, & octo: non desunt igitur libri in hoc Codice: ast hic, illicque variis hiat lacunis, nec cernitur accurate conscriptus.

In II.

1. Ejusdem *Libri sex Commentariorum in Jeremiam*.

2. Rabani Mauri *in eundem Lib. octo*, qui libri exordiuntur a decimo tertio Jeremiæ capite, & pergunt usque ad caput vigesimum. Codex est in multis mutilus.

In III.

Ejusdem Hieronymi *in duodecim Prophetas minores*. *In Oseam* lib. tres; *In Joelem* lib. unus; *In Amos* lib. tres; *In Abdiam* lib. unus; *In Jonam* lib. unus; *In Michæam* lib. duo; *In Nahum* lib. unus; *In Habacuc* lib. duo; *In Sophoniam*. lib. unus; *In Aggæum* lib. unus; *In Zachariam* lib. tres; *In Malachiam* lib. unus. (a)

In fine Codicis hæc leguntur -- *finitus per me Joannem de Spinallo pro Magnifico Potenti Domino Domino Malatesta Novello*.

In IV.

S. Ambrosii Sermones in Psalmum. *Beati Immaculati*. Titulus est. *Incipit Prologus super Tractatum B. Ambrosii Episcopi Mediolanensis de CXVIII. Psalmo*. (b)

In fine hæc occurrunt -- *Scriptus fideliter in domo habitationis Domini*....... *de Pisis legum Doctoris*, *anno Domini MCCCLXXXXVI. de Mense Octobris*, *& scripsit Joannes de Avellis de Mense Junii*, *Augusti*, *Septembris*, *& Octobris*. Codex conspicuus, & diligentissime scriptus.

PLU-

(a) Quot Hieronymi libri in Prophetas minores leguntur in Edit. Veron. an. MDCCXXXVI; totidem, eodemque prorsus ordine in hoc Codice existunt, & quod maxime est observatione dignum, voces nonnullæ, quæ in Palatinis, aliisque optimæ notæ MSS. desiderantur, in accuratioribus tamen Editionibus leguntur, in eo non desunt: Hoc autem maximo esse potest argumento ad conjiciendum, Scriptorem optimo usum fuisse Exemplari, ac proinde magni æstimandos esse nostros hos Codices.

(b) Non omiserim hoc in Codice lectionem quorumdam præsertim textuum, qui, ut mihi perspectum erat, in veteribus Editionibus non Ambrosio, sed Augustino adscribebantur. Præ cæteris hoc unum in Codice testimonium studiose adinventum modo exhibeo. *Sit fides tibi itineris tui prævia, sit tibi iter Scriptura Divina. Bonus est cælestis ductus eloquii, ex hac Lucerna accende & tu lucernam, ut luceat interior oculus tuus, qui lucerna est corporis tui*. Quantumvis diligenter pervolutaverim XXXII Augustini Sermones in Psal. *Beati immaculati*, qui est psal. CXVIII., qui extant Operum Edit. Maurinorum Parisien. anni 1687., & illos pariter XXXII ejusdem S. Patris existentes in Codice Secundo Plutei III. hujus Bibliothecæ, nullibi recitatum textum adinvenire licuit, nactus sum tandem in nostro Codice Sermone XIV S. Ambrosii; sicuti in Tom. 1. Operum S. Ambrosii adinvenitur Sermone eodem, scilicet XIV. vers. 105. num. II. Consulto, aliis omissis, hoc S. Doctoris Testimonium decerpsi, quum maximopere cordi sit mihi in Codicibus SS. Patrum illos considerare textus, qui ad pravas hominum conterendas opiniones valent nostris hisce temporibus, proh dolor! revocatas, qui rerum novarum studio, & effrænata quadem philosophandi libidine ad veram Sapientiam adquirendam, posthabenda esse S. Scripturæ eloquia, impiissime prædicant.

PLUTEUS V.

CODICES CONTINET NUM. VIII.

In Codice I. hæc occurrunt.

1. DEcretalium *Gregorii IX. lib. quinque* omni ex parte Opus perfectum, omnisque continens, quæ in Editionibus habentur.

2. *Decretales Innocentii IV.* in Lib. quinque divisæ, cum Glossa ordinaria. Codex est sæculi XIII. (*a*)

In II.

1. *Sancti Ambrosii in Lucam Lib. decem*.

2. *De Officiis Ministrorum Lib. tres*, quibus ejusdem S. Doctoris Prologus præcedit. (*b*)

3. *Libri duo, quorum alter de exitio Fratris* (in Maurina Editione legitur, *de excessu Fratris sui Satiri*); alter vero *de Fide Resurrectionis*.

4. *De Pœnitentia Libri duo*.

Codex est nitidissime scriptus, litteras habet initiales cum Malatestarum Stemmate ad primæ paginæ marginem, & ad latera cernuntur hæ litteræ *M. N. Malatestæ Novelli*, indicantes nomen.

In III.

1. *S. Gregorii Epistola ad Episcopum Tauromynitanum*, cum ipsius Summi Pontificis effigie miris, vividisque efformata coloribus; dein sequuntur Capitula de lectionibus Evangeliorum, & Homiliæ, in quibus hoc observandum venit Hom. X. inter, & XI. legi S. Augustini sermones *de Quadragesimæ initio*. Homiliæ num. sunt XLVIII.

2. *Dialogorum Lib. IV.* cum Indice Capitulorum ad singulos libros. In libro II. Dialogorum legitur *Vita Beati Benedicti Abbatis*.

3. *Pastoralis ejusdem ad Joannem Archiepiscopum Ravennæ*.

In fine legitur. *Scriptus per me Joannem Antonium de Spinallo MCCCCL.*

In IV.

S. Joannis Chrysostomi *Homil. LXXXVIII. in Matthæum*, ex latina versione, quæ ex parte ab Aniano facta fuit, ut ex ipsius Præfatione ad Orosium dignoscitur;

(*a*) Quod spectat ad Gregorii Decretales, quæ primo in Codice habentur, observare liceat, eas a Claro Zaccaria in Itin. Ital. Tom. 2. pag. 93. appellari Decretales Gregorii XIII. sed error vel Librarii, vel Typographi. Decretales vero Innocentii IV., quæ deinde in hoc Codice occurrunt, junctim nondum prodierant, sed fere omnes sparsim legebantur in VI. Decretalium. Primus Cl. Mansius ex duplici Lucensi Codice in supplemento ad Concilia illas edidit conjunctas Tom. II. Edit. Lucen. 1748. pag. 1071.

(*b*) S. Ambrosii Archiepiscopi in Prologo ad lib. decem in Evangelium secundum Lucam hæc verba sunt. *Licet Scriptura Divina mundanæ evacuet Sapientiæ disciplinam, quod majore fucata verborum ambitu, quam rerum ratione subnixa sit; tamen, si quis in Scripturis Divinis, etiam illa, quæ miranda illi putant, quærit, inveniet.* Et in libro de Officiis Ministrorum. *Quid tam obscurum, quam de Astronomia, & Geometria tractare, quod probant, & profundi aeris spatia metiri, Cælum quoque, & mare numeris includere, relinquere caussas salutis, errores quærere? At non ille eruditus in omni Sapientia Egyptiorum* Moyses *probavit ista, sed illam Sapientiam detrimentum, & stultitiam judicavit, & aversus ab ea intimo Deum quæsivit affectu, ideoque vidit, interrogavit, audivit loquentem? Quis magis Sapiens, quam ille, quem docuit Deus, qui omnem Sapientiam Ægyptiorum, omnesque artium potentias operis sui virtute evacuavit?* Quid unquam turpius, atque iniquius, quam humanam Philosophiam Scripturis Sanctis anteponere, & ab ea tantum veræ scientiæ latices hauriendos esse existimare?

tur; ex parte vero a Georgio Trapezuntio elaborata, quæ ab illo versiculo habet initium: *Intranti autem in Capharneum advenit ei Centurio*. Extat ibidem, & ipsius Georgii Trapezuntii Epistola ad Franciscum Barbarum. (c)

Codex est sæculi XIV.

In V.

S. Gregorii Magni *in Job. Lib.* 35. Titulus: *Reverendissimo, ac Sanctissimo Fratri Leandro Coepiscopo*. Prima in pagina ipsius Gregorii imago depicta est indumentis Pontificalibus, variisque hinc inde coloribus vividis exornata. Præcedit itaque Epistola ad Leandrum; deinde incipit Præfatio. *Inter multos sæpe quæritur, quis libri beati Job Scriptor habeatur*.

In fine hæc sunt. *Scripsi hunc librum ego Jacobus de Pergola, pro Magnifico, & Potenti Domino Domino Malatesta Nevello de Malatestis, quem perfeci die* 5. *Novembris MCCCCLI. XIIII. Indict. in Civitate Bertinorii*. Codex Characteribus nitidissimus, & ex omni parte integer.

In VI.

Commentaria S. Remigii in Epistolas omnes S. Pauli. MSS. Codices S. Remigii non frequenter occurrere alicubi legere me memini. Codex est sæculi XIV. & accuratissime scriptus.

In VII.

1. S. Hieronymi Expositiones in Matthæum, & Marcum juxta solemniores Anni Dies Festos ordinatæ, nempe Nativitatis Domini, Epiphaniæ, aliarumque Festivitatum.

2. *Libri tres in S. Pauli Epistolam ad Galatas* cum Præfatione ad primum Librum.

3. *Libri tres in Epistolam ad Ephesios* cum Prologo ad primum, & secundum Librum.

4. *Ejusdem in Epistolam ad Titum, & Philemonem* cum suis Præfationibus, In fine. *Scripsit Joannes de Spinallo*.

In VIII.

Biblia Sacra. Prologus Pentateuchum præcedit, cujus titulus est. *Incipit Epistola S. Hieronymi Presbiteri ad Paulinum Presbyterum de omnibus divinæ historiæ libris*. Inscriptio hæc cum in Editionibus, tum in MSS. non ita facile occurrit. Epistola incipit. *Frater Ambrosius tua mihi munuscula perferens detulit simul, & suavissimas litteras*: explicit: *Facile contemnit omnia, qui se semper cogitat esse moriturum*. Hæc Codicis nostri Epistola octo in Capita distincta distribuitur. Deinde *Præfatio Sancti Hieronymi Presbyteri in Pentateuchum* & initium habet: *Desiderii mei desideratas accepi litteras* & clauditur: *Quo possim eodem Spiritu, quo scripti sunt libri, in latinum transferre sermonem*. Tum vero: *Incipit Liber Beresith idest Genesis* Lectiones utrinque cum editis perfecte quadrant. Cætera percensere, quæ ad finem vulgatæ Editionis extant, & in Codice sunt exarata, non est operis pretium; ea tantummodo exscribere, quæ hujus Codicis peculiaria esse videntur, ducimus.

Tres sunt in Codice Esdræ libri, quorum primi duo, ut Sacrosancta Tridentina

(c) Quoniam inter Trapezuntii Epistolas, quæ in collectione Epistolarum Francisci Barbari obvia sunt, hæc, quæ in nostro Codice legitur, minime occurrit, (quod ex Fabricio in Biblioth. med. & inf. ætat. lib. 3. disci potest), indicatque hæc Epistola annos, quibus suas quasdam Versiones Trapezuntius confecit, eam in fine hujus libri dabimus.

In superius memorato Zaccariæ Opere loco cit. Epistola hæc Trapezuntii scripta indicatur ad Urbanum V., quod certe falsum est. Sed puto Virum cæteroquin doctum in manuscripto sui Operis exemplari, quod typis cudendum daturus erat, hæc tantum adnotasse, (quæ & in Codice extant) *ex Urb. V. Kalendas*, quibus nempe subscriptionem indicare voluit; Typographum vero parum intelligentem, quid ea verba sibi vellent, falsam hanc lectionem procudisse *ad Urbanum V.*

tina Synodus decrevit, in Canonicorum Librorum serie sunt suscipiendi; secus de tertio, qui e Canonicorum numero expungitur; hinc in antiquiore Bibliothecæ Codice Plutei XXI. num. II. tertius Esdræ notatur ut *apocryphus*. Libro secundo, & tertio inserta legitur pars quædam Præfationis in Job, sed Librarii error est; servato deinde Librorum Sacræ Scripturæ ordine integra ad eundem Librum Job exhibetur.

In Librum Parabolarum Salomonis præter Præfationem Hieronymi, quæ incipit. *Jungat Epistola, quos jungit Sacerdotium*, duo sunt Prologi in eundem Librum. Primus incipit. *Tribus nominibus vocatum fuisse Salomonem Scriptura manifestissime docent*; secundus vero. *Tres libros Salomonis, idest Proverbia, Ecclesiasten, & Cantica Canticorum veteri Septuaginta interpretum auctoritate reddidi*. Liber inscriptus *Cantica Canticorum* & hebraice *Syrasim* instar Dialogi est exaratus; sunt namque Interloquentes rubro colore notati; modo loquitur *Ecclesia de suis pressuris*; dein Sinagoga; modo *vox Ecclesiæ ad Christum, & vox Christi ad Ecclesiam*; quandoque *vox Amicorum*; aliquando *vox ad hæreses*, sicuti videtur ad ea verba *Capite vobis vulpes parvulas, quæ demoliuntur vineas, nam vinea nostra floruit*: sic etiam *Christus ad Apostolos*: *Sponsa de Sponso, & vox Patriarcharum*. Interlocutiones hæ raro aliis in Codicibus leguntur. Ad libri Ecclesiastici finem: *Oratio Salomonis*, quæ incipit: *Et declinavit Salomon genua sua in conspectu totius Ecclesiæ Israel, & aperuit manus suas ad Cælum &c.*

Titulus Prologum promittit in Habacuc; sed deest.

Ad Libros Machabæorum Prologus primus initium habet. *Excellentissimo in cultu Christianæ Religionis strenuissimo Ludovico Regi: Rabanus vilissimus servus servorum Dei in Domino Dominorum perpetuam optat salutem*: finem vero. *Et post hujus vitæ cursum ad veram, & æternam beatitudinem pervenire concedat*. Alter Prologus inc. *Reverendissimo Domino, & omnis charitatis officio dignissimo Geroldo Sacri Palatii Archidiacono: Rabanus vilis Dei servus servorum in Christo salutem*: fin. *Et æterna beatitudinis gaudia promerentem omni tempore nostri memorem conservare dignatur*. Alius Prologus & inc. *Machabæorum Libri duo prænotant prælia inter Hebræorum duces, gentemque Persarum, pugnam quoque Sabbatorum, & nobiles Machabæi Ducis triumphos, & exercitus*: fin. *& gaudens hortabatur ad gloriam passionis*. (d)

In Libros quattuor Evangelistarum Præfatio legitur S. Hieronymi *ad Damasum Papam*; & postea Prologus, qui inc. *Plures fuisse, qui Evangelia scripserunt, & Lucas Evangelista testatur dicens. Quam quidem multi conati sunt ordinare narrationem rerum, quæ in nobis completa est*: & fin. *Quibus cunctis perspicue ostenditur; quattuor tantum debere recipi Evangelia: & omnia apocryphorum nenias, mortuis magis harraticis, quam Ecclesiasticis vivis canendas*. Alter Prologus inc. *Eusebius Carpiano fratri in Christo salutem: Ammonius quidam Alexandrinus magno studio, atque industria unum nobis pro quattuor Evangeliis dereliquit*: & fin. *atque eos in suis, propriisque locis, similia dixisse reperies*.

(*d*) Per ea tempora, quibus Romana Ecclesia libros Machabæorum in Ecclesia legi constituit, ante annum scilicet 840, Rabanus Abbas Commentarium in eos libros confecit, & Geroldo sacri Palatii Archidiacono nuncupavit, *cujus rogatu illum ediderat ex Divina partim Historia, partim ex Josepho, aliisque aliarum nationum Historicis contextum*, ut scribit Mabillonius Annal. Benedict. Tom. 2. pag. 611. Edit. Paris. 1704. Hunc postea Commentarium Ludovico Germaniæ Regi obtulit, ut Princeps hanc Expositionem ad manus haberet. Hinc binæ hæ ejusdem Epistolæ in Codicibus MSS. Prologi dicuntur; primus ad Ludovicum Germaniæ Regem; alter vero ad Geroldum missi, qui Tom. IV. Editionis Operum Rabani ex schedia Jacobi Pamelii, opera, & studio Georgii Colvenerii Duacensis Academiæ Cancellarii curatæ, Coloniæ typis Antonii Hiereti anno 1627. prodierunt. Tertius consequitur Prologus, ut monuimus in Codicis descriptione, sine Auctoris nomine, cumque in eo Judæ Machabæi triumphi, atque præclara Machabæorum Fratrum gesta, nec non piissimæ Matris virtutes laudibus efferantur, atque Procemii ad Commentarium rationem habere videatur, Rabanus ipse fortassis istius etiam est Auctor.

Argumenta sunt ad initium omnium Evangeliorum, & titulus primus est. *Incipit argumentum in Evangelium secundum Matthæum:* & inc. *Matthæus ex Judæa, sicut in ordine primus ponitur, ita Evangelium in Judæa primus scripsit.* (e) fin. *Nobis enim hoc in studio argumenti fuit, & fidem sanctæ rei tradere, & operantis Dei intelligendam diligenter esse dispositionem querentibus non tacere: Explicit Evangelium secundum Matthæum.*

Incipit argumentum in Evangelium secundum Marcum. *Marcus Evangelista Dei electus, & Petri in Baptismate filius, atque in divino sermone discipulus:* fin. *Qui autem incrementum præstat Deus.* In fine Evangelii eadem est, ut supra, finiendi, & incipiendi ratio.

Argumentum in Evangelium secundum Lucam: inci. *Lucas Syrus natione Antiochenus, arte medicus, discipulus Apostolorum:* fin. *vitavimus publicam curiositatem, ne n. tam Deum volentibus demonstrare videretur, quam fastidientibus perdidisse.*

Argumentum in Evangelium secundum Joannem: inc. *Hic est Joannes Evangelista unus ex discipulis Domini, qui virgo electus a Deo est:* & fin. *ideo per singula a nobis non exponitur, & sciendi desiderio collocato, & querentibus fructus laboris, & magisterii doctrina servetur.*

De Actibus Apostolorum: *Incipit Prologus Sancti Hieronymi in Libro Actuum Apostolorum:* & incip. *Lucas Antiochensis natione Syrus, cujus laus in Evangelio canitur, apud Antiochiam medicinæ artis egregius, & Apostolorum discipulus:* & fin. *ut non solum corporibus, sed etiam animabus ejus proficeret medicina.* Sequitur argumentum. *Actus Apostolorum nudam quidem sonare videtur historiam, & nascentis Ecclesiæ infantiam texere; sed si noverimus Scriptorem eorum Lucam esse medicum; cujus laus est in Evangelio; animadvertimus pariter omnia verba illius animæ languentis esse medicinam.*

Codex noster Epistolarum ordinem, sicuti in vulgata Editione, omnino non servat; sed Actuum Apostolorum Libro succedit Epistola Jacobi Apostoli cum Prologo Sancti Hieronymi *de septem canonicis* Epistolis, & inci. *Non ita est ordo apud Græcos, qui integre sapiunt, fidemque rectam sectantur Epistolarum septem, quæ canonicæ nuncupantur:* & fin. *sed ego in tali opere, nec æmulatorum meorum invidentiam pertimesco, nec sacræ Scripturæ veritatem poscentibus denegabo.* Sunt itaque præviæ ad Apostoli Paulli Epistolas Jacobi una, Petri duæ, Joannis tres, & Judæ una, quas eo in Prologo brevi Hieronymus memorat.

Dein exhibetur Inscriptio. *Incipit Præfatio Sancti Hieronymi Presbyteri de corpore Epistolarum beati Pauli Apostoli:* initium est. *Epistolæ Pauli ad Romanos causa hæc est. Ecclesiam a duobus populis; idest de Judæis, & Gentilibus congregatam:* finis vero: *ad Phylemonem de Onesimo servo, qui emendatus melior est factus.* Deinde Prologus in Epistolam ad Romanos: incip. *Primum quæritur, quare primo Evangelia, quæ supplementum legis sunt, & in quibus nobis exempla, & præcepta vivendi plenissime digesta sunt, voluerit Apostolus has epistolas ad singulas Ecclesias destinare:* desinit his: *cognoscentes vos habere meliorem, & manentem substantiam.* Alter Prologus inc. *Romani sunt, qui ex Judæis, Gentilibusque crediderunt* & fin. *quamobrem vicissim eos humilians ad pacem & concordiam cohortatur.* Hæc epistola ad Romanos unicum habet argumentum & inc. *Romani sunt in partem Italiæ*; pariter ad ceteras Paulli epistolas unicum,

(e) Quæ de Lucæ Evangelio in Codice notavimus plurimum faciunt ad eorum opinionem evellendam, qui Lucam in scribendo Evangelium omnibus Evangelistis præponere non dubitarunt, cui opinioni refragatur vetustissimus Librorum ordo apud omnes Nationes; refragatur traditio Irenæo, & Tertulliano, nec non SS. Patribus, & Scriptoribus suffulta testibus, & etiam ipsis heterodoxis, ut videre est apud Grotium in Lucam cap. 1. Tom. VI. Criticorum sacrorum pag. 130. Alia quædam item in eo sunt, quæ ostendunt, perperam nonnullos ex Recentioribus opinionem invehere, Evangelium, cui præfatur Lucæ nomen, ipsius non esse, sed Paulli Apostoli. Qua de re multa parabat doctissimus Mittarellius Abbas Camaldu., sed e vivis ereptus, perficienda reliquit.

unicum, & proprium est argumentum. Illud ad Corinthios epistola I. habet. *Corinthii sunt Achaici &c.* epist. II. *Post actam pœnitentiam consolatoriam epistolam scribit &c.* Ad Galatas: *Galatæ sunt Græci &c.* Ad Ephesios: *Ephesii sunt Asiani &c.* Ad Philippenses: *Philippenses sunt Macedones &c.* Ad Colossenses. *Colossenses, & ii sicut Laodicenses sunt Asiani &c.* Ad Thessalonicenses I. *Thessalonicenses sunt Macedones &c.* Ad Thessalonicenses II. *Ad Thessalonicenses secundam scribit epistolam Apostolus, & notum facit eis de temporibus novissimis &c.* Ad Timotheum I. *Timotheum instruit, & docet de ordinatione Episcopatus &c.* Ad Timotheum II. *Item Timotheo scribit de exhortatione martyrii &c.* Ad Titum. *Titum commonefacit, & instruit de constitutione presbyterii &c.* Ad Philemonem. *Philemoni familiares litteras facit pro Onesimo &c.* Ad Hebræos. *In primis dicendum est, cur Apostolus Paulus in hac Epistola scribendo non servaverit morem suum &c.*

Heic observemus velim, argumenta omnia tria patefacere; & eorum nationem, ad quos Paullus scripsit; & locum, e quo dedit Epistolas; & eos, quibus est usus, dum in carcere detentus erat.

Ultimus Sacræ Scripturæ Liber est Apocalypsis, ejusque titulus. *Incipit Præfatio S. Hieronymi presbyteri in Libro Apocalypsis Johannis Apostoli:* initium est. *Johannes Apostolus, & Evangelista a Domino Christo electus, atque dilectus in tanto amore dilectionis ab eo est habitus, ut in Cæna super pectus ejus recumberet.*

Ad finem omnium Librorum Sacræ Scripturæ occurrit. *Incipit Liber Interpretationum* alphabetico ordine digestus ad hebraicorum, chaldæorum, & nominum græcorum significationem accommodatus, omnibus, quos aliis in Codicibus viderim, copiosior, continens 45 paginas in fol. Insuper, ut brevi omnia complectar, nullus est hoc in Codice Bibliæ Sacræ Liber, cui non sit peculiaris Prologus. Hæc innuisse nos non piget, atque Eruditis rem non inutilem præstitisse arbitramur.

Codex est nitidissimus ob membranas accurate levigatas, subtilissimas, e quibus componitur; characteres, qui Sæculo XIV. Codicem exscriptum esse commonstrant, & si abbreviaturis identidem referti, sua gaudent perspicuitate; & quod habet pretium haud mediocre, sunt non solum imagines hæ septem ad initium Libri Genesis deauratæ, multicolores, ea, quæ in prima Mundi creatione operatus est Deus, ostendentes, & præcipue postrema, quæ, Deum quievisse ab omni opere, quod patrarat, præ oculis ponit; verum etiam vestes, & aliqua Regum, & militum insignia, e quibus icunculis, veluti radioli per margines laterales, & intermedios arte deducti colores sparguntur floribus, animalculis, avibus, figuris delicatule, ac vivide ornati, quæ ad res gestas in Scripturis narratas haud raro, & facile referuntur. Res non injucunda est, ad secundum Regum Librum in marginis limbo sagittarium videre Virum caudatum, alatum, & cornutum arcum tendentem in fugitivum, timidumque leporem, qui ferme dolens inimicum respicit. Hæc sane lepide præformant dæmoniacum, ac invidum Saullis spiritum, & Davidis timorem, amorem, & simplicitatem. Aliæ sunt in Codice parvæ Icones, non tantum Regum, sed & Prophetarum, præsertim Ezechielis, in qua, quidquid juxta fluvium Chobar, dum Cæli aperti sunt, primum vidit, studiose, & non obscure indicatur.

PLUTEUS VI.

CODICES CONTINET NUM. VI.

In I. Codice hæc ſunt.

CYrilli *Alexandrini Expoſitionum in Evangelium Joannis Lib. duodecim*; ita inſcribitur Codex; verum quattuor Libri deſunt, a quarto ſcilicet ad nonum uſque. Hæ expoſitiones a Georgio Trapezuntio fuerunt in latinum verſæ, ut ex Titulo Operis dignoſcitur. Sunt poſtea in marginibus variæ animadverſiones anonymæ non parvi pretii. Initiales litteræ concinne ſunt depictæ, atque in prima ipſius pagina præclaræ Familiæ Malateſtarum Inſignia conſpiciuntur.

In II.

Poſtillæ Fratris Nicolai de Lyra Ordinis Minorum, a principio Geneſis, ad finem uſque Joſue. Binos habent Prologos. Primi titulus eſt. *De commendatione Sacræ Scripturæ in generali*; Alterius vero; *De intentione Auctoris, & modo procedendi.*

Codex ex Characterum forma Sæc. non excedit XIV., & litteras majuſculas præfert multa elegantia elaboratas.

In III.

Poſtillæ ejuſdem in Pſalmorum Libros.

In Superiori parte ultimæ paginæ legitur, *Liber iſte fieri fecit Illuſtriſſimus Dominus Dominus Malateſta Novellus de Malateſtis, qui proprio nomine Dominus Dominicus dicitur*,(a) *qui alios libros in præſenti loco exiſtentes fieri fecit. Liber iſte ſcriptus eſt, & completus fuit per manus Thomæ Trajecti, alio nomine Blavvart, tempore Pii ſecundi, Anno ſuo ſecundo, & Anno Nativitatis Domini MCCCCLX. die quarta Auguſti.*

In IV.

Ejuſdem *in Iſaiam; Jeremiam; Ezechielem, & Danielem; in hiſtoriam Suſannæ ſimiliter Poſtillæ una cum Regum ordinata ſerie.*

In fine. *Completus per manus Fratris Franciſci de Figino pro Illuſtriſſimo Domino ſuo ſingulariſſimo Malateſta Novello de Malateſtis. An. MCCCCLVI. die Junii.*

In V.

Ejuſdem *in Libros Regum, & Job.* Codex, non eadem, qua cæteri, manu conſcriptus, & nulla in fine adnotatio occurrit, ex qua diſcatur, quis fuerit ejus Scriptor

(a) Franciſcus Uberti Cæſenas ea in Oratione poſt hujus partis MSS. Codicum catalogum typis tradenda, quam in Malateſtæ Novellj Principis funere elucubravit, hæc habet. *Itaque ea res acceſſu paulatim ætatis haudquaquam Parentem ipſum, Fratremque Sigiſmundum, cæteroſque, quibus Dominicus iſte, (ſic enim primis in Annis vocatus eſt)* falſos habet. Si quis autem nominis quærat, quæ cauſſa fuerit mutationis, ſciat, Principem hunc noſtrum tanta Patrui Malateſtæ ſenioris Principis celeberrimi illius arſiſſe charitate ob ejus egregia facinora, ut Malateſtæ Novelli ſibi adoptaverit appellationem.* Hæc vel maxime conveniunt cum iis, quæ a Scriptore hujus Codicis ſunt exarata eo loco, *qui proprio nomine Dominus Dominicus dicitur*; & inſimul oſtendunt, quæ cauſſa fuerit mutationis illius nominis, quod ab incunabulis illi erat.

* *curæ erat*,

ptor; in eo tamen Aves, Animalcula vivide, & delicatule sunt depicta, ut legentium oculos afficiant delectatione. Codex est Sæc. XIV.

In VI.

Postillæ ejusdem in Isaiam Prophetam. Codex Sæculum non excedit XIV. & hoc ostendunt character, abbreviaturæ, & siglæ nonnullæ.

In fine legitur. Iste liber est.... ad manus perventus Fratrum Minorum de Cæsena. (b)



PLU-

(b) Inter præcipuos Sacræ Scripturæ Interpretes Lyranum numerandum esse, neminem fugit; idque vel Xisti Senensis testimonio comprobari potest, cujus Decasticon ad laudes cum Veterum quorundam Patrum, tum ipsius etiam Lyrani afferre hic juvat ex libro ejus tertio Bibliothecæ Sanctæ.

Historiam Hebræis, & Græcis fontibus haustam
Hieronymo disces duce.
Allegorias, Anagogenque recludant
Origines, Ambrosius.
Exponant sensus formandis moribus aptos
Chrysostomus, Gregorius;
In dubiis, altaque locis caligine mersis
Aurelius lucem affert.
At brevis, & facilis non est spernenda Tyroni
Lyrensis Expositio.

PLUTEUS VII.

CODICES CONTINET NUM. V.

In Codice I. hæc sunt.

EXpofitiones, & Ioterlioeares in Librum *Parabolarum*; in Librum *Ecclefiaftis*; io Librum *Canticum Canticorum*; in Librum *Ecclefiaftici*; Expofitiooes etiam in *Apocalypfim*; in Librum *Tobiæ*; in Librum *Judith*; & tandem io Librum *Job.*

1. Expofitiones in Librum *Parabolarum* tribus columnis in Codice diftributæ Præfationem habent lit. *a* obfignatam fioe Auctoris nomine, quæ, quum incipiat *Jungat epiftola, quos jungit Sacerdotium;* & definat in hæc verba: *fed ftatim de prælo puriffimæ commendata teftæ, fuum faporem fervaverit*, & reliqua hujus Præfationis eadem fint, ac quæ in Præfatione Hieronymi ad huoc Librum leguntur, nemo erit, qui plane non videat, eam Sancti Doctoris effe. Ad dextræ columnæ ioitium lit. *b* quædam fuot, quæ, a Hieronymo Librum Parabnlarnm hebraice fcriptum latioe effe translatum, his verbis oftendunt: *Parabolæ Salomonis fecundum hebraicam veritatem translatæ ab Eufebio Hieronymo presbytero petente Cromatio, & Eliodoro Epifcopis.* Iofra hæc verba lit. *c* occurrunt: *Proverbiorum liber, non ut fimplices arbitrantur, patentia habet præcepta, fed ficuti in terra aurum, in nuce nucleus, in irfutis caftanearum operculis abfconditus fructus inquiritur; ita in iis altius fenfus inquirendus.* Littera poftea *d* intermediæ columoæ pariter hæc funt fcripta. *Parabolæ græce, latine fimilitudines, quod vocabulum ideo Salomon huic operi impofuit, ut non juxta litteram intelligamus, quæ dicit, in quibus Dominum parabolice locuturum oftendit; ficut & nomine fuo, & regno pacifico; regnum Chrifti, & Ecclefiæ, de qua multiplicabitur ejus imperium; & r. e. n. e. f.* (ideft. & regni ejus non erit finis) *Supra Solium David, & fuper Thronum ejus fedebit; ficut Templi conftructione, & dedicatione; ædificationem Ecclefiæ in tempore refurrectionis.* (deeft aliquid in Codice; puta, ut claritati ftudeam, *fignificant*) *Ipfe vero Chriftus filius Dei rex fpiritualis Ifrael fecundum teftimonium turbæ, quæ occurrit ei cum ramis palmarum, & laudibus.* Expofitiones tertiæ columnæ ita incipiunt: *Notandum, quod Vulgata Editio Parabolas, Proverbia, quæ hebraice Masloth pathoemias dicit, fed fatis convenit; quæ enim Parabola, quia occulta funt, nuncupantur, & Proverbia jure vocantur, quia talia funt, quæ fæpe in ore colloquentium verfari, ac memoria debent retineri, & Proverbia plerumque tam funt obfcura, ut Parabolæ bene dicantur; unde habetur: in Proverbiis locutus fum.* Hæc, cum legerem, atque alia hifce io Expofirionibus atteote perluftrarem, ideotidem hærebam, num reapfe cujufdam Anooymi fint (tirulus Auctoris nufquam in Codice occurrit); an vero certi Scriptoris. Quid hac in re fentiam, paucis demonftrabo in adnotatione. (*a*)

Ad finem cap. IX. Editio vulgata legit: *Et in profundis Inferni convivæ ejus*; Le-

(*a*) Quum non feftinanter, fed attente, quæ hujus Commentarii in librum Parabolarum funt, omnia mente pervolverem, mihique quam fæpiffime inter legendum occurrerent ea, quæ olim in Operibus venenerabilis Bedæ Presbyteri legeram, talis tantaque fubiir dubitatio, hunc Commenrarium ab eo effe concinnatum, ut me adducerer ad conferendum Codicem cum tribus Libris jam editis Bedæ in Parabolas Salomonis, & cum Codice MS. VII. Plut. XI. noftræ Bibliothecæ, qui tres illos libros continet. Facta collatione nullum aliud difcrimen comperi, nifi quod non ita copiofæ funt in Codice expofitiones, nec tres in libros partitæ; & verba, fenfus, interpretationes eædem omnino funt, ut, nifi divinabo, poffim opinari, eas effe Bedæ Expotitiones, quas primum fcripferat, atque paraverat ad Commentarium fuum diftincte, perfecteque elaborandum.

Lectio nostri Codicis addit, *Qui enim applicabitur illis, descendit ad inferos. Nam, qui abcesserit ab ea, salvabitur.*

2. Liber Ecclesiastis binas habet Præfationes, quarum altera Hieronymo adscribitur, estque etiam Sancto Doctori inscripta in Cod. VIII. Plut. V., ut vidimus; alrera vero hunc titulum præfert. *Gregorius IIII. Quomodo hic liber sit intelligendus, & exponendus sic dicit. Ecclesiastes proprie Concionator dicitur*: & definit: *has autem personas diligenter lector inspiciat, ne in Epicuri Dogma incurrat.* Si error Librarii non est hæc inscriptio *Gregorius IIII.*, etsi brevis sit hæc Præfatio; attamen, ni fallimur, inedita ea est. Expositiones hæ nihil aliud sunt, nisi collectanea ex Homiliis præcipue S. Hieronymi, & Origenis, nec non Victorini, & S. Gregorii Magni Pontificis.

Expositionum interlinearium en specimen.

> Textus. VERBA ECCLESIASTES. expositio interlin. *concionatoris.* FILII DAVID. *paterna dignitas.* REGIS JERUSALEM. *propria auctoritas*, & sic deinceps.

De reliquo nil aliud in Codice Expositionum hujus libri superest observatione dignum.

3. Expositiones in librum *Cantica Canticorum* præviam habent paginam, adque ejus posticam partem cum primis veniunr in tres breviores divisa columnas nomina partium Sponsæ, quas Sponsus in Canticis nominat; idest os, oculi, vultus &c. quo autem fine Librarius hæc præstiterir, quum in hujus Commentarii contextu singulæ partes mystice exponantur, plane ignoramus. Prope finem ejusdem paginæ plurima sunt notatu digna, quorum sensum, ne nimii simus, brevi exhibemus.

Non rantummodo nomina, quæ Salomoni a Scriptura Sacra tribuuntur, heic describi deprehendimus; verum etiam finis ostenditur, cujus caussa *Proverbia* Salomon scripsit, idest ad parvulos edocendos, quatenus licite uti possunt temporalibus; *Ecclesiasten* ad instruendos homines provectioris ætatis ad contemptum rerum caducarum; *Canticum Canticorum*, in quo Virum consumatum docet de solo amore Dei, ur requiescat inter brachia Sponsi. Dein optimum additur documentum, & sic est: per sacra hæc Carmina animas Deo virtutibus locupletissime conjungi; scenicis vero carminibus, atque mollibus homines ad omnia vitia provocari.

Similiter Auctor animadvertit, se quattuor in hoc Cantico invenisse Personas: Sponsum, & sodales ipsius: Sponsam, & adolescentulas cum ea. Alia a Sponso dicuntur, alia a Sponsa; nonnulla a juvenculis; quædam a sodalibus Sponsi. *Congruum*, ita in Codice, *quippe est, ut in nuptiis sit adolescentularum multitudo cum Sponsa; juvenum turba cum Sponso: Sponsum intellige Christum; Sponsam Ecclesiam sine macula, & sine ruga. Angelos vero, & eos, qui pervenerunt in virum perfectum intellige amicos Sponsi.* Unde sicut apud Gentiles moris erat, hocce Canticorum genus in nuptiis Epithalamium appellare; ita proprie assumptum hoc nomen est ad mysticas Christi, & Ecclesiæ nuptias declarandas.

Considerat idem Auctor, Sponsam in domo, vel in lectulo, vel in aliquo interiori loco cum Sponso manere, quod mulieribus convenit, ipse, quod masculorum est, ad forinseca vinearum, vel ad opera amicam vocat: & his significatur Ecclesia, si fieri possit in tranquillitate, ut Domino sobolem educare præsidear, victisque adversis ad æterna perveniat, atque prosperis posthabitis, nec iis delectata ad cœlestem Patriam suspiret. Progreditur deinde ad Sponsum, & Sponsam, idest *ad Caput, & Ecclesiam*, & ostendit, quali desiderio hæc Capiti adhærere debeat, & placere; & quot bona ab eo in præsenti accipiat, vel in futuro exoptet; & quali affectione Sponsus Ecclesiam diligat, eam *laudans, admonens, & confortans.* Et tandem, quæ Hieronymus Hom. prima in hunc locum scripsit, prodit. *Omnes animæ motiones Universitatis Creator Deus creavit ad bonum, sed usu nostro sæpe fit, ut res, quæ bona sunt, per naturam, dum male his utimur, nos ad peccata deducant.* Considerationes

hæ

hæ per hæc nostra tempora plurimum faciunt, & ad christianam vitam instituendam, & ad fidem firmandam conducunt.

Expositiones in eundem Librum hoc habent principium: *Ubera sponsi nominat, quod muliebre est, ut in initio ipso sermonis figurate se loqui manifestat. Unguenta sunt Dona Spiritus Sancti, quia invisibiliter animam reficiunt.* Quum in tres pariter columnas sint hæ Expositiones partitæ, silentio prætereunda non esse existimamus ea, quæ tertiæ columnæ initium faciunt; immo naviter id spectandum est ab iis, qui hunc Librum in Italicum traducunt sermonem; ibi hæc leguntur: *Traditur apud Hebræos hanc fuisse observantiam, ut nullus hunc librum legere permitteretur, nisi perfectæ ætatis, & fidei probatæ, ne per imbecillitatem infantiæ, & fidei insufficientiam, non tam erudiret mentes lubricas hominum, quam ad carnales concupiscentias converteret.* O observantiam, o consuetudinem nunquam satis laudandam! Postremo notandum, aliqua hujus Commentarii, & ea minima excerpta esse ex libro Moralium S. Gregorii Papæ; reliqua vero esse incerti Auctoris.

4. In librum *Ecclesiastici* primum hæc sunt. *Librum Jesu Filii Sirach dicit Hieronymus, se apud Hebræos reperisse, non Ecclesiasticum &c.* Hæc, & alia, quæ in Codice leguntur, a Præfatione S. Hieronymi deprompta sunt in libros Salomonis, & a Prologo Galeato. Expositiones hæ incipiunt: *Ab æterna Dei Sapientia, quæ Christi est, qui cum Patre est semper, ante sæcula secundum illud. In principio erat Verbum.* Commentarius est anonymus, utcumque perlustretur, aliorum interpretationibus Auctor non utitur, neque ipsi Homilias SS. Patrum contexuit. Unus est prolixioris hujus Commentarii Auctor, sed ignotus.

5. In Apocalypsi tres sunt Expositores, sicut legitur in supremo primæ chartæ margine. *Ambrosius*; *Primasius*; *Albinus*. Primasii in Apocalypsin tres libri extant ad Castorium editi Basileæ apud Robertum Winter anno 1544. Is Auctor discipulus fuit Sancti Augustini, & Adrumentinus Episcopus in Provincia Byzacena. Albinus Flaccus, sive notiore nomine Alcuinus, Anglus, cognomento Diaconus, Bedæ discipulus, & Caroli Magni Præceptor. Inter ejus opera recensere, quæ in Sacram Scripturam elucubravit, post Labbæi, Lodovici Ellias Dupini, & Cavei diligentiam, esset actum agere.

Exornativa haud brevis Præfatio ad hunc Librum occurrit, quæ sub initium habet: *Apocalypsis hæc inter reliquos novi Testamenti Libros Prophetia vocata, scilicet aliis excellentior Prophetia, quæ de Christo, & Ecclesia magna ex parte adimpleta Sacramenta denunciat*: definit autem his verbis. *Legendus est iste Liber, quia est Apocalipsis Jesu Christi, idest revelatio, non cujuslibet, sed Jesu Christi; vel legendus est hic Liber, quia beatus est, qui legit, & qui audit verba Prophetiæ hujus, idest Apocalypsis, idest revelationis Jesu Christi, & cetera.*

Deinde hæc exarata leguntur. *Asia minor majoris Armeniæ pars est, continet septem Civitates, quarum Ephesus Metropolis est. In hac minori primum evangelizavit Paulus, sed postea in divisione Apostolorum Johannes eam obtinuit, & ordinatis in singulis Civitatibus Episcopis cum Archiepiscopo ipse prædicationi vacabat, cujus audita prædicatione Imperator Domitianus in ferventis olei dolium posuit &c.* Plura exscribere non vacat, quum apud Hieronymum de viris illustribus, vel eadem, vel similia habeantur. Sequitur statim in Codice grandiusculo charactere exaratus Prologus idem, qui in Codice VIII. Plutei V. Hieronymo adscribitur.

Ad finem harum Expositionum separatim proprietates exponuntur omnium lapidum pretiosorum, de quibus in Apocalypsi S. Joannes loquitur, atque ex eorum proprietatibus modo significari fidem, modo spem, quandoque amorem erga Deum, charitatem erga proximum, aliasque virtutes ostenditur; ast non feliciori eventu. Quum rectius multorum Interpretum eorum lapidum sint Expositiones, quibus ostendunt per eos duodecim lapides significari nomerum Apostolorum, qui prima Ecclesiæ fundamenta extiterunt; ut Andreas Cesareæ Episcopus; vel Epiphanius, qui differens de iis lapidibus, eos Tribuum Israelis Principibus accommodavit.

6. In

6. In librum *Tobiæ* Expofitiones inftar Procemii habent partem Cap. L. Ecclefiaftici incipiendo a verf. 24. *det nobis jucunditatem cordis, & fieri pacem in diebus noftris in Ifrael per fempiternos dies*, eum integro Cap. LI. ufque ad illa verba*: & dabit vobis mercedem veftram in tempore fuo*.

Poftea legitur. *Gromatio, & Eliodoro Epifcopis Hieronymus presbyter in Domino falutem*; & eft Præfatio ejufdem in Tobiam, cujus eft initium: *Mirari non defino exactionis veftræ inftantiam*, & finis, *quod jubere eftis dignati, compleffe*. Hujus Libri Expofitiones funt Bedæ Presbyteri.

7. In librum *Judith* primo occurrit. *Apud Hebræos Liber Judith inter agiographa legitur* ufque ad illa verba*; & infuperabilem fuperavit*. Liber ifte hinc, illine Expofitiones præftat breviores, & illas marginales, neque trifariam divifæ funt.

8. Tandem Expofitiones funt in Librum *Jobi*. Initio priorem S. Hieronymi Præfationem in Jobum ex hebraica veritate interpretatum defcribit a primis verbis*: Cogor per fingulos divinæ Scripturæ libros adverfariorum refpondere maledictis*; ad hæc ufque verba: *Eligat unufquifque, quod vult, & ftudiofum me magis, quam malevolum probet:* quæ, ut videre eft, ad finem vulgatæ Editionis pag. 942. Venetiis anno 1740, primam Sancti Doctoris claudunt Præfationem; his tamen continua ferie aliam ex integro Hieronymi Præfationem adtexit in eundem Librum Jobi ex Septuaginta: *Si fifcellam junco texerem*; ad finem ufque: *magis utile, quid exordio meo Chrifti* (ita legit Codex) Vulgata Editio, *en otio meo Chrifti Ecclefiis, venturum ratus, quam eu aliorum negotio*. Hæ funt genuinæ Hieronymi Præfationes, quibus confarcinator adtexuit arbitratu fuo varia, quæ iifdem totidem verbis in illis exiftentibus defcripfit, fuamque in rem tranftulit.

Exfcribo nunc aliqua, quæ funt hujus Commentarii tribus columnis divifi.

Timens Deum: Salomon*: qui timet Deum nihil negligit. Recedens a malo*, item Salomon. *qui in uno offendit, multa bona perdit. Prius perfona apta defcribitur, quam pugna ejus dicatur, ut talis poffe vicem reddere videatur. Neceffe eft, ut fimplicitatem columbæ in bono aftutia ferpentis inftruat, & aftutiam fimplicitas temperet*.

IN TERRA HUS, ideft terra Gentilium, *ad laudem Job, qui bonus inter malos fuit, ut Loth in Sodomis; fic lilium inter fpinas*: NOMINE JOB, ET ERAT; *Manfuetudo juftitia principalis:* VIR ILLE SIMPLEX, ET RECTUS, AC TIMENS DEUM; *& timere Deum eft, nulla, quæ funt facienda, præterire: &* RECEDENS A MALO; *quia malis minuta non funt Domino accepta bona*.

Allegorice Job dolens interpretatur Jefus Chriftus, qui dolores noftros portavit. HUS *Confiliator*. *Terram ergo Hus habitat, & corda confiliis jufte dedita*. Unde Sapientia. *Ego in confilio habito*. SIMPLEX ET RECTUS*; Nos per juftitiam manfuetudinem, & per manfuetudinem juftitiam relinquimus. Deus homo plane utrumque fervavit*. TIMENS DEUM. *Unde replevit eum Spiritu timoris Domini*; *Receffit quoque a malo, non quod faciendo contingit, fed quod inveniens in mundo reprobavit*.

Hæc hactenus defcripta non folum, fed & quæ fequuntur in Codice indicant verum ejus Commentarii Auctorem, quamvis nullimode a Librario indigitetur. (b)

E Sunt

(b) Hieronymi non effe has in Jobum expofitiones, neque hanc eas fibi vindicare dignitatem, ut fub tanti Doctoris nomine vulgarentur, quemadmodum a Faufto Regienfi laudantur, & reapfe prodierunt, Eruditi omnes firmiffimis rationibus fuffulti confentiunt. Quis igitur earum erit Auctor, cum Anonymæ fint in Codice, eft inquirendum. Expofitio hæc, five Commentarius extra omnem dubitationis aleam Philippo Presbytero Sancti Hieronymi maximo Auditori eft adfcribendus, quum plures MSS. Codices, *Ambrofianus* præfertim Sæc. VII., de quo fcribunt Muratorius Antiquit. Tom. III. pag. 845., Vallarfius in editione Operum S. Hieronymi Veronenfi pag. 829.; *Sangermanenfis*, de quo Cangius, & *Corbejenfis*, quem Martianæus vulgavit; & Critici eruditiffimi plenam fidem faciant. Eas Expofitiones contineri in noftro Codice cuique vel curfim legenti erit perfpectum. Heic porro eft attendendum, quod non ita facile definire eft, an opus, quod in vulgus prodiit, fit genuinus ipfius Auctoris fœtus. Siquidem in dubium

Sunt insuper & sub initium Codicis, & alibi hæc scripta. *Sicut ergo Judith, & Tobias, & Machabaeorum libros legit quidem Ecclesia, sed eos inter canonicas Scripturas non recipit: sic & hæc duo volumina legit ad ædificationem plebis, non ad auctoritatem Ecclesiasticorum Dogmatum confirmandam.* (c)

Codex est Sæculi XIII.

In II.

Evangelia cum notis lateralibus, & interlinearibus multorum Expositorum; Sancti Hieronymi, Bedæ, aliorumque. Voces quædam in Codice recentiore manu mutatæ sunt, sed ita, ut sensus idem maneat.

Est Sæculi XIII., nihilque in ipso Codice, ut observavi, deest, si cum Editionibus accuratis ipsa conferantur Evangelia.

In III.

Expositio *in Psalterium Fratris Thomæ de Aquino Ordinis Prædicatorum.*

Codex Sæculi XIII. Picturas minio, aliisque vividis colorum luminibus eleganter, & studiose elaboratis habet, & Novelli Principis Malatestæ Stemma ibi depictum cum lit. M. N. (d)

In IV.

Incerti *Commentaria in Evangelium S. Lucæ* cum notis lateralibus, præcipue ad illa verba: *Magnificat anima mea Dominum.*

In fine: *Explicit Postilla super Lucam.*

Conventus Cæsenæ Fratrum Minorum. Codex Sæculi XIV.

In V.

Postillæ marginales *in Parabolas Salomonis; in Ecclesiasten; in Cantica Canticorum; in librum Sapientiæ*, & *Ecclesiasticum*. Hoc in Codice *Postillarum*, sive rectius *Expo-*

bium vocari non potest, has Expositiones adjectas fuisse Bedæ operibus, atque interpolationes multas ab ipso Beda pro ejus libito (ut erat ei in omnibus Commentariis solemne) passas esse; sie etiam inter opera Hieronymi, tamen sinceriores, eas reperiri. Ast si conferantur hæ posteriores cum fragmentis Codicis Ambrosiani, & cum Malatestiano Codice, præeipue si loquamur de Expositionibus interlinearibus, deprehendemus, ut, quamvis interdum eonveniant, sæpe tamen discrepent, & non raro eundem sensum vel diversis, vel multis verbis exprimant. Qua de re non pauci Scriptores sincerum usquam prodiisse Philippi opus vix, ac vix quidem credunt.

(c) *Sicut ergo Judith, & Tobias, & Machabæorum libros legit quidem Ecclesia, sed eos inter Scripturas canonicas non recipit, ita hæc duo Volumina legit ad ædificationem* (loquitur de libris Salomonis) *plebis; non ad auctoritatem Ecclesiasticorum Dogmatum confirmandam*. Hine deprehenditur, Ecclesiam illos libros per ea tempora consuevisse legere; immo antiquissimo in Codice hujus ipsius Bibliothecæ, qua de agimus, ad ingredientium sinistram *Isidorianarum Ethymologiarum* inscripto, qui est, ut putat Mansius Sæculi VII., vel ut tardissime Sæc. VIII., quædam instar Dialogi, etsi mutilæ interrogationes extant, quæ de iisdem libris, aliisque, qui nondum in Canonicorum numero ab Ecclesia recepti fuerunt, habent. *Quos Catholica, & Apostolica recipit Ecclesia*. Isthæe eo respondent, ut evincatur illis temporibus successione perenni Ecclesiam illos sanctos, & quasi canonicos servavisse. Notum vero est postea, & præcipue a Sacrosancta Œcumenica, & Generali Tridentina Synodo *de canonicis Scripturis*, inter Canonicos Tbobiæ librum, Judith librum, & Machabæorum libros duos primum, & secundum, Parabolas, & Ecclesiasten adscriptos fuisse.

(d) Codicem Expositionis in Psalterium Fratris Thomæ de Aquino esse Sæculi XIII, diximus, idque ex eharacterum qualitate colligi posse censemus. Obstare cui videantur illæ litteræ M. N., quæ grandiores in principio Codicis reperiuntur, *Malatestæ* nimirum *Novelli* nomini indicando adjectæ; sed eas intuenti vel primo aspectu patet multo recentius, quam ipse Codex scriptus sit, additas fuisse. Itaque Codieem hunc penes Pandulfum Malatestam Patrem antea extitisse conjicimus, & deinde ad Malatestam Novellum pervenisse, a quo in Bibliothecam suam illatus sit.

Expositionum earum, quas in Codice I. ejusdem Plutei sub aspectum posuimus, imaginem videmus talem, ac tantam, ut ne ulla ferme in parte ab iis differat; altero tamen Codex præstantior est. Enim vero, quum ad omnes libros Auctorem Præfationum assignet: secus vero alter Codex; quum accuratas insuper lectiones exhibeat ad obscuritatem tollendam, quæ quandoque in altero occurrit, & denique characteres ii sint, qui Codicem Sæculi XII. esse commonstrent, sane melioris est notæ.

In fine legitur. *Explicit liber Ecclesiasticus*; ultima Codicis pagina in aversa parte tantummodo continet *Virtutum* definitiones, quæ solent appellari *cardinales*. In primo ejusdem integumento ad posticam partem hæc sunt.

Iste liber est Fratris Guido Fasso de Cæsena, & debet esse Conventus Cæsenæ post mortem suam. Rex Christe clementissime Tu corda nostra posside, ut Tibi laudes debitas reddamus omni tempore,



PLUTEUS VIII.

CODICES CONTINET NUM. V.

In Codice I. hæc occurrunt.

Opuscula S. Hieronymi, aliorumque ad ipsum S. Doctorem, & sunt.

1. *Altercatio Luciferiani, & Orthodoxi* instituta a S. Hieronymo sub nomine cujusdam Orthodoxi contra Luciferianum a Lucifero Episcopo ita dictum.

2. *Epistolæ quatuor ad Theophilum Alexandrinum.*

3. *Epistolæ duæ Theophili ad Hieronymum.*

4. *S. Hieronymi Epistola de Libero arbitrio ad Ctesiphontem.*

5. *Ejusdem excusatoria ad Severum super petitione orandi pro alio.*

6. *Epistola pro defensione Ecclesiæ ad Riparum.*

7. *Exhortatoria Apronio Filio ad visitanda loca sacra.*

8. *Contra ejus detractorem ad Theophilum Papam.*

9. *De quadraginta duabus mansionibus Filiorum Israel.*

10. *Ejusdem contra Ruffinum Aquilegiæ Presbiterum.* Invectiva hæc contra Ruffinum detractorem in eo præcipue versatur, quod asseruerit, Hieronymum dicta Origenis hæretica approbasse.

11. *Insertum de Epistola Epiphanii; & est pars prioris Epistolæ.* In margine legitur. *Inseruit Hieronymus partem Epistolæ Epiphanii præcipue ad ostendendum, quod non solum ipse, sed Epiphanius Ruffinum vocat Hæreticum.*

12. *Ruffini præfatio in Lib. Periarchon; quos de græco transtulit in latinum ad intellectum præcedentis Epistolæ S. Hieronymi in eundem.*

13. *Ruffini Epistola; unaque insuetatis scatet jurandi gradibus* ita ad marginem.

14. S. *Hieronymi Apologia ad Anastasium Urbis Episcopum; valens etiam ad præcedentem Epistolam S. Hieronymi contra Ruffinum.*

15. *Duæ partes Epistolarum Hieronymi ad Pamachium, & Marcellam,* continentes defensionem contra Accusatorem; idest Ruffinum.

16. *Prologus in Pentateuchum; in Job; in Psalterium, in Isaiam:*

17. *Epistola ad Celantiam ne Uxor Maritum dimittat Religionis caussa sine illius consensu.*

18. *Epistola ad Marcellam de transmissis muneribus.*

19. *Sermones octo de Nativitate Domini; de Epiphania; de Quadragesima, de ministerio Agni; in Vigilia Pascbæ; de Resurrectione Domini in die Dominico Pascbæ.*

20. *De duabus quæstionibus ad Paulinum.* In editionibus legitur, *quæstiunculis.*

21. Expositio ad Principiam psal. XLIV.

22. *Epistola de Tarsis.*

23. *Sermo in tres partes divisus ad Paulam, & Eustochium.*

24. *Sermo de Assumptione B. M. Virginis; & alter de laudibus Virginis, & Annuntiationis Salvatoris per Angelum.*

25. *Liber de Psalterio quod LXX. interpretatione corruptum est.*

26. *Epistola de Fide Catholica ad Damasum.*

27. *De Parentibus bonorandis.*

28. *De quodam Levita lapso a nemine consolato ad Evagrium.*

29. *Epistola una ad Præsidium Diaconum.*

30. *Consolatoria altera ad Marcellam.*

31. *Ejusdem increpatio adversus Susannam.* In principio, & in fine est mutila.

32. *De Septem gradibus Ecclesiasticis ad Damasum Papam.*

33. *Epistola consolatoria de tentationibus, & opprobriis perferendis ad Oceanum.*

34. *Altera de Excellentia Virginitatis ad Virginem Mauritii Filiam.*

35. Aliæ Epistolæ ipsius. Prima *de moribus Bonosi ad Ruffinum:* Secunda ad *quemdam Amicum ægrotum;* in margine *gravis Epistola, & sententiis plena:* Tertia de *vindicta*, & *juramento;* de *obedientia, & conscientia:* Quarta *de Testamento Geruntii;* Quinta *de Homine perfecto.* In hac ultima desunt nonnullæ voces.

36. *Dialogus contra Pelagianos* mutilus est.

37. *De Libro Vigiliarum.*

38. *Expositio Fidei secundum Ruffinum ad Laurentium Episcopum.*

39. *Tractatus Fidei, & credulitatis, & conversationis Christianorum.*

40. *Liber de Essentia Trinitatis, vel de Membris Domini.*

41. *De Instrumentis Musicis ad Dardanum Epistola.*

42. *De vera Circumcisione ad Terentiam.*

43. *De Consanguinitate Beatæ Mariæ Virginis.*

44. *Prologus, idest Regula vivendi in Monasterio ad Eustochiam, & cæteras Virgines, & continet cap. XLI.*

45. *Epistola consolatoria ad Virginem in Exilio ejectam.*

46. *Tandem Libri duo Ruffini Presbyteri Aquilegiensis adversus Hieronymum.* At isti poni deberent ante Hieronymi responsionem superius indicatam. (a)

Codex est Sæculi XIV.

In II.

Collectanea in S. Scripturam ex Operibus S. Gregorii Magni, & sunt Expositiones *quattuor Evangeliorum; Actuum Apostolorum; Epistolarum S. Pauli; S. Petri; S. Joannis; & Libri Apocalypsis.*

In margine extremæ paginæ appositum est. *Codex est Sæc. XIII.* sed diversa manu ab ea, qua Codex ipse scriptus est. Characterum Codicis qualitas non prorsus a Sæculo XIII. aliena est, & certe ut serius scriptus sub initium Sæc. XIV. existimari debet.

In Cartallo etiam leguntur sententiæ cujusdam Anonymi e Sacra Scriptura deromptæ.

In III.

Ejusdem S. Gregorii Magni *a Genesi usque ad Zachariam Expositiones.* In ultima hujus Codicis pagina breves observantur S. P. Francisci laudes, quibus assecutam fuisse Evangelicam paupertatem, nec non Christi extitisse imitatorem, ostenditur.

In IV.

Postillæ super SS. Pauli, Joannis, Petri, & Jacobi Epistolas; & etiam super Actus Apostolorum, super Apocalypsim. Hæ Epistolæ legebantur cum expositionibus in diebus anni festivis, ideoque in Rubricæ formam constitutæ. (b)

In

(a) Ordo Operum S. Doctoris, quæ hoc in Codice occurrunt, Editionibus accuratioribus plerumque respondet, cum alioquin Hieronymi Epistolas sine ullo ordine primo cusas sciamus; & quod majus est Textus, de quibus ob lectionis diversitatem solet dubitari, non raro cum Maurinorum Editione apprime conveniunt. Illud etiam observandum inter hæc, quæ Codex exhibet, S. Hieronymi opera, quæ sedulo cum accuratioribus Editionibus contulimus, illud unum, *de Regula vivendi in Monasteriis* inter dubia ab Eruditis recenseri; cetera vero non tantum genuina esse S. Doctoris opuscula, verum etiam temporis ordinem, quo scripsit, quodammodo in ratione, qua disposita sunt, servare.

(b) Epistolas has in Rubricæ formam fuisse deductas extat in fine inditium his verbis. *In vigilia Natalis Domini Epistola prima ad Romanos. In Dominica VI. VII. VIII. VIIII. ad Romanos secunda. In natalibus Apostolorum ad Romanos. In Dominica prima Pentecostes, Dominica II. & III. & Dominica in Adventu ad Corinthios; Dominica diei Resurrectionis, prima Septembris, & Dominica palmarum ad Philippenses. In Sabbato Sancto ad Thessalonicenses, Dominica in Octava Pascha S. Joannis; Dominica*

prima

In fine pars quædam Homiliæ S. Gregorii Magni *ad adversariorum injurias ferendas*; & Homilia in *Natale unius Martyris*. Sunt in hac secunda Homilia graves sententiæ ad Martyrium valde incitantes; hæc & ipsa mutila est.

Postremo hæc leguntur. *Iste liber est Fratrum Minorum de Cæsena, quem dedit eis Joannes Acurdus*; sed hæc sunt manu recentiore. Codex est Sæc. XIII.

In V.

1. *Psalterium* cum adnotationibus. Ad textum primi Psalmi *Domine Dominus noster* hæc occurrunt. *De Torculari P. P. D. D.* (scilicet Psalmorum dictorum) circa hoc vocabulum *Torcular* hæc in Codicis margine scripta extant. *Multis, & variis similitudinibus unam, eamdemque rem in Scripturis sæpe insinuari; Torcularia ergo possumus accipere Ecclesias ea ratione, qua Aream intelligimus Ecclesiam. Quia in Area, sive in Torculari nihil aliud agitur, nisi ut fructus ab integumentis purgentur, & quæ necessaria erant, ut nascerentur, & ut crescerent, atque ad maturitatem, & Messis, & vindemiæ pervenirent*. Verum reapse Sanctæ Ecclesiæ Symbolum. Ordo hoc in Codice occurrit distribuendorum Psalmorum, ut in prima, secunda, & quarta Sabbati peculiares Psalmi sint designati; sic etiam in hora matutina, & vespertina. Sunt postea ad omnes Psalmos quædam, quæ eorum originem, & caussas ostendunt.

2. *Tractatus S. Augustini in Psal. LXXXVIII.*

3. Sermo ejusdem *supra Psal. Domine refugium factus es nobis*.

4. Sequuntur hæc alia: *Canticum Isaiæ in Pascha*.

5. *Jeremiæ in Quadragesima*.

6. *In Festo Apostolorum, & Martyrum*.

7. Extat & Oratio, quæ tunc in fine Psalmorum recitabatur.

Omnipotens, & misericors Dominus Clementiam tuam suppliciter deprecamur, ut nos famulos tuos tibi fideliter servire concedas, & perseverantiam bonam, & felicem consummationem nobis largiri digneris, & hoc Psalterium, quod in conspectu tuo cantavimus, ad salutem, & ad remedium animæ nostræ proficiat sempiternum; per Christum Dominum nostrum. (c)

Dein Codex habet Hymnos *Te Deum laudamus*, & S. Simeonis; *Symbolum Apostolorum*; *Hymnum Angelicum Gloria in excelsis*; *Fidem Catholicam S. Athanasii*; hæc tamen mutila est.

Deinde exhibet Orationes quamplurimas Sanctorum Joannis, Stephani, S. Apollinaris Martyris, atque Pontificis, Laurentii, Gregorii, Nicolai, aliorumque ad obtinendas a Deo gratias, præcipue SS. Petri, & Pauli, & commemorationes omnium Sanctorum. Has dabimus fideliter ad finem Catalogi hujus dexteræ partis Bibliothecæ inter Anecdota.

Accedit Michaelis de Cæsena Ministri Generalis Ordinis Minorum publica, & humilis confessio, & retractatio errorum suorum, cum explicatione Psalmi *Miserere mei Deus*. Obiit certe pœnitens sero, sed serio Monachii anno MCCCXXXXIII. mense Novemb. Codex est Sæc. XIV. Retractatio tamen Michaelis manu recentiore scripta.

PLU-

prima post Octavam Paschæ illa Petri; Secunda ejusdem, tertia, & quarta illa Jacobi. De hoc Codice nunc accuratius non loquimur, quippe qui de eo acturi sumus, cum de duobus Evangeliariis Græcis Pluteorum XXVII. & XXVIIII. loquemur, ubi plura ad Sanctitatem Catholicæ Romanæ Ecclesiæ in Liturgiis ostendendam, occurrent animadvertenda.

(c) Nondum Hymni, nondum Sanctorum vitæ, & gesta, nondum SS. Patrum Homiliæ in Officio erant divino, ideoque Psalmi recitabantur ad matutinas, vespertinasque horas distributi. Eusebius namque Cæsariensis Episcopus lib. 2. c. 17. memorat Essenorum Psalmodiam, eamque dicit valde affinem ei, quam Orientales Christiani sectabantur. *Cum unusquisque modulate, & decenter canere exorsus fuerit, cæteri silentio auscultantes, extremas dumtaxat hymnorum partes concinunt, idest finiebant Psal. Doxologia, Gloria Patri, & Filio &c.* Augustinus etiam Epist. 119., cap. 8. de hac Rubrica loquitur. De Oratione vero illa, quam ex Codice paullo ante protulimus, primis Ecclesiæ Sæculis recitata, nec Durandus, nec Thomasinius scripserunt. Isthæc Codicis raritatem monstrant.

P L U T E U S IX.

CODICES CONTINET NUM. V.

In Codice I. hæc ſunt.

S. Auguſtini *de Civitate Dei Libri XXII.* Præcedit *Retractatio Auguſtini Epiſcopi in libris de Civitate Dei*, cujus initium eſt. *Interea Roma Gotborum irruptione &c.* & finis. *Hoc opus ſic incipit. Glorioſam Civitatem Dei*; Deinde auro illita ejuſmodi eſt Inſcriptio. *Beatiſſimi Aurelii Auguſtini de Civitate Dei Liber primus incipit ad Marcellinum.*

Initiales omnium Librorum litteræ, aurum in laminam ductum, coloribus vividis mira quadam, & inuſitata arte mixtis pereleganter exornantur, ac ita vividæ adhuc perſtant, ut elaboratæ recenter videri ferme poſſint. Prima littera Imaginem ipſius S. Doctoris refert diligenter, exquiſiteque efformatam. Mirum! Laureola inſignitus, palio Eremitarum inſtar coopertus ſedet Auguſtinus tripede ſcamno ſub Apſide a columnis ſuſtentata mire architectonices delineata; lævam tenens manum, oculoſque ad Civitatem in Quadro poſitam erectos, quæ ſublimi in loco poſita ipſi eſt præſens; intermedio ſpatio de induſtria, perinde quaſi Via ad Dei Civitatem Porta erigitur inuſitatis ſignata characteribus, ac ſi, quæ in cœleſti Regno ſunt imperſcrutabilia, eorum auxilio videat Auguſtinus, atque intelligat; dexteram vero manum habens ad ſcribendum paratam. Hinc Libri ſunt in Pluteo, illinc pulvereum Horologium, aliaque permulta. Hæc poſtea Icon perficitur, cum ab uno ipſius latere columnæ bifariam diviſæ, multicolores, floribus, avibuſque refertæ per Quadrilaterum ejuſdem paginæ diffunduntur, & ad extremum limbum deſinunt in primum Malateſtarum Inſigne, ſcilicet Craticulam, non duas inter aureas litteras M. N. *Malateſtam Novellum*, ut aliis in Codicibus ſupra obſervavimus, indicantes; ſed ad utrumque latus in uno Circulo habens dejectam, proſtratamque belluam; altero vero vario pennarum fulgore conſpicuam Pavonem fœminam, & glorioſam, quæ ad Malateſtarum Familiæ laudem conducunt. Codex hic præ cæteris hujus Bibliothecæ nitido charactere, accurataque ſcriptione elegans eſt, atque conſpicuus, nec facile alibi ſimilem alium invenies. (a)

In fine. *Scriptus per me Jacobum de Pergula, pro Magnifico, & Potenti Dño Dño Malateſta Novello, quem complevi in Civitate Fani Anno MCCCCL. die X. Februarii.*

In II.

1. Ejuſdem *Sermones LXV. de Verbis Domini.*

In

(a) Non omnium quotquot ſunt in Libris his ſententiarum (hoc namque nimis operoſum eſſet), ſed illarum præcipue, quæ ad incredulos Philoſophos revincendos plurimum poſſunt, facta collatione cum accuratiſſima Operum S. Auguſtini Maurina Editione, hæ aut exactiſſimæ, aut ſimiles, adeo ut ſenſum ne paullulum immutent, inventæ ſunt. Iſtiusmodi ſunt hæ lib. 19. c. 18. *Civitas Dei credit ſcripturis ſanctis*; & quamvis præcedenti libro 18. c. 41. noſtro in Codice non legantur hæc verba; *in unaquaque Philoſophorum inventione quid quiſque ſectetur, multiplex eſt diſcrepantia opinionum*; quæ verba proculdubio in laudata Editione exſtant; nihilo tamen minus cum verba illa, ut conjicio, ſint ſumma, & veluti index ejuſdem capitis, abſque illis apta ſatis, atque perfecta eſt lectio & cohærens cum cæteris, quæ in capite illo habentur. Similiter lib. 21. de Civitate Dei cap. 5. *Increduli reſponderent, ſi vultis, ut ea credamus, de ſingulis reddite rationem. Nos non poſſe confiteremur, eo quod iſtis, & ſimilibus Dei miris operibus, infirma mortalium ratiocinatio vinceretur; fixam tamen apud nos eſſe rationem, non ſine ratione Omnipotentem facere, & in multis quidem rebus incertum nobis eſſe quid velis*; & poſt pauca. *Hi tamen Fidei reprehenſores, exactoreſque rationis quid ad iſta reſpondent, de quibus ratio reddi ab homine non poteſt, & tamen ſunt, & ipſi rationi naturæ videntur eſſe contraria?* Quid igitur clarius ad rem noſtram?

In fine: *Explicit liber de Verbis Domini Aurelii Augustini Doctoris Ilypponensis Episcopi feliciter.*

2. *Retractatio in Expositione super Epistolam ad Galatas.*
3. *De Bono Virginali.*
4. *De vera, & falsa Pœnitentia.*
5. *De Timore Domini Sermon: duo.*
6. *De Pœnitentia Sermo.*
7. *De Purgatorio Sermon: duo.*
8. *De vera Innocentia.* (b)
9. *Soliloquiorum Lib. duo.*
10. *De agone Christiano.* (c)
11. *De Fide rerum invisibilium.*
12. *Liber ad Consentium contra Mendacium.*
13. *Contra duas Epistolas Pelagianorum ad Bonifacium Urbis Romæ Episcopum Lib. quattuor.*
14. *De peccatorum meritis, & remissione, & de Baptismo parvulorum ad Marcellinum lib. duo.*

In Codicis fine hæc scripta leguntur. *Tertius Liber deficit hic, qui tamen est Epistola. Require ipsum in Volumine Epistolarum Augustini, inter quas ipsa ducentesima quadragesima secunda reperitur.*

Ad ultimam Codicis paginam: *Joannes de Spinallo scripsit.*

In III.

Ejusdem *de moribus Ecclesiæ.* (d)

2. *De moribus Manichæorum.*
3. *De duabus Animabus.*
4. *De Prædestinatione contra Pelagianos.*
5. *De Magistro.*
6. *De Patientia.*
7. *De Natura rerum.*
8. *De Cura pro mortuis agenda ad Paulinum Episcopum.*
9. *De Divinatione Dæmonum.*
10. *De Perjurio.*
11. *De Timore Domini.*
12. *De Excidio Urbis Romæ.*
13. *Quomodo factus est homo ad similitudinem, & imaginem Dei.*
14. *De Igne Purgatorii.*
15. *Speculum Animæ.*
16. *De laudibus charitatis.*
17. *De Immortalitate Animæ.*

18. *De*

(*b*) Opusculum de *vera Innocentia* S. Doctori adscribitur, sed perperam; nec proinde locus illi datus inter reliqua Augustini Opera cernitur in Parisiensi Maurinorum Editione. In MS. Codice sæculi XII. aut certe XIII. Biblioth. Angelicæ liber extat de *vera Innocentia*, atque extremum membranæ spatium manu paullo recentiore adnotatur. *Aliter intitulatur liber iste ab aliquibus videlicet de sententiis Prosperi.* Hinc Patres Benedictini librum illum in appendice ad Tom. X. Operum Augustini sub hoc titulo ediderunt. *Prosperi Aquitani sententiæ ex Augustino delibatæ, & sunt numero* CCCXC. Liber iste titulum est sortitus de vera Innocentia fortasse quod his exorditur verbis. *Vera Innocentia.*

(c) Cap. 13. de Agone Christiano hæc sunt Augustini verba. *Priusquam mens nostra purgetur, debemus credere quod intelligere nondum valemus, quoniam verissime dictum est per Prophetam. Nisi credideritis, non intelligetis.* Si prius credendum, qua effrenata fronte audent Sacram ipsam Scripturam, quæ est veritatis regula, pedissequam effingere, & cæcutiendo ipsi non credere, nisi ratio ipsa naturalis auxilium præstet?

(d) De moribus Ecclesiæ lib. 1. c. 2. *Unde igitur exordiar? Ab auctoritate, an a ratione? Naturæ quidem ordo se habet, ut cum aliquid discimus, rationem præcedat auctoritas.*

18. *De Ecclesiasticis Dogmatibus*.
19. Ejusdem *ad inquisitiones Januarii Lib. duo*.
20. *Sermo contra Pelagium*.
21. *Ad Optatum Disputatio, quam habuit cum Feliciano*.
22. *Supra Genesim contra Manichaos Lib. duo*.
23. *Retractatio Aurelii Augustini in Libro supra Genesim*.
24. *Retractatio Augustini in Libro contra Academicos*.
25. *Contra Academicos Lib. tres*. (e)
26. *De spiritu, & Anima*. (f)
27. *De Fide, vel Symbolo Sermones quattuor*.
28. *De Quæstionibus veteris, & novæ Legis* cum suis Capitulis CL.
29. *De Ordine disciplinæ* liber.
30. *De Musica Liber*, ibique legitur. *Incipit ejusdem Augustini Sensus Musicæ, lege feliciter*.

Ad finem. *Expliciunt XXX. Opera Augustini; per manus Joannis de Spinallo Anno Domini MCCCCLIII. Mense Januarii*.

In IV.

1. *Incipit Epistola Aurelii Augustini ad Aurelium Carthaginensem Episcopum*. Deinde Capitula ad omnes Libros, qui sunt XV., ejusdem Augustini *de Trinitate*. Observandum in hoc Opere finem deesse Libri quinti, & initium libri sexti. (g)

2. *Liber Augustini Episcopi Hypponensis ad Aurelium de Opere Monachorum*.

In fine. *Explicit Liber Beati Augustini Episcopi ad Aurelium de Opere Monachorum feliciter. Deo gratias*. Ita legitur ad omnium Librorum finem hujus Codicis, idest. *Explicit feliciter. Deo gratias*.

3. Ejusdem *de Vita Christiana*.
4. *De Disciplina Christiana*.
5. *De Prædestinatione Sanctorum ad Prosperum, & Hilarium*.
6. *De Bono Perseverantiæ ad eundem*.
7. *De Decem Cordis*.
8. *De Prædestinatione Divina*.
9. *De Vita Beata ad Mollium Theodorum Virum Magnificum*.
10. *De Spiritu, & Littera ad Marcellinum*.
11. *De Virginitate*.
12. *De Virginitate Beatæ Mariæ*.
13. *De Continentia*.
14. *De bono Conjugali*.
15. *De utilitate credendi*.
16. *De Professione Sanctæ Viduitatis*.
17. *De unico Baptismo*.

In fine. *Scripsit Joannes de Spinallo*. Initiales hujus Codicis non Librorum tan-

(e) Lib. 31. contra Academicos Augustinus hæc habet; *sed tamen eliquata est una verissima Philosophiæ disciplina. Non enim ista hujus Mundi Philosophia, quam sacra nostra meritissime detestantur &c.* Veteres editiones legunt *vanissime*, *pro verissime*, secus & Codex noster, & Editio Maurina.

(f) Inter Augustini Opera poni in hoc Codice cernimus lib. de *spiritu, & anima*, cum tamen ipsi non sit adscribendus. Cuinam tribui debeat, Eruditorum non una est opinio. Sunt qui velint ab Ugone a S. Victore conscriptum esse, cum inter ipsius Opera impressus habeatur; non ita S. Thomas quæst. unica *de Anima* art. 12. ad primum, qui Monachum Cisterciensem Auctorem fuisse existimet. Hunc doctissimi Maurini Patres Alcherum appellatum suspicantur.

(g) Lib. 14. *de Trinitate*, & Editio Maurina, & Codex habent. *Fides, quam qui habent fideles vocantur, ad nullum omnino sensum corporis pertinet*; ideoq. hæc, & alia cum sincerioribus Augustini Operum editionibus, ut observavimus, perbelle respondent. Quamplurima etiam legimus Augustini Testimonia in libro de *utilitate credendi* existente eodem in Codice quarto, comparatissima ad contundendam Philosophorum audaciam, sed missa facimus.

tum, sed & Capitum sunt deauratæ, coloribusque egregie delineatæ; est Sæculi XV.

In V.

Ejusdem *Epistolæ CLXVIII.* His adjuncta est ipsius Augustini Vita, cum Indice omnium ejus Operum Auctore Possidio, qui hæc de suo illo Indice in ipsa vita habet. *Tanta a Beato Augustino dictata, & edita sunt, tantaque in Ecclesia disputata, atque emendata, vel adversus diversos Hæreticos, vel ex canonicis Libris exposita ad ædificationem Sanctorum Ecclesiæ Filiorum, ut ea omnia vix quisque studiosorum perlegere, & noscere sufficiat. Veruntamen ne veritatis verbi avidissimos in aliquo fraudare videamur, statui in hujus Opusculi finem, Deo præstante, eorumdem Librorum, Tractatuum, Epistolarum indicem adjungere*; & post pauca addit: *videntur esse hæc opera. DCXXXII.*

Qua autem ratione inter alia Possidius dixerit, *Exemplaria ab Hypponensi Bibliotheca, ubi sunt emendatiora, esse consulenda*; certe oportet credamus, hæc protulisse Possidium ad perfectas, purasque lectiones obtinendas. Possidianus is Index non mediocriter conducit ad Opera S. Augustini germana dignoscenda, & secernenda a supposititiis, utpote cum vir emunctæ naris, & scriptor accuratissimus illum contexuerit. Apud nonnullos viguit opinio Augustinum, & illius libri fuisse auctorem, qui in scribitur *Operis imperfecti*. Verum is liber in Possidiano Indice non memoratur, & Critici non dubitant, quin Opus Joannis Chrysostomi sit, quod græce scriptum, latine postea ab aliis fuerit translatum. (h)



PLU-

(*h*) Omnium horum hujus Plutei Codicum lectione tantopere delectati sumus, ut haud facile voluptatem, quam cepimus, exponere verbis possimus. Nitidissimi sane, uniformes, & rotundi eorum characteres sunt, lineolæ æque distantes, ut pæne libros crederis primarum Aldi Manutii Editionum, & reapse a nonnullis etiam Eruditis Bibliothecam invisentibus primo intuitu eleganter excusi existimabantur; & quod maximum est in lectionibus non absimiles deprehenduntur castigarioribus MSS., & Editionibus. Ex quo intelligi potest Exemplaris, quibus usi sunt eorum scriptores, optimæ notæ fuisse. Jam felicitati nostrorum temporum gratulandum, quibus in lucem publicam edita sunt diligentissime SS. Patrum opera: calamitati autem eorum sæculorum parcendum, in quibus ex manu exaratis membranis sæpenumero vitiatis Typographi, & nomina Auctorum falsa interdum protulerunt, & sententias eorum minus sinceras multo crebrius dederunt.

PLUTEUS X.

CODICES HABET NUM. V.

In Codice I. hæc extant.

1. S. Auguſtini *contra Fauſtum Lib. XXXIII.* Perbreves ſunt 33. Diſputationes; has nihilominus S. Doctor cap. VII. Retractationum libros vocat. En ipſius verba. *Quat etiam libros cur non dixerim? Nam etſi ſunt aliqui perbreves, tamen ſunt libri.* Codicis itaque inſcriptio concordat cum Auguſtini judicio.

2. *De natura Boni contra Adimantum Lib. unus.* In Maurinorum editione Operum Auguſtinianorum, titulus ipſius libri ita ſe habet. *S. Aurelii Auguſtini Hypponenſis Epiſcopi contra Adimantum Manichæi diſcipulum lib. unus.* Codex peculiari inſcriptione materiam, de qua agebatur, declarat, videlicet *de natura Boni*, & merito quidem, ut legenti innoteſcere poterit.

3. *Contra Fortunatum Lib. unus.* Poſſidius de hoc opere loquitur in Auguſtini vita cap. *6.*

4. *Contra Felicem Lib. duo*, & Acta exhibent S. Doctoris cum Felice Manichæo, contra quem præſente populo biduo diſputavit.

5. *Contra Fundamentum Lib. unus*, eſtque ab Auguſtino conſcriptus ad principia Fundamenti, quæ in ejus Epiſtola male olebant, redarguenda.

6. *Contra Creſconium Donatiſtam Lib. quattuor.*

7. *De Secta Donatiſtarum Liber.*

8. *Contra partes Donati Liber.*

Lectiones, ut obſervavimus, horum Operum cum accuratis Editionibus maximopere conveniunt.

In fine: *Scriptus per Jacobum Pergulitanum pro Magnifico, & Potenti Domino Domino Malateſta Novello de Malateſtis, & perfectus eſt die XXVIIII. Julii MCCCCLIV.*

In II.

1. Ejuſdem *Enchyridion.*

2. *De Libero arbitrio Lib. tres.*

3. *Retractationum Lib. duo*, cum earum Præfationibus, & ad calcem extant S. Patris ſententiæ circa Retractationum Libros.

4. *De conſenſu Evangeliſtarum Lib. quattuor.* (a)

(*a*) Attente perluſtravi non ita pridem lib. IV. de conſenſu Evangeliſtarum non alio ſane conſilio, quam ut inquirerem teſtimonia illa, quibus Cardinalis Adrianus uſus eſt in aureo ſuo Libro de *Vera Philoſophia ex quatuor Eccleſiæ Doctoribus*; quæque ille ex hoc Auguſtini Opere laudat: In his unum ab eo exhibetur his verbis. *In vanum laborat lingua Doctoris exterius, ſi non adſit interius gratia Spiritus Sancti, qui illuminat omnem hominem venientem in hunc Mundum.* Aſt teſtimonium hoc quæſivi fruſtra cum in Maurina Editione, tum in Codice noſtro. Cum tamen omnia laudata ab Adriano teſtimonia ex ipſiſmet Auguſtini verbis contexta ſint (quod deprehendi poteſt ab Enarratione S. Doctoris in Pſal. CXXVI.) illud conjicere poterimus, doctiſſimum Cardinalem Codice fortaſſe aliquo uſum eſſe, in quo vel Prologus ſuppoſititius ad Lib. IV. S. Auguſtini, vel ſermo ex ipſius S. Doctoris ſententiis conſarcinatus, & falſo ei adſcriptus, inveniretur. Titulus etiam Operis de quo loquimur, non eſt *de conſenſu quatuor Evangeliſtarum*, ut a doctiſſimo Cardinali laudatur, ſed ut Codex indicat de *conſenſu Evangeliſtarum lib. IV.*

5. *De Baptismo contra Donatistas Lib. septem.*
6. *Adversus Epistolam Parmeniani Lib. tres.*
7. *De octo quæstionibus ad Dulcitium.*
8. *Liber disceptationum adversus Comitem Pascentium Arianum præsente Laurentio Judice ab utriusque partibus electo.* (b)
9. *Ad Virgines Liber.*
10. *De quattuor virtutibus Charitatis liber.*
11. *De decem Plagis.*
12. *De Consolatione defunctorum.*
13. *De Introitu Episcoporum.*
14. *De Assumptione Dei Genetricis*, & *Virginis Mariæ Sermo.*
15. *Hipognosticon.* (c)
16. *De gratia novi Testamenti ad Honoratum.*

Codex ejusdem Scriptoris.

In III.

S. Augustini Sermones ad Fratres in Eremo demorantes, triplici distinti ordine; in quorum primo *de Reformatione regularis vitæ* agitur, & complectitur Sermones XXIX. In secundo *de Virtutibus*, *& Vitiis*, & sunt pariter Sermones num. XXIX. Et in tertio *de variis Anni Festivitatibus*, & continet Sermones XXXX. Hoc in Codice quædam quasi ad emendationem in margine sunt apposita. (d)

Co-

(*b*) Liber *Disceptationum adversus Comitem Pascentium* inter reliqua Augustini Opera in vulgata Bedæ collectione occurrit, ac proinde pro genuino Augustini fœtu a Beda habitum intelligimus. Verum Bedam fuisse deceptum errore veterum Codicum, qui Augustini nomen passim, ut Codex noster, in fronte gerebant, in secundi Tomi Appendice PP. Maurini pluribus demonstrant facta collatione Codicum melioris notæ, præcipue Bibliothecæ Vaticanæ.

(*c*) Opus in lib. sex distributum *Hypomnesticon*, vulgo *Hypognosticon* contra Pelagianos, & Cælestianos nuncupatum, MSS. antiquissima, Hincmarus in Epistola ad Amalonem, & Ecclesiam Lugdunensem de *Gottescalco*, nec non alii Scriptores noni sæculi, immo Editiones initio sæculi XVI. curatæ S. Augustino tribuebant, quod in caussa fuit, ut passim Theologi Dogmaticia in rebus plurimas ex laudato opere, ac si Augustini esset, sententias producerent. Veruntamen neque S. Remigio Archiepiscopo, neque Prudenti Episcopo Tricassino hæc arrisit opinio. Hinc Garnerius Sixto Pontifici Maximo, qui Cælestino successit; Maurini vero Patres Isidoro Mercatori hos libros adjudicant, ut videre est in adnotatione, qua ipsi Opus hoc exornarunt Append. ad Tom. X. Operum S. Augustini.

(*d*) Probata de sermonibus ad Fratres in Eremo S. Augustino adscriptis est nobis censura a Maurinis Patribus in Appendice ad Tom. VI. edita, in qua cum Baronio ad annum Christi 382., Bellarmino lib. de Scriptoribus Eccles., Lovaniensibus Scriptoribus, aliisque, necnon ipsis eruditis Augustiniani Ordinis Viris Jacobo Homeyo *in Collectaneorum libro a* Bernardo Vindingo in *Critico Augustiniano*; præcipue vero cum Christiano Lupo in lib. de *origine Eremitarum S. Augustini* cap. 35. patiuntur, omnes fere sermones supposititios esse, & Augustino indignos haberi; tametsi non io Codice nostro solum, sed & in MSS. Cod. Sæc. circiter VI., quos in Hispania se vidisse affirmant Hieronymus Roman Augustiniani Ordinis diligentissimus Chronographus, & Petrus de Campo; in antiquissimis Codicibus Vaticanæ Bibliothecæ, in Remigiano Sæc. VII. in MS. Bibliothecæ Angelicæ sæc. XIII. aliarumque Bibliothecarum modo plures, modo pauciores sermones Augustino adscripti legantur. Nos heic ad eorum collectionem, numerumque quod spectat, nonnulla Codicis nostri brevi inspiciamus oportet. Primi XXVIII. Sermones (sunt namque in eo XXIX., at XXVIII. idem prorsus est, ac XIX.) apprime cum iis laudatæ Editionis quadrant, cum hoc solum discrimine, ut in ea ad singulos argumenta præcedant; contra vero hæc in Codice nostro ad eorum finem; immo hujus Collectionis, vel Auctor sit, vel Librarius (quod ignoro) aliquando interserit Opuscula, quæ cum ementito Augustini nomine sunt descripta, quæque in sermonum numero ad Fratres in Eremo locum non habent, ut est, cæteris missis, liber ad cujus finem legitur. *Explicit liber S. Augustini de triplici habitaculo.* In Maurina editione post titulum legitur. *Incerti Auctoris; nec inerudici*; & seperatim est editus a prædictis sermonibus. In Codice etiam sermones occurrunt *de Tempore*, *de Sanctis*, & quædam veluti *Homiliæ*, quæ omnia, si diligenter

Codex Sæc. XV., ut primi duo, cujus initiales litteræ auro illitæ sunt.

In IV.

1. *Contra Julianum Pelagianum. Lib. sex.*
2. *Adversus Maximinum Hæreticum Lib. tres Altercatio.*
3. *Epistolæ duæ ad Valentinum.*
4. *De libero arbitrio, & gratia ad eundem.*
5. *De correctione, & gratia Liber.*
6. *De perfectione justitiæ Liber.*
7. *De natura, & gratia.*
8. *Confutatio Catholica S. Doctoris quorundam Capitulorum sibi falso impositorum.*
9. *De Gratia Christi, & peccato originali contra Pelagianos, & Cælestianos: Libri duo.*
10. *Epistola ad Sixtum Presbyterum.*

Ad oppositam ultimæ paginæ partem leguntur hæc.

Frater Bernardinus Manzonius Cæsenas Anno MDCXXVI., quæ nihil aliud indicant, nisi Manzonium hunc præterito sæculo possessorem fuisse hujus Codicis. Cæterum Codex est Sæculi XV.

In V.

1. Ejusdem *Augustini Confessionum Lib. tredecim.*
2. *De Catechizandis rudibus Liber.*
3. *De Doctrina Christiana Lib. quattuor.*
4. *Homiliæ quinquaginta.*

Codex XV. Sæc. ut superiores, elegans admodum, ob nitidos characteres, & litteras plurimas auro, minio, figuris pulchre elaboratos.



ter perlustrentur, ex iis sermonibus, qui extant Tom. V. ejusdem Editionis, in prima, & secunda parte excerpta esse intelligimus, auctoremque eorum identidem verbis, & sententiis Augustini usum fuisse. De eorum numero quid multa? Hoc est fortassis peculiare Codicis nostri, ut omnes sermones ad *Fratres in Eremo* dirigantur. Unde bene se habet, quod scribunt laudati Maurini in Appendice; *Maubrnum apud Brabantiam, & apud Almaniam plures vidisse ejusdem Collectionis libros in numero sermonum discrepantes;* & addit. *In Italia sexagenarium numerum supergressi sunt, & adhuc quotidie increscunt.* Crevisse adeo, ut nihil magis, scripsisset, si ad numerum fere centenarium accedere in Codice nostro comperisset.

PLUTEUS XI.

CODICES HABET NUM. VII.

In I. Codice hæc sunt.

1. PArs prima Epistolarum Hieronymi: quæ Epistolæ sunt num. CIV. hac inscriptione. *Hieronymi Epistolæ ad multos, multorumque ad ipsum, quæ pertinent ad primam partem*. Præmittitur Index Epistolarum, quæ in ea cotinentur cum foliorum numeris, ut facilius inveniri possint. Legitur namque. *Incipit tabula primæ partis super annotatione Epistolarum Beatissimi Hieronymi Doctoris, & Excellentissimi sanctarum Professoris scripturarum*.

Index & a quo, & ad quem scriptæ sint Epistolæ, earumque principium ostendit, non autem Titulos, quos singulæ in fronte gerunt. Singulos exscribere piget. Contenti erimus nonnullorum specimen exhibere, cum passim in Editionibus haud inveniantur.

2. Epistola Augustini ad Hieronymum, quæ legitur fol. 46. & est. num. 13. ita inscribitur. *Domino carissimo, & desideratissimo Fratri, & Conpresbytero Hieronymo Augustinus in Domino salutem*. Non enim titulus in superiori paginæ parte scriptus cernitur, sed per punctum unice a textu Epistolæ distinguitur.

3. Rescriptum Hieronymi ad Augustinum. *Domino vere Sancto, & Beatissimo Papæ Augustino Hieronymus in Christo salutem*. fol. eodem & num. 14.

4. Epistola Augustini ad Præsidium, ut destinatas litteras Hieronymo Sancto mittere non gravetur. *Domino Beatissimo, & merito honorando Fratri, & Consacerdoti Præsidio Augustinus in Domino salutem*. fol. 47. & num. 15.

5. Epistola Damasi ad Paulinum *de Fide tenenda ab iis, qui in Oriente sequi volunt Apostolicam Sedem*. *Dilectissimo Fratri Paulino Damasus Papa, & per ipsum filium meum Vitalem ad te scriptam*. fol. eodem, & num. 16.

6. Epistola S. Augustini ad Hieronymum *excusantis, & calumniam propellentis*: *Domino venerando, & desideratissimo Fratri, & Conpresbytero Hieronymo Augustinus*. fol. 48. & num. 117.

7. Ejusdem Augustini ad Hieronymum *de LXX. Interpretum sugillatione: Domino dilectissimo, & cultu sincerissimo charitatis obsequendo, atque complectendo Fratri, & Conpresbytero Hieronymo Augustinus*. fol. 51., & num. 119. Sat nobis est aliquas ex egregiis illis titulis indicasse, ne diutius immoremur. Usitatum namque erat primis illis sæculis, ut Episcopus Summi Sacerdotis, ac Episcopatus Summi Sacerdotii nomine vocaretur. Nam Paulinus in vita Ambrosii habet. *Flebat amarissime quotiescunque forte nuntiatum illi fuerat de cujuscunque obitu Sacerdotis.... quia difficile esset invenire Virum, qui Summo Sacerdotio dignus haberetur*. De Epistola posita num. 38., si memoria teneo, in adnotationibus verba faciam. (a)

Initia-

(a) In hac prima S. Hieronymi Epistolarum parte unam num., nisi fallor, 38. positam lego ad Demetriadem datam: non illam dico, quæ est CXXX. Edit. Vallarsii ad eandem scriptam, quæ fœtus proculdubio est genuinus Hieronymi; sed eam, quæ incipit. *Si summo ingenio, parique fretus scientia, officium scribendi facile me implere posse crederem*. &c. Hanc nonnulli nostrum, ut inquit Beda, studiose legentes esse S. Doctoris Hieronymi temere sunt arbitrati, cum tamen cujusdam nequissimi hostis Orthodoxæ Fidei sit Epistola. Enim vero, missis Codicibus MSS. vetustioribus Bibliot: S. Victoris, aliisque a Martianæo lustratis, qui Juliani modo, modo Cælestii nomen præscriptum ad illam Epistolam commonstrant, vel stylus ipsius palam ostendit Hieronymi non esse; & quod caput est, hæreticum olet Dogma Pelagianorum, qui humanam na-

Initiales cujuscomque opusculi litteræ aureæ sunt, eleganterque coloratæ, & prima pagina ipsius Codicis S. Doctoris effigiem exhibet ad vivum expressam. *Scripsit Joannes Antonii de Spinallo anno domini MCCCCLI.*

In II.

Ejusdem Epistolarum secunda pars, Epistolas num. LXXXVIII. continens. (b) Initio hujusce partis Prologus est de *sermone Nativitatis Sanctæ Mariæ Virginis*, cujus titulus. *Hieronymus Chromatio, & Eliodoro Episcopis Liber contra Jovinianum.* Ne actum ab aliis agere videamur, supersedemus hic ostendere narrationem hanc esse cujusdam fabularum Architecti, quod luculenter præstitit Baronius ad annum 338. num. 101., & e recentioribus Fabricius in Codice apocrypho Tom. I. In hac secunda Epistolarum parte inferitur Liber, qui appellatur *Dialogus Sancti Hieronymi contra hæresim Pelagianorum divinæ gratiæ impugnatorum, in quo disputat de multis* sub nomine Attici, & Chrytoboli. In hoc Codice litteræ majusculæ sunt venuste depictæ.

In fine. *Scripsit Joannes Antonii de Spinallo.*

In III.

1. Ejusdem S. Patris *Symbolum de Fide Catholica ad Damasum Pontificem.* (c)
2. *Epistolarum pars tertia.* (d)
3. *Vita B. Hieronymi, & Pafnutii.*
4. *Libri duo ad Sempronianum Ruffini Presbyteri Aquilegiensis adversus Beatissimum Hieronymum.*
5. *S. Hieronymi Lib. duo ad Pamachium, & Marcellam.*
6. Ejusdem *Defensio contra Ruffinum accusatorem.*

7. *Tra-*

naturam nimium attollebant, ut gratiæ necessitatem vel ex parte, vel ex toto adimerent, quos tamen multia in locis S. Pater refellit.

(b) Una est inter alias hujus secundæ partis Epistola num. 41. quæ Hieronymo in Codice adjudicatur hoc titulo. *Hieronymi ad Amicum ægrotum eum ad patientiam exhortantis* (in editione tamen Vallars. legitur solum. *Ad Amicum ægrotum*,) & tamen S. Doctoris non est. Certe si Erasmus audiatur, ejus est judicium, Tertulliano Epistolam illam adscribendam esse ob styli duriusculi, qui ipsi perfamiliaris est, convenientiam; pace tamen tanti Viri ea in Epistola duriusculam scribendi rationem haud deprehendimus. Qua de re si, quod verosimilius est, pronuntiare velimus, conferamus oportet hanc cum illa, quæ in Codice tertio hujus Plutei extat, de qua jamjam erit sermo, eamque exacte congruere cognoscemus cum hac ad *Amicum ægrotum* ut neque oratione, neque stylo discriminetur. Cum itaque, nemine diffitente, illa S. Maximi Episcopi Taurinensia sit; cur non hæc?

(c) Non solum in Codice hoc nostro Symbolum Hieronymo tribuitur hac inscriptione. *Hieronymi Symbolum de fide Catholica ad Damasum Pontificem*, sed & in MSS. veteribua, ut in Coisliniano, in quo inscribitur, *Symbolum fidei a Beato Hieronymo compositum, & Sancta Papæ Damasa ab eo eodem missum*; & in illo (cujus meminit Lambecius Tom. 2. pag. 166.) inspecto a P. Mansio, dum Bibliothecam Vindobonensem inviseret, in quo præter Psalterium, & Cantica Biblica legitur sub *Hieronymi* nomine. *Expositio Fidei Catholicæ* quæ idem est, ac Symbolum, quo de agimus. Accedit Carolinos libros, aliosque vulgatos emendatiores incunctanter hoc opusculum pro Hieronymiano habuisse, & laudibus exornasse. Verum hic libellus *Fidei* est a Pelagio conscriptus, & Romam missus ad Innocentium. Ad hanc rem firmandam multis non est opus, cum ex S. Augustino id perquam clare pateat in lib. de gratia Christi, ubi eum libellum continuo refutat capp. XXX. XXXII. & seq. In antiquo Vaticano Codice cum aliquot Zosimi Papæ litteris a Baronio repertus est; ea scilicet de caussa, quod & Innocentio, ad quem ab Auctore missus est, e vivis erepto, Zosimo redditus sit.

(d) Eodem in Codice extat Epistola num. 70., quæ ita inscribitur: *Hieronymi ad quemdam Amicum de viro perfecta*. Prolixior est hæc Epistola, eamque eloquentis hominis esse, & eruditi, immo diligenter elaboratam fatetur Erasmus, qui tamen ita eam discrepare ait a phrasi Hieronyminiana, ut nec Hieronymus potuisset illius Auctoris dictionem imitari, nec hujus ille. Auctor ægrotum illum, ad quem scribit, pluribus in locis appellat dilectissimum Filium. In ea defenduntur miracula Reliquiarum Gervasii, & Protasii, quæ S. Ambrosii tempore facta dicuntur; nec non aliqua sequuntur, quæ loquentis Episcopi dumtaxat personæ conveniunt; id quod satis est ad evincendum eam non esse Hieronymi. Qua de re unanimi sensu Eruditi S. Maximo Taurinensi Episcopo eam adscribunt, cui & in multis veteribus MSS. S. Episcopo revera adjudicatur.

7. *Tractatus S. Doctoris de Malco Monacho captivo.* (e)
8. *Exhortationes ipsius de Assumptione Beatæ Mariæ Virginis*,
9. *Epistola Eusebii de morte S. Hieronymi*.
In fine. *Scriptor Joannes Antonii de Spinallo*.

In IV.

1. *S. Ambrosii Sermones*, *sive Enarrationes in Davidicos Psalmos*; numero tamen heic non sunt duodecim, ut in editione Maurina Tom. 2., sed sex.

2. *De Martyrii laudibus*. Alia ejusdem S. Archiepiscopi opuscula scripta *ad Vercellenses*, ut in fine legitur.

Librarius qui supra.

In V.

1. *S. Ambrosii de Mysteriis*, *& Sacramentis lib. sex.* (f)

2. *De*

(e) De Malcho Monacho; per id temporis, quo apud Evagrium S. Hieronymus moratus est Antiochiæ, antequam certe in eremum secederet, divertit Maroniam, vicum scilicet parum ab Antiochia dissitum, ibique invisit senem magni nominis Malchum, a quo vitæ illius historiam accepit, quam scriptis edidit singulari Tractatu.

(f) Omnibus rerum Ecclesiasticarum studiosis Viris perspectum est, quam intemperanter in hujus Operis de Sacramentis inscripti Auctorem, stylum acuerint Heterodoxi, scilicet Bullingerus, Albertinus, Rivetus, & Editor Cocianæ Censuræ scribentes, multa illis in libris falsa esse, quædam ridicula, quidpiam etiam hæreticum, quidpiam denique quod repugnat Dogmati Ambrosiano; pleraque tamen in Codice nostro notatu sunt digna ad eorum sophismata evellenda, quorum aliqua exponam. Sub libri primi initium in Maurina editione legitur: *In Christiano Viro prima est Fides. Ideo & Romæ Fideles dicuntur*. Codex vero noster habet. *Ideo & recto nomine fideles dicuntur*, & ita legitur in tribus Codicibus Vaticano videlicet, Regio Parisien., ac Thuanæo, ut tradunt Benedictini Editores. Qui vero factum sit, ut pro *recte* invectum fuerit nomen *Romæ*: vide apud Natal. Alexandrum Hist. Eccles. Sæc. 4. p. 1. pag. 503. Si ita est qua fronte, quove animo erroris auctorem insimulant, ac si sentiret, (ut inquit Editor Cocianæ Censuræ) solos baptizatos Romæ fideles extitisse, non ubique in Oriente, in Meridie, in Septentrione, in Occidente, cum omnes ubique Terrarum baptizati *fideles recto nomine dicantur*? Quod si etiam legeretur *Romæ*, videant quæ in Appen. ad hos libros de Sacramentis observant Maurini Patres, & illi compertum fiet verba sensum habere Catholicum. Cap. 2. ejusdem libri in Codice post illa verba. *Fides æternum patrimonium*, *pecunia temporale:* habetur. *Et tu ergo semper recordare*, *quod promiseris*, *cautior si teneas*. Ubi Maurina Editio legit; *& eris cautior*. Hac de caussa ab Auctore illius Operis fidem æternum esse patrimonium dicitur, quod cum fides duo in se contineat, cognitionem, & obscuritatem; hanc autem, accedente in Cælis clara, & intuitiva, ut ajunt, visione, expellendam esse constet, consequens est cognitionem non destrui, sed perfici, æternumque esse patrimonium. Quæ quidem lectio sincerior videtur ex illis verbis, *cautior si teneas*, quam illa alia, *& eris cautior*. Quorsum hæc? Ut Critici videant hanc Auctoris sententiam perperam reprehendi. Cap. 4. ejusdem libri. *Miramur mysteria Judæorum*, *quæ Patribus data sunt*; *primum vetustatem Sacramentorum*, *deinde Sanctitate præstantium*. ita Codex. Maurina Editio habet. *primum vetustate Sacramentorum*, *deinde sanctitate præstantia*. Romana Editio voci *præstantium* adtexuerat vocem *virtutum*, successu non multo feliciore. Auctor Operis laudato Capite Sacramenta Christianorum diviniora esse, & potiora indicare vult, quam Judæorum, ideoque aptior lectio est nostri Codicis, quæ hoc ipsum ostendit dum legit; *demum Sanctitatem præstantium*, scilicet, *Miremur demum in istis Sanctitatem præstantium*; immo legendum puto *sanctitatem præstantiorum*; hæc namque lectio magis est accommodata ad Auctoris scopum. Non igitur ridiculum quid, & obscurum apparet in his verbis, ut heterodoxi commenti sunt. Capite 5. in Codice verba illa desunt: *Aqua opus est*, *operatio Spiritus Sancti est*. Prope finem vero ejusdem Capitis Codex hæc habet; *Nam ubi primum ingreditur Sacerdos exorcismum facit. Secundo creaturam aquæ per invocationem*. Editiones vero, & MSS. nonnulli; *facit secundo super creaturam aquæ invocationem*, *postea*; alii vero, ut legitur in Editione Maurina: *facit secundum creaturam aquæ invocationem*, *postea & precem defert*. Si deessent prima recensita verba in Editionibus, ut desunt in Codice, sane non posset is locus ab adversariis obscuritatis, & puerilitatis notari; sed tamen ubi adsunt, clarius demonstrant Sacramenti effectum, non aquæ elementum. Similiter caussa diversitatis in adverbio *secundum*, vel *secundo* hæc una fuit, quia arithmetica nota in Codi-

cibus

2. *De Paradiso*.
3. *De SS. Patriarchis*, & *Prophetis*.
4. *De Salomone*.

In VI.

1. *Locutionum Sacræ Scripturæ* Libri septem. Procemium anteit, quo Augustinus ostendit, Opus *Retractationum* jam scripsisse, & caussam producit, ob quam septem elucubravit Libros *Locutionum* Sacræ Scripturæ. In fine ejusdem Procemii legitur. *Explicit Liber Retractationum; incipit Liber Locutionum collectarum ex Libro Genefeos.* Noo solum ex qoinque Libris Moysis excerptæ suot Locutiones a S. Augustino, sed etiam ex Libris Josue, & Judicum, oode septem componunt Libros.

In fioe habetur. *Expliciunt Locutiones Judicum. Hi Libri VII. sunt Sancti Augustini. Commemoratio huius Operis in Lib. 2. Retractationum.* (quod argumento est, fœtum esse genuioum S. Augustini) *ita se habent Cap. LXXXI.*, & *Libri septem Quæstionum*.

2. *Quæstiones a Genesi usque ad Judices.* Hæ Quæstiones prævia sua habeot Capitula, quæ materias continent, de quibus Quæstiooes iostituuntur, & ex septem Libris, non secus ac *Locutiones* constant.

Earum ioitium est. *Eodem tempore scripsi etiam Libros Quæstionum de Libris eisdem divinis septem, quos ideo sic appellare volui, quia ea, quæ ibi disputantur, magis quærenda proposui, quam quæsita dissolvi: quamvis multo plura in eis mihi videantur ita pertractata, ut possint etiam soluta, & exposita non immerito judicari.* Hæc plaoe commoostrant, Augustinum septem Libros Quæstionum elucubrasse supra eos Libros, e quibus *Locutiones* collegit ad earum iotelligeotiam facilius assequendam. Heic observemus velim, Librum secundum Exodi cootinere etiam Librum proprio titulo distinctum *de Tabernaculo*. Ultima hujus Operis verba sunt. *Expliciunt Quæstiones Judicum. Deo gratias. Amen.*

Codex est ejusdem ævi, ac superiores. Ad primæ pagioæ extremum tria sunt Capita Iosigoe Familiæ Malatestiaoæ exprimeotia, exquisitis coloribus depictum, de quo disseruimus Cap. IV. de Bibliothecæ descript. pag. 22. In Tabella affixa Pluteo duo prædicta Opera in Codice VI. contenta S. Ambrosio Mediolanensi Episcopo tribuuntur; seo perperam.

In VII.

1. *Incipit Expositio beati Bedæ Præsbyteri Parabolarum Salomonis: lege feliciter.* Ad Libri primi finem hæc suot. *Explicit Liber primus*; ita ad secundum, & tertium, ad cujus terminum majusculis litteris scriptum legitur. *Explicit Liber Commentariorum Venerabilis Bedæ Presbyteri super Parabolas Salomonis.* De tribus hisce Libris satis verba fecimus in Codicis primi descriptione Plutei VII. Videsis adnotationem litt. *a* pag. 30.

cibus non paucis antiquis sita fuit, ideoque Librarii modo unum, modo alterum exscripsere; cum tamco adverbium non sit oumeri, sed unionis, idest *prope* ad Exorcismum factum; noster Codex accurate legit *secundo creaturam aquæ per invocationem*. Meum heic non est Dissertationem parare. Alia suot Heterodoxorum convicia, quibus auctoritatem; sanctitatem, & simplicitatem Auctoris in illo texendo opere proscindere intentant, sc si purus, & simplex sermo non esset opportunior ad Cathecumenos instituendos, ad quos sermooes illi directi erant. Graviores sunt accusationes in illa verba Auctoris spectantia ad Orationem Dominicam *ne nos inducas in tentationem* ad finem Lib. sexti; & in alia ad Lotionem pedum pertinentis. Sed cum de his ab Ambrosio dictis fusius, & clarius Theologi omnes verba faciant, & S. Doctoris mentem rectam, & catholicam tueantur, nobis verbis non est opus. Hoc unum addamus, nobis persussum esse, quisquis horum Librorum dicatur Auctor, nihil hinc veritatem Catholicam damni passuram; & insimul Patres diverso dicendi genere pro argumentorum diversitate usos fuisse.

2. Ejuſdem *Expoſitio ſuper Cantica Canticorum collecta ex Libris beati Ambroſii*. Libri quattuor ſunt, ad quorum finem legitur. *Explicit Liber quartus Expoſitionis in Cantica Canticorum collecta ex Lib. beati Ambroſii. Laus Deo*. (g)

3. Johannis Chryſoſtomi *de laudibus Pauli Homil. octo feliciter incipiunt*. Licet in Codice Interpretis nomen non occurrat, *Aniani* eſſe harum Homil. latinam interpretationem, diſcimus ex collatione facta cum verſione, quæ ad hoc Opus extat in Editione græco-latina Pariſiis anno 1718.

4. *Epiſtola beati Dionyſii Areopagitæ ad Timotheum de morte Petri, & Pauli Apoſtolorum feliciter incipit*, Incerti Interpretis, cujus tamen verſio non mediocrem elegantiæ ſpeciem præ ſe fert. (h)

5. *Prologus in vitam beati Johannis Chryſoſtomi ad Eugenium Papam translatam ex græco in latinum per Ambroſium Monachum Virum doctiſſimum feliciter incipit. Domino Sancto, ac Beatiſſimo Patri Eugenio Ambroſius. Converti nuper ex græco Vitam Sanctiſſimi Viri Johannis Conſtantinopolitani Epiſcopi, cui a nitore orationis, & copia Chryſoſtomi cognomenem inditum a Palladio venerabili Antiſtite, ipſiuſque Diſcipulo ſcriptam &c*, (i)

In fine, *Explicit Prologus*.

6. *Vita beati Johannis Chryſoſtomi feliciter incipit* deſcripta a Palladio in Dialogo, quem cum Theodoro Eccleſiæ Romanæ Diacono inſtituit, Latio ab ipſo Ambroſio Monacho donata. Sunt qui illius vitæ Auctorem non Palladium, ut Codex præfert, & Eruditi ſentiunt, ſed Georgium Alexandrinum Patriarcham exiſtiment.

In ea occurrit *Epiſtola beati Johannis ad Innocentium*; & *ad hanc reſcripſit Beatiſſimus Papa Innocentius*; hi bini tituli rubro charactere ſunt ſcripti, & etiam ii, qui ſequuntur. *Tenor Epiſtolæ Honorii Imperatoris ad Arcadium Fratrem ſuum. Tenor litteræ tranſmiſſæ beato Johanni per Sanctam Synodum*, (erat autem hic textus) *Sancta Syno-*

(g) Scriptores tradunt, Guillelmum Abbatem S. Theodori Rhemenſis inter veteres Operum S. Ambroſii Collectores, & excerptores primum omnium an. 1150. ex ſcriptis ejuſdem S. Doctoris Commentarium in Cantica Canticorum (opus eximium) concinnaſſe, cujus exemplum autographum ad manus fuit Viri eruditi Oudini, quem Commentarium lubenti animo Typographis obtulit, ut in publicam cederet utilitatem. Deinde circa an. 1344. fuiſſe Bartholomæum Urbinatem, qui ſummo labore Guillelmum imitatus Milleloquium S. Ambroſii compoſuit. Nos heic Commentarium habemus ex lib. S. Ambroſii contextum Bedæ Præsbyteri, qui floruit Sæc. Eccleſiæ VII. Cæterum Sixtus Senenſis lib. 4. Biblint. Sanctæ pag. 260. ſcribit, *De Commentariis, Quæſtionibus, & Homiliis ejus, in quibus frequentius & ſermone, & ſenſu ſuo utitur, ſtylum habet non omnino inelegantem, nec affectata elegantia curioſum, ſed temperatum, qui nec verborum multitudine faſtidium, neque paucitate obſcuritatem pariat, ſed brevi facilitate curat gratiſſime*.

(h) Epiſtola hæc S. Dionyſii Areopagitæ de morte SS. Petri, & Pauli Apoſtolorum extat etiam MS. arabice hoc titulo: *Conſolatoria ad Timotheum de morte D. Petri, & D. Pauli Apoſtolorum*, & hoc patet ex catalogo Librorum tam impreſſorum, quam manuſcriptorum Lugdun. Batavæ Bibliothecæ. an. 1674. in 4. & Codice 37. in 4. in MSS. Arabicis Bibliothecæ communis ejuſdem Civitatis.

(i) Ambroſium Traverſarium Camaldulenſem Joannis Ferretti Ravennatis diſcipulum floruiſſe Sæc. XIV. Scriptores vitæ illius teſtantur. Ipſius audita morte Eugenius IV. lacrymas continere non valens identidem ingeminavit. *Ambroſi Fili, quis te mihi eripuit, quis Eccleſiæ lumen adeo intempeſtive extinxit*? Vitæ illius enarrationem, præter illam Auguſtini Florentini lib. 3. Hiſtoriarum ſuarum Camaldul., Edmundus Martene præfixit Tom. 3. Veterum Monumentorum, in quo Tomo eruditiſſimi juxta, & celeberrimi Abbatis Petri Canneti propoſitum prævertit exhibendi Præfationes Ambroſii in Græca Veterum ſcripta latine ab eo translata, cum ipſe præter Epiſtolas, & Prologum Michaelis Monachi ad Coſmum Medicem Præfationes etiam illas evulgavit. Celeberrimus prædictus Abbas Petrus Canneti Bibliothecam in Camaldulenſi Monaſterio Ravennæ extruxit, MSS. græcis optimæ notæ, egregiiſque Editionibus locupletavit, quæ dein ſtudio, & labore P. D. Mariangeli Flachii Bibliothecarii plurimum aucta fuit: Monachi vere docti, & probati; nunc eam pereruditus Reverendiſſimus Abbas Guaſtucius ne dum ad elegantiorem formam redigit, ſed & libris copioſius, & Muſæo Inſcriptionum, Numiſmatum honorificentiſſime ditat.

Synodus ad Quercum congregata. Erat autem locus trans mare sic vocatus Roffini suburbium, in quo illi convenerant.

7. *Liber de Reparatione lapsi beati Johannis Chrysostomi incipit feliciter.*

8. *Liber de lapsis beati Johannis Chrisostomi ad Theodorum*; & alter, *quod nemo lædi potest, nisi a se ipso*. Anonymo Interprete. In fine horum Operum legitur. Scripsit Johannes Antonii de Spinallo.

Hisce perlustratis Operibus occurrit alterius Operis hæc Inscriptio. *Liber Dialogi Sancti Johannis Chrysostomi Constantinopolitani, & Sancti Basilii Cæsariensis Episcopi Collegæ Beati Gregorii Nazianzeni, qui intitulatur. De dignitate Sacerdotali:* Sed id imperfectissimum. In Editione græco-latina opera, & studio D. Bernardi de Montfaucon curata anno 1718., & postea Venetiis anno 1734. hujus Dialogi sex Libri sunt; in nostro Codice præter primum, & secundum Librum, eorumque Capitula, & Capitula tertii Libri, ceteri desunt. Versio hujus partis videtur esse secundum interpretationem Ambrosii Monachi.



P L U T E U S XII.

CODICES HABET NUM. V.

In Codice I. hæc extant.

1. S. Dionyſii Areopagitæ Liber *de Angelica Hierarchia*; ita rectius Codex; Nam editiones legunt de *Cœleſti Hierarchia*.

2. Liber ita inſcriptus *Conpresbytero Timotheo Dionyſius presbyter de Eccleſiaſtica Hierarchia*.

3. *Dionyſii Areopagitæ Epiſcopi Athenarum ad Timotheum Epiſcopum Ephesi de Divinis nominibus. Conpresbytero Timotheo Dionyſius Presbyter*.

4. *Dionyſii Areopagitæ Epiſcopi Athenarum ad Timotheum Epiſcopum Ephesi de myſtica Theologia. Conpresbytero Timotheo Dionyſius presbyter*.

Is Codex duos habet Prologos, qui opus de *Angelica Hierarchia* præcedunt, quorum alter exorditur. *Nobilitatem quidem præclarum Donum*; & ad marginem notulas quaſdam habet. Alter vero incipit. *In græca Scriptura ſunt duæ vocales*.

In ſuperiori primi folii margine hæc ſcripta reperiuntur. *Non inveni in Exemplari græco nomen Auctoris præſcriptum huic Prologo: Conjicio tamen, quod Dionyſius Archiepiſcopus Alexandriæ hunc Prologum ſcripſit. Inveni enim poſt finem Epiſtolarum decem hujus Dionyſii Areopagitæ*: *ſic ſcriptum græce. Sciendum igitur alter Dionyſius Archiepiſcopus Alexandriæ, qui unus Rhetorum conſcripſit ſcholia S. Dionyſii. Auctor autem hujus Prologi, ut patet in Prologo, ſcholia ſuper hunc Librum ſcripſit*. (a)

Poſt

(a) Nos modo piget ea recenſere, quæ tanto partium ſtudio duo ex noſtris Jacobus Sirmondus, & Joannes Launojus in lib. de *duobus Dionyſiis*, atque ex Heterodoxis Joannes Dallæus Carentonii Miniſter in Opere *de ſcriptis ſuppoſitis Dionyſio, & Iguatio*; Guillelmus Cave in *hiſtoria rei litterariæ*, & Oudinus in *Commentariis de Scriptoribus, & Scriptis Eccleſiaſt.* congeſſerunt, ut invenirent Pſeudo-Areopagitam. Hoc demonſtratum eſſe, abque orbe erudito approbatum fidenter nimis ſibi perſuadent, Opera omnia, quæ vulgata ſunt ſub Dionyſii Areopagitæ nomine, alterius eſſe, qui exeunte Sæc: IV. vel ad Sæc: V. medietatem, vel ad ipſius finem omnes illos libros compoſuerit, & ut majorem ſcriptis auctoritatem conciliaret, Dionyſio Areopagitæ, qui primo Eccleſiæ Sæculo vixerat, adſcripſerit. Noſtra non intereſt, eorum rationes ad examen adducere. Ea tamen quæ in Codicis noſtri ſupremo primi folii margine ſunt adnotata, quæſo, paullisper animadvertamus. Ex iis namque intelligimus, Dionyſium Alexandrinum ſcholia ad Opera S. Dionyſii Areopagitæ confeciſſe, immo & Prologum, quamvis huic non ſit præſcriptum nomen Auctoris. Jam vero S. Dionyſium Alexandrinum Sæc. Eccleſiæ III. floruiſſe nemo eſt, qui ignoret, atque adeo ante Alexandriæ Epiſcopi tempora Dionyſii Areopagitæ opera extitiſſe merito debet affirmari. Si igitur res ita ſe habet, Auctoris, quem Pſeudo-Areopagitam ipſi vocant, ætas ſæc. IV. vel V. non erit aſſignanda. Sed & S. Maximus Monachus & Martyr ad caput 5. cæleſtis Hierarchiæ hæc habet. *Magnus igitur Dionyſius Alexandriæ Epiſcopus ex Rhetoribus* (hoc verbum *ex Rhetoribus* optime congruit cum illis in notatione adpoſitis, *qui unus Rhetorum*) *in ſcholiis, quæ in Beatum Dionyſium ſibi cognominem fecit*. Neque per Dionyſium hunc Alexandrino cognominem a S. Maximo vocatum intelligi Coriothiorum Epiſcopum, ſed Areopagitam teſtatur Joannes Cypariſiotta Decad. 1. par. 1. His magis comprobantur ea, quæ in Codice noſtro ſcripta ſunt, & notata.

Duo etiam in Codice noſtro obſervavimus facta collatione cum editis verſionibus Operum Dionyſii; primum lectiones noſtri Codicis non exacte cum ipſis Editionibus congruere, quod argumento eſſe poteſt, ut conjiciamus, alterum eſſe, & diverſum Auctorem ab iis, quorum verſiones latinæ Operum S. Dionyſii typis excuſæ ſunt; ſecundum ſcholia eſſe quædam, & adnotationes in eo, quæ editis Operibus deſunt. Hoc ex multis Editionibus didicimus, & præcipue ex græco-latina (Lutetiæ Pariſiorum apud Ludovicum Boulanger anno 1644.) quæ extat in hac Ravennæ Ordinis mei Bibliotheca.

Post secundum Prologum duo græci Jambi habentur hoc præfixo Lemmate. *Epigrammata in Beatum Dionysium in librum de Angelica Hierarchia*. Similiter ante librum *de Ecclesiastica Hierarchia* duo Jambi occurrunt hoc Lemmate. *Epigrammata in Beatum Dionysium in librum de Ecclesiastica Hierarchia*.

Denique ante initium libri *de divinis nominibus* tres Jambi, & totidem ad ejus finem hac utrobique inscriptione. *Epigrammata in Beatum Dionysium de Divinis nominibus*. Epigrammata hæc, etsi græco sermone concepta, litteris tamen partim græcis, partim latinis in Codice scripta cernuntur. Ea non exscribenda ducimus, quoniam ipsamet sunt, quæ jam pridem *Pater Petrus Lanſſelius* in Parisiensi S. Dionysii Editione anno 1615. edidit, & latine vertit ante apologeticam dissertationem. Auctorem habent *Christophorum Patritium Mitylenæum*, cui Menologium Metricum debetur.

Post Prologos sequitur Index rerum, de quibus in Libro *de Angelica Hierarchia* Dionysius pertractat tam accuratus, ut summarium dici queat, cui sunt adnotationes in margine adjectæ ad græcarum præcipue vocum explicationem.

Dein habetur liber de *Angelica Hierarchia*, qui incipit. *Omne datum optimum* : majoribus characteribus conscriptus, quam Prologi, Commentarii, & Notæ. Is liber in varia distribuitur capita, quæ singula suum Commentarium habent tam in extrema parte, quam in marginibus. Textus. *OMNE DATUM OPTIMUM*.

Prima Commentarii verba hæc sunt. *Quoniam usus est Beatus Dionysius S. Jacobi Epist. Catholica. Inde enim est quod sequitur*.

Sequitur Liber de *Ecclesiastica Hierarchia*: qui Commentarium exhibet ad indicem omnium Capitulorum, quo completo alter adnectitur Commentarius, & ita exorditur. *Perjacentium capitulorum doctrinam*. Deinde Opus de Ecclesiastica Hierarchia, majoribus, & ipsum characteribus conscriptum quod incipit. *Quoniam quidem quæ &c.*

In septem capita distribuitur Opus, & in capite quarto ad duodecimam ipsius partem, (nam in plures partes capita certis signis distincta sunt) desinunt notæ marginales, quibus & libri, qui sequuntur, carent. Deinde Opus inscriptum *de divinis nominibus*.

Adest Index tredecim capitulorum cum Commentario, omniaque Capitula, excepto primo, exhibent titulos res exprimentes, de quibus fit sermo. Secundi capituli, en tituli specimen. *De unita, & discreta Theologia, & quæ divina unio, & discretio*.

Tandem de *mystica Theologia* est liber cum indice suo, & Commentario. Ante hujus Libri capitula, quæ quinque sunt, hæc leguntur. *In veteribus exemplaribus græcis non fuit præscriptum aliquod Epigramma in hunc librum de mystica Theologia; aliqui tamen Translatores ponunt Epigramma verbis latinis*. Ex his conjicimus Operum S. Dionysii Areopagitæ translationem, quæ in Codice nostro extat, a græco in latinum curatam fuisse ab Auctore anonymo, qui græco veteri exemplari usus sit, in quo Operi de mystica Theologia præscriptum non fuerit Epigramma ullum, & quoniam ab eo exemplari nullo prorsus modo recedere voluit, versus ab aliis sermone latino conceptos, atque operi eidem adjectos, memorare satis habuit.

Codicem ex characterum forma tam textus, quam Commentariorum, atque ex abbreviaturis sub Sæculi XIII. initium scriptum fuisse deprehendimus. Auctorem vero, ex versionis textu Dionysii e græco in latinum, & Commentariorum, aliorumque, vetustioris politiorisque sæculi fuisse ex styli elegantia, eruditisque ab ipso factis observationibus, judicamus.

In II.

1. *Sancti Leonis Sermones* num. LXXXXI. (b)

2. Ejusdem *Epistola* LXXII., quæ tamen non secundum annorum seriem sunt ordinatæ, immo numero pauciores, quam in Editionibus recentioribus Veneta, & Veronensi.

3. *Tractatus Beati Leonis Papæ contra Heresim Eutychis dictus in Basilica S. Anastasiæ Virginis*.

4. *S. Petri Chrysologi Ravennatis Episcopi Sermones num. CLXXIIII.* Hæc ad illorum finem in Sanctissimi Doctoris laudem scripta observantur. *Quamobrem Venerabilis, Beatusque Pontifex Petrus Ravennatis Ecclesiæ præfulgidum decus, & catholicæ veritatis præcipuus Doctor calore superni amoris accensus, & rigatione perennis gratiæ irroratus digno eloquii sui ornamento vernantium lectionum opuscula de singulis Evangeliorum Parabolis polito sermone conficiens delectabili dulcedine aures omnium replevit & corda. Proinde, dilectissimi, Pastoris tanti intenta, vel annia mente scripta legamus, & ardenti desiderio ulnis spiritualibus amplectamur, quatenus fructum laboris in nostræ mentis cellario recondentes, simul cum eo magnifice laudibus gloria perfruamur, & præmia æterni muneris capiamus.*

Hoc umilis Præsul Felix de pauperculo cordis cellario
Sermone exiguo legentibus obtulit munus (c)

MSS. Codices hujus S. Doctoris rarissimi sunt, noster Sæc. est XIV.

In III.

Eusebii Pamphili libri XIV. *de Præparatione Evangelica* a Gregorio Trapezuntio in Latinum traducti.

Sub initium hæc leguntur. *Ad Beatissimum Nicolaum V. Georgii Trapezuntii in traductione Eusebii Pamphili Præfatio*. Hæc jam in Editionibus multis ejusdem Operis prodiit in lucem.

Ad finem. *Explicit liber XIV., & ultimus Eusebii Pamphili a Georgio Trapezuntio traductus, & scriptus per me Joannem Antonii de Spinallo pro Magnific. Domino Domino Maletesta Novello MCCCCLI,*

In IV.

(b) In hoc nostro Codice non modo ordo Sermonum S. Leonis, sed eorumdem lectiones Editionibus accuratis Veneta anno 1748., & Romana anno 1753. exacte quadrant; excepta Homilia ejusdem Summi Pontificis in Evangelica verba: *In illo tempore assumpsit Jesus Petrum, & Jacobum &c.* quæ in Codice locum tenet inter duodecimum Sermonem in *Quadragesima*, & primum de *Passione Domini*; in Editionibus vero est nonagesimusquartus sermo. Observavimus tamen Sermones, quartum scilicet in Anniversario die *assumptionis suæ ad Summi Pontificis munus*; sextum *de Collectis Eleemosinis*, & nonum *de jejunio* deesse. Isti primis in Editionibus ad cæterorum calcem adjecti erant; nunc vero loco suo jacent. Desunt etiam Sermones duo, quorum alter est in *Natali Sanctorum Septem Fratrum Martyrum Machabæorum*: altero vero in *Cathedra S. Petri*.

(c) Felix Archiepiscopus Ravennæ, qui ineunte Sæc. VIII. floruit, expositiones in Evangelium Joannis, præsertim super illa verba: *cum videritis abominationes. &c.* variasque Homilias in Evangelia elucubravit; ast maluit, ut opera sua igne comburerentur, quam conservarentur; quod cum cæcus esset, nec recognoscere, & emendare ea posset, ab Amanuensibus vitiata esse suspicabatur, ratus se jacturam eorum compensaturum (quod reapse præstitit) si Petri Chrysologi Sermones, opera, & labore suo inventos, collectos atque digestos, aliis legendos relinqueret. Hac itaque de caussa exscriptam adhortationem ad Clerum suum dedit (quæ unice ex scriptis suis superstes est), ut Sermonum illorum lectione superno accenderetur amore, quo cum gloria ipsius magnifice laudis perfrui, præmiaque æternæ gloriæ capere posset. Videsis Agnellum lib. Pontificali de Felice parte 2. cap. 3. pag. 377.

Ad hæc addere non abs re fuerit eos, qui castigatiorem S. Petri Chrysologi Editionem curarunt, Codicem nostrum consuluisse; immo libentius lectiones Codicis nostri (utpote quæ scilicet genio Chrysologi magis respondeant) adoptasse, quam MS. Vaticani. Uno contenti erimus exemplo, ne diutius immoremur. Sermone XXIX. Editionis Dominici Mitæ legitur: *ut Joseph Ægyptiis, fratrem barbaris innocentem noxiis, ingenuitatem traderent servituti*; & to. *ingenuitatem* habet Codex noster; & Vaticanus legit *ingenuum*.

In IV.

1. *S. Cypriani Epistola num.* LXXVI.
2. *Pascha Hymnus.* (d)
3. S. Cypriani Oratio, cujus est titulus, *Incipit Oratio Cypriani, quam sub die passionis suæ dixit.* (e)
4. Ejusdem *martyrii, & passionis descriptio.* In ultima Codicis pagina hæc leguntur. *Explicit Passio Cypriani Episcopi Carthaginensis Olimpiade CCLIX. anno primo sub Imperatoribus Romanis XXVII. Valeriano, & Gallieno Imperii anno tertio.* (f) Scriptor Codicis idem Joannes Antonii de Spinallo.

In V.

Beati Hilarii Pictaviensis Episcopi libri XII. *de Trinitate adversus Hæreticos.* Codex paullo antiquior ceteris ejusdem Sæc. XV.



PLU-

(*d*) Is Hymnus in Codice nostro *Pascha* inscribitur, & in antiquis Codicibus de *Pascha Domini*; rectius tamen in accuratis Editionibus studio, & labore Stephani Baluzii illustratis, titulus ei est *de Cruce Domini*; & merito quidem, cum de Cruce dumtaxat Auctor canat. Opusculum hoc in Codice nostro etsi Cypriano diserte adscriptum non sit, tamen ejus Operibus cernitur insertum, & ideo quis facile sibi persuadebit (uti vulgo creditum est) Cypriani fœtum esse genuinum: sed perperam. Est namque Victorini Pictaviensis, ut Eruditi sentiunt. In ipso vero hymno Codex noster caret versu illo;

Incipiunt dulcique hominem cognoscere sensu;

& quinque aliis versibus, qui sequuntur. Sed hi neque in Codicibus antiquis extant, neque apud Morellium, qui, quæ ex Cypriani Operibus, vel quæ Cypriani credebantur, in Bibliothecis latebant, accurate collegit. Primus, ni fallimur, ex Fabricio Pamelius invexit in suam Editionem. Cæterum hujus hymni lectiones Codicis nostri haud absimiles sunt ab Regio, & Victorino Codicibus.

(*e*) Hæc Oratio ab ipso Cypriano Carthaginensi certe non est, cumque duos extitisse Cyprianos, Carthaginensem alterum, alterum vero Antiochenum constet, merito Critici Orationem illam Cypriani Antiocheni faciunt, non Carthaginensis. Codex noster in illius Orationis exordio legit. *Domine Sancte Pater hagios Deus a te, & ad te Deus meus, quis enim major te est?* Aliæ vero Editiones recentes legunt. *Domine Sancte Pater hagios, Deus, hagie, & hagie Deus meus, quis enim major te?* In cæteris vero Lectiones conveniunt.

(*f*) Quæ in hac martyrii, & passionis S. Cypriani descriptione continentur Acta sunt Proconsularia, ut omnibus notum est. In margine hujus Opusculi Codex habet: *Incipit Passio ejusdem, quod est XVIII. Kal. Octobris:* hæc sane verba non discrepant ab iis, quæ in Editione a Baluzio illustrata ad finem leguntur. *Passus est autem Beatissimus Cyprianus martyr die octava decima Kalendarum Octobrium.* Quisnam sit finis nostri Codicis, paulo ante in ipsius descriptione notavimus, in quo Olympiadum numerus indicatur, quem non lego in laudatæ Editionis fine. Discrimen vero Codicis nostri in aliquibus est. Nam Editio exorditur. *Imperatore Valeriano quartum, & Gallieno tertium consulibus, tertio Kalendarum Septembrium, Carthagine in Secretaria, Paternus Proconsul Cypriano Episcopo dixit.* Codex vero noster incipit. *Tusco, & Basso Consulibus Carthagine in Secretario Paternus Proconsul Cypriano Episcopo dixit.* Similiter in Paragrapho 5. Codex noster habet. *Lacerno byrro est expoliatus*; non ut prædicta editio, quæ sic legit. *Lacerna byrro.* Eaque sane Codicis nostri lectio esset alteri præferenda (quæque in aliis manuscriptis reperitur), si heic locum haberet id, quod ex Festo notat eruditus Cangius glossario: *byrrum* antiquitus *rufum* significasse. Codex noster mendosa pleraque, fædeque corrupta continet Scriptoris inscitia, qui hic illic neque Grammaticæ regulas servat.

P L U T E U S XIII.

CODICES HABET NUM. V.

In Codice I. hæc sunt.

1. SA Bernardi Abbatis ad Eugenium Papam *de Consideratione* lib. VI. (a)
2. Ejusdem *Epistolæ* CCL. Indicem suum habent cum Inscriptionibus eorum; quibus scriptæ sunt.
3. Ejusdem *Meditationes multiplices*, in undecim Capitula distributæ.

Codex est Sæculi XIV, eleganter scriptus.

In II.

1. *S. Bonaventuræ Tractatus Introductorius ad Sacræ Scripturæ intelligentiam, & Fide Christianæ*. In hujus tractatus fine hæc sunt.

Iste liber est editus a Reverendo Patre Fratre Bonaventura de Ordine Minorum Sedis Apostolicæ Cardinali, & est Compendium Theologiæ, & fidei Christianæ. (b)

2. *Rab-*

(*a*) Quinque tantummodo Sermonum libri de *Consideratione* ad Eugenium III. S. Bernardi Abbatis primi Claræ-Vallis recensentur ab iis, qui ejus Opera ediderunt, aut illustraverunt, & præ cæteris ab Horstio, Mabillonio, & Martene in Editinne Parisien. anni 1719. Titulus tamen nostri Codicis est S. Bernardi Abbatis ad Eugenium Papam de *Consideratione libri sex*. Prima Codicis lectione vel aliquid novi in eo existere, vel ejusdem S. Patris Epistolas insertas iis libris reperiri putabam, præcipue cum aliud Opus *Epistolarum* inscriptum in eodem Codice non omnes S. Bernardi Epistolas contineat. Sed frustra. Nam qui liber in memorata Parisiensi Editione, & in aliis vetustioribus est quintus, & postremus, is in Codice nostro in duos dividitur. Claudit Codex librum quintum hisce verbis: *Non utique bono, quod sumus, sed quod participamus*, quæ tamen in Editionibus finis sunt Capitis quinti, non libri. Exorditur postea in Codice liber sextus ab illis verbis: *Nunc jam transi spiritus istos, si forte cum sponsa dicere possis:* & hæc ea ipsa sunt verba, quibus in editis S. Bernardi Operibus incipit caput sextum libri quinti; iisdemque prorsus verbis, hoc est his. *Proinde is sit finis libri, sed non finis quærendi* liber sextus nostri Codicis, quibus quintus in Editionibus, clauditur. Cæterum hujus Operis inscriptio in Colbertino Codice num. 3964., ut Viri docti testantur, est. *Beati Bernardi Abbatis Claræ-Vallis in libro de Consideratione ad Dominum Eugenium Papam Prologus feliciter incipit*. Heic itaque Codex ipsum Opus de *Consideratione* unius libri nomine donat. Ast inscriptiones ejusmodi parum momenti habent, quæ plerumque ex Librariorum arbitrio profectæ sunt. Animadvertendum potius in Codice nostro libros esse sine Capitulorum divisione, qua & veteres Codices fere, & Spirensis Editio anni 1550. carent; neque Prologum tamen deesse, sicuti quis suspicari posset, quod Codex noster absque ullo prorsus signo librum primum ab eo exorditur. Illud etiam observandum lectiones nostri Codicis apprime castigatioribus Editionibus conformes esse. Libro namque secundo, quo loco differitur de excellentia potestatis, & Pontificiæ dignitatis, & de Episcopis, Codex legit. *Habent illi assignatos greges: singuli singulos: tibi universi crediti, uni unius*. Quæ lectio magis arridet, quam alia apud Vossium in Editione Romana Summo Pontifici Clementi VIII. dicata anno 1594. quæ legit. *Tibi universos credidit uni unius*. Pariter ad finem ejusdem Libri Codex habet: *De avaritia non est, quod tuum fastigem intuitum, cum pecuniam tanquam paleam dicaris habere*. Quo in loco Codices multi, ut notat Vossius pro *intuitum*, habent *animum*, & pro *sanguinem autem ejus de manu tua requiram*; quidam Codices apud eundem Vossium habent *animam*. Ast hæc glossemata sunt, non lectiones. In libro quarto Codex noster legit. *Nisi forte qui me rogat hoc rogat, ut quod vult velle liceat mihi: & non magis ut velim*. Horstius mendose legit. *Ut non magis velim*; & apud Vossium, *ut quod vult hoc liceat mihi*.

Hoc in Codice extant etiam S. Bernardi Epistolæ. Tabella Pluteo affixa eas 259. esse indicat, sed parum accurate; nam numero 250. Meditationes postea in decem capita divisæ sunt.

(*b*) Sunt qui omnia opera, & opuscula, quæ

sub

2. *Rabbi Samuelis Epistola de Messia*. In ejus initio legitur. *Reverendissimo in Christo Patri V.* (idest Venerabili) *Magistro Ordinis Fratrum Prædicatorum, & dignissimo sacræ Paginæ professori ejus subditus Frater Alphonsus Bonihominis Hispanus præmissam obedientiam promptam, & devotam in omnibus.*

Ad calcem ejusdem Epistolæ hæc habentur. *Explicit Epistola Rabbi Samuelis Israelitæ oriundi de Civitate Regis Marochorum missa Rabbi Isaac Magistro Sinagogæ, quæ est in Sublimeta in regno prædicto.* (c)

3. *S. Isidori Hispalensis de novi, & veteris Testamenti scriptoribus opusculum.*

4. *Ejusdem Epistola ad Orosium Presbyterum.*

5. *Ejusdem Chronicon breve de vita, ortu, & obitu SS. Patrum, qui laudantur cum in veteri, tum in novo Testamento.*

6. *Ejusdem Chronicon describens Historiarum abbreviaturas ab exordio mundi usque ad V. Evadii Imperatoris annum, & IV. religiosi Principis Sisebuti anno* 5820. (d)

7. *Ejusdem Liber differentiarum.*

8. *S. Isidori sermones*; unus contra Arianos, bini contra Judæos. (e)

9. *Sermocinatio de Animæ substantia, deque ejus virtute, aliisque ad eam spectantibus.* Codex est Sæculi XIV.

H In III.

sub S. Bonaventuræ nomine circumferuntur, ipsius germanos fætus esse existiment; alii vero ita severi, ut maximam eorum partem ipsi abjudicent. Terentianum illud est ad rem. *Rogo ne quid nimium*. Ad hos propendere videtur Casimirus Oudinus, qui Tom. 3. col. 391. scribit. *Quisquis de legitimis Operibus, aut Opusculis S. Bonaventuræ juxta veterum auctoritatem ferre judicium voluerit, absque dubio paucissima huic S. Doctori concedet: nam qui vetustiores illius Operum mentionem faciunt, de paucis loquuntur*. Henricus Gandavensis in opere suo *de Viris illustribus* cap. 47., & Bartholomæus Albicius Pisanus in suo Opere *de Conformitatibus S. Francisci cum Christo* Confor: 8., quas circa annum 1399. scribebat; sed certe, & ex Prodromo ad opera omnia S. Bonaventuræ Edit. Bassan. 1767., & ex collectaneis MSS. & censuris Operum, & Opusculorum Seraphici Doctoris ab eximio F. Joanne Hyacintho Sbaralea Ordinis mei elaboratis (cujus doctrinam, eruditionemque Opera ejus gravissimis de rebus edita ostendunt) *Inductiones*, sive ut legit Codex noster *Inductorium ad Sacræ Scripturæ intelligentiam, & Fidei Christianæ*, esse S. Bonaventuræ germanum Opus manifeste patet.

(c) Non solum in Codice extat Epistola, quam Frater Alphonsus Bonihominis Reverendissimo sui Ordinis Prædicatorum Magistro nuncupavit, sed & libellus de adventu Messiæ Samuelis Rabbi Israelitæ, oriundi de Civitate Regis Marochorum, & ad Christum conversi Sæc. XI. ad Rabbi Isaac Magistrum Sinagogæ in *Sublimeta in Regno prædicto*, (Codex noster legit *Sublimeta*; alii vero, quos viderim, habent in *Submoleta*, & quidem rectius) & hic libellus scriptus fuit anno MXXII., & ab Alphonso Bonihominis Hispano ex Arabico in latinum versus anno MCCCXXXIX. Forte ejusdem est disputatio Samuelem Judæum inter, & Abutalib Saracenum, quæ fides præcellat Christianorum, an Saracenorum, an Judæorum, translata de Arabico in latinum per dictum Fratem Alphonsum Hispanum.

(d) Codex Librarii culpa legit: *Ab exordio Mundi usque ad V. Evadii Imperatoris annum*. Sed quid mendosius? Legendum est proculdubio: *ad V. Heraclii Imperatoris annum*. Chronicon istud in MS. Vossiano Biblioth. Leidensis (ut testatur Fabricius Biblioth: mediæ, & infimæ ætatis Tom. IV. pag. 186.) inscribitur *Chronica de sex Mundi ætatibus*. Anonymus vero Mellicensis cap. 26. rectius *abbreviationem temporum appellat*, estque inscriptio eadem Codicis nostri. Indicat præterea noster Codex Epocham Regni Sisebuti, quæ non ita facile aliis in Codicibus, quod sciam, invenitur. Annus vero, hoc est 5820. in quo Chronicon hoc desinere Codex noster indicat, respondet anno Christi 614. juxta nonnullorum Græcorum supputationem, & præcipue juxta Martyrologium Romanum, tumque annum Imperii sui quintum Heraclius agebat. Addere juvat aliquos fuisse, qui hoc Chronicon Isidoro Pacensi tribuerint, cum tamen Isidori Hispalensis revera sit, isque ipse Isidorus in ultimo libro Etymologiarum a se conscriptum, in eoque secutum se vestigia Julii Africani, Eusebii, Hieronymi profiteatur.

(e) Sermo contra Arianos, cujus initium est super illa verba *Veni Domine*, S. Isidoro heic adscribitur. Ast idem non Isidoro, sed Augustino tribuitur in alio hujus Bibliothecæ Codice Isidorianas Etymologias continente, qui Sæculo VII. scriptus fuit, de quo admodum veteri Codice alibi nobis sermo erit; hoc est cum agemus de Pluteis in sinistra Bibliothecæ ejusdem parte positis. In uno enim ex iis Pluteis ille Codex servatur. In Tabella Pluteo affixa, de quo heic agimus, duo prædicti Sermones Isidoro Toletano tribuuntur, sed perperam.

In III.

1. *Magni Aurelii Caſſiodori Senatoris libri XI. variarum Epiſtolarum.* (f)
2. *Ejuſdem de Anima.* (g) Codex eſt Sæculi XV.


In IV.

1. *Iſidori Hiſpalenſis ſoliloquia*; deeſt initium Capitulorum Libri primi, & tres Libros continent.
2. *De planctu Beatæ Virginis Mariæ ſecundum Beatum Bernardum.*

Ejuſdem Sæculi, ac ille Caſſiodori.

In V.

Hubertini de Caſali Ordinis Minorum lib. IV. Crucifixæ vitæ. Opus hoc Typis Venetis jam pridem evulgatum eſt, & quidem non in quattuor, ſed in quinque Libros diſtinctum. (h)



BI-

(f) Caſſiodorus primus ferme Auctor inter eos cenſeri poteſt, qui regias Epiſtolas, regiaque Diplomata a ſe ſcripta collegerit, lucemque hiſtoriæ illorum temporum adſuderit, atque haud exiguam præſtiterit operam Juris publici ſtudioſis. Obſervare liceat Caſſiodori nomen in noſtro Codice non duplici littera *ii*. ſcriptum, etſi hac ratione ſcribendum multis contendat Clariſ: Maffejus, qui in antiquo MS. Veronenſi ter ſcriptum *Caſſiodorius Senator* teſtatur.

(g) Opuſculum hoc ſubjunctum eſt libris Iſidori, poſtque ea verba, quæ ad finem librorum Iſidori habentur: *Expliciunt capitula Iſidori contra Judeos*, continuo ſequitur Index rerum, quæ in Opuſculo hoc continentur, hoc pacto: *Quid Amici queſierint: Quid eis reſponſum ſit? Quare anima dicatur? Deffinitio animæ: De qualitate Animæ: Formam animam non habere.* Mitto reliqua; & non ſolum index, verum etiam liber ipſe ſine ulla Auctoris indicatione deſinit. Suſpicari quis poſſet, Iſidorum ipſum Auctorem hujus Operis eſſe? Verum non ita eſt. Non enim aliud hoc Opus eſſe, quam illud, quod a Caſſiodoro ſcriptum eſt, titulumque habet *de Anima*, collatione cum eo facta, comperi.

(h) In arbore vitæ crucifixæ Hubertini, caute quædam legenda notavit Joannes Gerſonius. Oudinus Tom. III. pag. 729. notat in MSS. Codicibus Ultrajectinis libros ejus Operis eſſe XV.

BIBLIOTHECÆ MALATESTIANÆ CATALOGUS

PARS II.

Quæ alios pariter tredecim continet Pluteos.

PLUTEUS XIV.

CODICES IN EO NUM. V.

In Codice I. hæc funt.

F*Irmiani Lactantii in Libros Divinarum Institutionum Prologus incipit feliciter.* Initialis hujus Prologi littera, auro in laminam ducto, variis circum undique coloribus splendet, qui per dextrum paginæ latus assurgunt, ac junguntur Stemmati Malatestiano eleganter depicto ad ejusdem paginæ extremum.

1. *Liber primus de falsa Religione.*
2. *Liber secundus de Origine errorum.*
3. *Liber tertius de falsa Sapientia.*
4. *Liber quartus de vera Sapientia incipit feliciter.*
5. *Liber quintus de Justitia.*
6. *Liber sextus de vero cultu incipit feliciter.*
7. *Liber septimus de vita Beata.*

Finis *Divinarum Institutionum* ita se habet. *Firmiani Lactantii Divinarum Institutionum septimus, & ultimus explicit de vita Beata. Deo gratias.*

Subjicitur fragmentum *de extremo Judicio* hac inscriptione. *Istud est dictum Lactantii secundum Augustinum lib. XX. de Civitate Dei.* Heic exhibere lubet Annotationem Viri doctissimi D. Des Essarts decerptam ex *Examine Doctrinæ Sanctorum Patrum*, quæ extat in Editione Parisiis facta anno 1748. *Primus anno 1679. Fragmentum hoc vulgavit Stephanus Baluzius sub nomine Lactantii, hoc unico fretus argumento, quod illud ad calcem Manuscriptorum quorundam Divinarum Institutionum legerit. Sed pace tam docti viri dixerim, id non sufficere. Nusquam enim his in Manuscriptis Lactantio tribuitur, immo potius in Codice Regio 3977. sub S. Augustini nomine exscribitur, his verbis;* Augustinus in libro XX. de Civitate Dei. In Codice tamen nostro titulus hujus fragmenti majuscolis, & rubris characteribus exscriptus est. *Istud est dictum Lactantii, secundum Augustinum.*

8. Ejusdem *de ira Dei ad Donatum incipit feliciter.*
9. *De opificio Dei, seu de formatione Hominis ad Demetrianum liber incipit.*
10. *Opiniones extraneæ* a vocum significatione, atque alphabetico ordine in unum collectæ, quæ folia scripta continent 47., easque in Codice deinde excipit Procemium hoc titulo. *Preambulum in opiniones extraneas, & erroneas Auctoris*, cujus initium, & finem, uti jacet, damus. *Docente nos Apostolo omnia quidem probare: sed quod bonum est tenere, & ab omni spe mala abstinere nos. Non idcirco putandus est Firmianus Lactantius nobis omnino vitandus aut omnino non legendus: ut bona ejus probemus: obscura interpretemur: dubia non affirmemus: suspecta caute legamus: & aperte erronea pro veneno fugiamus &c.* desinit in hæc verba: *& si qua*

ſunt ſimilia, quæ ſagax Lector ita reſpicit, ut non magis amplectatur: quam dictavit utilia ad confutationem pravorum errorum, & ad confirmationem catholicorum Dogmatum.

II. *Verba quorundam Doctorum de præfato Lactantio.* Hæc ſunt inſignium Virorum teſtimonia de Firmiano Lactantio, quos inter Hieronymus de Scriptoribus Eccleſiaſticis V. Sæculo. Hoc teſtimonium lego aliis in Editionibus, non minus ac illud Petrarchæ. Ea exſcribam, quæ non eadem ſunt omnino, ſicuti in editis libris, aut in ipſis, ut ſciam, non reperiuntur.

Idem Hieronymus loquitur de eodem.

Lactantius quaſi quidam fluvius eloquentiæ Tullianæ Criſpum Filium Conſtantini latinis litteris erudivit. Vir omnium ſuo tempore eruditiſſimus. Sed adeo in hac vita pauper ut plerumque etiam neceſſariis indigeret. Utinam tam noſtra affirmare (Editiones legunt *confirmare*) *potuiſſet: quam facile aliena deſtruxit.*

Idem Hieronymus de eodem.

Lactantium propter eruditionem ſic interdum legendum arbitror: quomodo Originem, Arnobium, & nonnullos Eccleſiaſticos Scriptores græcos pariter & latinos, ut bona eorum eligamus: vitemus contraria. Juxta Apoſtolum dicentem. Omnia probate: quod bonum eſt tenete nec n. propter eruditionem ejus prava dogmata ſuſcipienda: nec propter dogmatum pravitatem ſi quid in Scripturis Sanctis utile edidit penitus reſpuendum. Quis mihi interdicere poteſt, ne legam Inſtitutionum libros ejus, quibus contra gentes ſcripſit fortiſſime: qui de ira quoque, & opificio Dei duo volumina edidit, quos ſi legere volueris, Dialogum Ciceronis exceptum reperies.

Rodulphus Pariſienſis de eo.

Lactantius qui Doctores Eccleſiæ præceſſit aperte probat primam cauſam ipſum Deum ſcilicet & materiam preceſſiſſe lib. ſuarum Inſtitutionum.

Codex eſt Sæculi XV. venuſtus auro, figuris, coloribus elegans. Deſunt in eo Apocrypha, & Inſtitutionum Epitome. (a)

In II-

(a) Splendidam illam duobus Tomis diviſam in 4. Editionem Operum Firmiani Lactantii ſub oculis habuimus, (quæ ad octoginta; MSS. Codices, & quadraginta Editiones recognita, & illuſtrata ſtudio, & labore Joannis Le Brun, & Nicolai Lenglet anno 1748. prodiit Lutetiæ Pariſiorum) & cum Codice noſtro eam contulimus. In illa Liber de mortibus Perſecutorum occurrit, qui deeſt in noſtro, & neque reperitur in Editione a doctiſſimo Iſæo Cæſenate cum notis ſuis curata, graviſque eſt inter Eruditos controverſia, num germanum Opus ſit Lactantii. Deſideratur etiam in noſtro Codice *Epitome Divinarum Inſtitutionum*; quem librum Firmiani nemo inficiátur. Procemium tamen inſcriptum in *opiniones extraneas &c.*, quod materiarum, & errorum in Lactantium notatorum Indicem continet, & in noſtro Codice ſuccedit, non extat in aliis Editionibus, & ne in eximia quidem illa Pariſienſi, quam ſupra memoravimus. De cunctis libris Lactantii, quos Hieronymus in Libro *Virorum illuſtrium* ſingillatim enumerat, Auctor anonymus hujus Procemii fatetur, ſe in præſenti Volumine habere ſeptem Firmiani libros inſcriptos *de Divinis Inſtitutionibus*, alterum *de ira Dei*, & alterum *de opificio Dei, ſeu de formatione Hominis*, atque ex iis ea omnia excerpere, in quibus Firmianus vel ſermonis proprietatem non ſervat, ſeu etiam delirat; vel palam deſipit, aut non conſonat dictis Sanctorum, & Eccleſiæ, ideoque ſecundum peritos Scriptores notam incurrit ſuſpieinnis in Fide. Poſtea eo in Procemio errores Firmiani brevi congerit cum librorum, & capitum indicatione, e quibus excerpti ſunt, atque cenſorias mea quidem ſententia annotationes adnectit, quæ moderati ſunt Theologi. Qua de re liceat nobis ex his multa conjectare. Nulla eſt nota Auctoris, nec temporis in Codice, & tamen ultro cognoſcimus, ipſum Sæculo XV. vixiſſe. Nam ſi ex dictis fatetur, ſe in præſenti Volumine non omnes tenere libros, quos memorat Hieronymus, conſectarium eſt, hunc ipſum Codicem penes ſe habuiſſe, eodemque uſum fuiſſe Librario cum in ſcribendis Firmiani operibus, tum in exarando Procemio a ſe concinnato, quia characterum qualitas, litterarum compendia, & cetera, quæ ſunt in Codice, paria ſunt, eademque conſcripta manu. Jam vero compertum habemus Codicem eſſe Sæculi XV.; igitur & Auctor. Aliud etiam conjicimus, (& hoc plurimi valet) Codicem eſſe optimæ notæ. Etenim in Procemio non ea impia Manichæorum dogmata Lactantio adjudicantur, neque inveniuntur in libris ejus, quæ in quibuſdam MSS.

ejus

In II.

Boethii de consolatione Philosophiæ libri quinque continentes prosas, & metra cum Commentario characteribus plumbei coloris scripto, cujus initium ad primum scilicet versum: *Carmina qui quondam studio florente peregi*, ita se habet: *Volens igitur Boethius agere de consolatione Philosophiæ primo inducit personam tam consolatione indigentem, quam consolationem afferentem*. Commentarii vero finis est. *Qui est Dominus Deus noster Jesus Christus, cui sit honor, & gloria in Sæcula Sæculorum*: & subditur, *Cum agitis, ante oculos per eum actiones vestræ sint in conspectu Judicis cernentis cuncta*. (b)

Co-

ejus Codicibus etiam vetustis occurrunt, aut saltem in marginibus quorundam scripta sunt. Quædam, ait Proœmii Auctor, sunt minus caute a Lactantio dicta, dum respondet Hortensii interrogationibus lib. I. cap. 12. *de Dei unitate*; ast hæ impietates sæpissime affutæ textui Lactantiano plane sunt contrariæ doctrinæ ejus. Neque errat in explicanda Verbi Dei generatione, ita ut abeat cum Arianis, quum hæ sint in Codice sententiæ, quæ in libris Scriptorum Antenicænorum reperiebantur, qui, antequam hæreses essent exortæ, securius loquebantur. Errat vero, ait, in lib. IV. cap. 51., dum in Divinis credidit duas tantum Personas Patrem scilicet, & Filium; immo ostendit in toto processu libri nunquam locutum esse de Persona Spiritus Sancti: *& licet* (sunt verba Auctoris Proœmii) *interdum nomines Spiritum Dei, capit tamen nomen Spiritus vel essentialiter, vel si notionaliter, hoc est pro Persona Patris, & Filii, nec videtur in Divinis intellexisse Spiritum per se subsistentem, & Personam aliam a Patre, & Filio.* In aliis etiam desipere, & minus theologice loqui demonstrat, præcipue dum in sententiam descendit Millenariorum, sed moderatius ita differit, ut, veniam esse ipsi concedendam, aliquantalum ostendat. Non ita acrius in eum invehit, sicuti Antonius Raudensis Scriptor ejusdem Sæculi, in quem tamen gravi reprehensione scribit Franciscus Philelphus lib. V. Epistola ad ipsum data anno 1447.; neque tot erroneæ propositiones recensentur in Proœmio, quot colliguntur ab Isæo Cæsenate, qui nonaginta quattuor enumerat, quarum tamen aliquæ, ipso Isæo teste, benigno sensu sunt interpretandæ. Cætera prætermittimus, rati hæc Eruditis sufficere, ut, num Proœmii Auctor rem acu attigerit, dignoscant; & simul ut intelligatur opera Firmiani, quamvis a studiosis Viris omni partium studio vindicentur ab erroribus, esse tamen caute legenda. Nos tandem fefellit animus, cum legeremus accuratam Editionem Firmiani notis suis illustratam a Josepho Isæo Cæsenate, viro quidem subacti ingenii, eruditione, & doctrina exculto, qui, ut eam perfectiorem ederet in lucem, consuluit duodecim Vaticanos Codices, binos vetustissimos Bononienses, & Codicem unum doctissimi Viri Michaelis Thomæ Taxaquetti, sperantes assecuturos esse ejus rectum de Codice nostro judicium existente in Bibliotheca Patriæ suæ, quem in sua Lactantianorum operum editione appellasse existimabamus. At irrito labore, cum nullam de eo mentionem faciat.

(b) Anonymus hic Commentator quinque librorum de *consolatione Philosophiæ* Boethii multa erudite animadvertit, & quærit primo, qua de causa metro elegiaco Boethius sit usus, & notat id ad scribendas calamitates fuisse institutum; quisnam illius metri fuerit Auctor, recitat illud Horatii in Poetica.

Quis tamen exiguos elegos emiserit Auctor
Grammatici certant, & adhuc sub judice lis est.

Sed hæc minima sunt, quæ in illo Commentario habentur. Unum, ne longior sim, præ cæteris observavi; Auctorem scribere, Boethii studium lætum, & floridum antea Ticini carcerem fuisse, & postea in mœstum mutatum esse. Scribit, inquam, Boethium multo anta illud tempus florentia carmina concinasse, *et quod, ut quidam dicunt, nonaginta Carmina, vel cantus comicos composuit, de quorum numero est ille usitatus Cantus: O Amor Deus divinitas: Est autem in istis versibus scena, quæ dicitur antithesis ab anti, quod est contra, & thesis positio, eo quod ad ornatum contra unum ponitur aliud, puta contra carmina ponit mœstos modos, contra peregi, ponit inire &c.* De his carminibus rei litterariæ Scriptores, quos saltem perlustrarim, non loquuntur, videlicet Fabricius Bibliotheca Lat. mediæ, & inf. ætatis Tom. 2. pag. 146. ad pag. usque 165., & Tyraboschius Tom. 3. lib. 1. pag. 43. Edit. Mutinen. Immo in Opere Gallico sermone edito Lutetiæ Parisiorum an. 1715., cui titulus est. *Histoire de Boece Senateur Romain. Avec l'Analyse de tous ses Ouvrages des Notes, & des Dissertations Historiques. & Theologiques. Divisée en deux parties.* Parte secunda pag. 159. Auctor hæc habet. *Thriteme dans son Catalogue des Ouvrages de Boëce, fait mention d'un Recueil de plusieurs lettres ecrites à differentes personnes, qui ne se trouve plus. Outre ces ouvrages, qui se sont deffendus contre l'injure du temps, & qui sont venus jusqu'a nous, Boëce en avoit composé plusieurs autres, tant en vers qu'en prose, qui se sont perdus, ou du moins qu'on n'a pû recouvrer, jusqu'a present.*

Codex eſt Sæc. XIV. & inſignis. Primò Boethii dormientis effigies in eo conſpicitur, ſtantibus circum lectulum Mulierculis, vultu, & veſte concinne coloratis; ſuper ipſius caput a puerulis eleganter depictis faſcia albi coloris aliquantulum erigitur, in qua hæc ſcripta.

Quis permiſit has ſcenicas Meretriculas accedere ad ægrotum iſtum. (c)

Prima pagina vividis circum undique coloribus ſparſa eſt in ſuis extremitatibus, & ad ipſius finem Rotula inſtar Circuli conſpicitur duplici excentrica, & concentrica peripheria, in cujus rotulæ medio Femina obſervatur ſtans, variorumque colorum veſtibus induta, ſpeciemque præſeferens feminæ rotulam eam manibus, arbitrioque ſuo volventis. Ad utrumque ipſius latus legitur For..... tuna. Primam inter, & alteram Circuli peripheriam hæc ſcripta obſervantur, ſed aliquantulum detruncata, & corroſa.

Hic continuum ludum ludimus, rota volubili verſamur..... ſumma infimis mutare...., gaudemus.

Hæc mirum in modum exprimunt, id quod Poeta primo metro ſcribit, & præcipue dum illud claudit hiſce verſibus.

Quid me felicem toties jactaſtis Amici?
Qui cecidit ſtabili non erat ille gradu.

Diximus Codicem inſignem eſſe, & conſpicuum. Nam præter has imagines nonnullos Boethii eventus ſignificantes, & præter membranarum perfectam levigationem, eximiamque characterum formam, (ut qui ſcripſerit Calligraphus dici queat) lamellulæ aureæ hinc illincque ſparſæ ſunt tanta ſoliditate donatæ, ut earum ſoliditas in averſa ejuſdem paginæ parte & oculis videatur, tactuque experiatur, & quoniam hæ lamellulæ pluries ad paginarum latera variis, vividiſque coloribus ſunt permixtæ, veluti ſtellulæ lucent. (d)

nI III.

ſent. On ne ſcait pas preciſement de quelle maniere ils traitojent. Eſt autem Auctor. *Gervaiſe, Prevôt de ſuévre en l'Egliſe de Saint Martin de Tours.* Præter ea igitur numeris adſtricta, quæ in quinque Libris de conſolatione Philoſophiæ paſſim intercurrunt, plura alia ex viri doctiſſimi teſtimonio Boethius metrice ſcripſit, quorum jacturam Reſpublica litteraria paſſa eſt, ignoraturque quibuſnam de rebus in iis ageretur. Commentator noſter oſtendit Boethium nonaginta ſcripſiſſe Carmina (hoc eſt, ut interpretor, poematia, vel certe Epigrammata) & unius tantum eorum prima verba adfert, & materiam, de qua in eo canebatur, indicat. Hæc, quæ ad hoc uſque tempus Eruditos omnes, niſi fallimur, fugerunt, ex noſtro Codice primum diſcimus. Plura ſunt obſervatu digna, quæ non perſequimur. Primo intuitu Commentarius is videri poteſt ille idem, qui ſub nomine S. Thomæ Aquinatis jam pridem vulgatus eſt, etſi non ipſi revera Thomæ Aquinati, ſed Thomæ Anglico rectius tribuendus ſit. Qua de re conſule Renati Velini notas pag. 60. Diligenti tamen Commentarii noſtri collatione facta cum illo, qui Thomæ Aquinati tribuitur, alium omnino ab eo eſſe deprehandimus, aliumque Auctorem habere, qui quiſnam ſit, ignoramus.

(c) Boethius Patre orbatus amicorum ſuorum officiis, atque induſtria abdita eruditionis, & ſapientiæ penetravit arcana, dum totos annos decem, & octo lectioni vacavit Euclidis, Ptolomæi, & Ariſtotelis, idque Athenis ubi reſtaurata litterarum, & Philoſophiæ ſtudia magno præſtantiſſimorum ingeniorum confluxu, atque conatu in dies augebantur. Is primum Eleaticæ Scholæ, poſtea Academicæ, tandem vero Peripateticæ Sectæ nomen dedit. Huc itaque ſpectat illud, quod ſupra Boethii dormientis lectulum in Codice ſcriptum legitur, ubi fingitur Philoſophiam illarum Muliercularum præſentiam ægre ferre, & dicere. *Quis permiſit has ſcenicas Meretriculas accedere ad ægrotum iſtum?* vel ut in ſimilibus aliorum Boethii Codicum figuris extat. *Hunc vos Eleaticis; atque Academicis ſtudiis innutritum auſa fuiſtis adire!* quæ verba veluti prolata a Philoſophia ibi eſſe poſita cenſeri debet, idque ex ipſo Boethio lib. 1. Proſa 5. patet. Scripſit, ut omnibus notum eſt Boethius, in Ticini carcerem retruſus libros quinque de conſolatione Philoſophiæ, cum intelligeret & ſtudiis ſapientiæ medicinam, leniendo tunc dolori ſuo, petendam eſſe, ne animi ægritudini ſuccumberet, eamque in ſummis malis ſolam eſſe optimi Viri hæreditatem. Id pluribus oſtendit in Codice noſtro Commentator hujus Operis.

(*d*) De Lactantii, atque Boethii Codicibus jam deſcriptis obſervare id liceat, eos in prima pagina litteras habere initiales, figuris affabre pictis ad materiam Libri, atque argumentum deſignandum pertinentibus ornatas, quas quidem initia-

In III.

Textus Magistri sententiarum in quatuor libros divisus.

1. Est *de Trinitate*.
2. *De Angelis*, *& Creaturis*.
3. *De Incarnatione*.
4. *De Sacramentis*.

Sunt Capitula etiam CCV. earum rerum, de quibus pertractat, atque in omnibus Augustinum habet Magistrum.

In marginibus hic, illicque sparsæ rubro colore visuntur adnotationes ad majorem textus intelligentiam. Codex est sæc. XIII.

In IV.

Alexandri de Ales Ordinis Fratrum Minorum prima pars Summæ supra primum Sententiarum usque ad Lib. VIII.

Anteit Index rerum omnium, de quibus in Codice disputat, & Auctor scholastico more a quæstione sumit exordium. *Num Theologia sit scientia*. Hinc inde sparsæ sunt parvæ litterales notæ.

In fine quædam (instar rerum notabilium) ex Opere excerpta, sed mutila. Codex est sæculi XIII.

In V.

Ejusdem pars tertia Summæ.

In fine hæc sunt. *Deo gratias. Explicit pars tertia Summæ Alexandri de Ales*

Hujus Codicis initio, qui ab eodem Librario scriptus est, a quo præcedens, quædam notatu digna leguntur ab ipso Opere deprompta.



PLU-

nitiales, seu nostrorum, seu similium aliorum Codicum litteras Miniculatores postea in excusis Auctorum operibus imitari consueverunt, cum iis initiales, quas Typographi omiserant, litteras adderent. Sæpissime, ut Eruditis perspectum est, in Operibus excudendis initiales singulorum librorum litteræ a Typographis omittebantur.

PLUTEUS XV.

CODICES HABET NUM. V.

In Codice I. hæc occurrunt.

1. ALexandri de Ales *Summa supra quartum Sententiarum*; estque initium. *Dictum est supra de Reparatore, qui est pro omnibus Redemptor; nunc dicendum de Reparatione.*

2. Succedit pars quædam principalis *de Consacratione rei oblatæ* in quattuor partes divisa. Codex est Sæculi XIV.

In II.

Sancti Bonaventuræ supra II. & III. Sententiarum Libri tres. In fine legitur. *Liber tertius Fratris Bonaventuræ super Sententiis*. Sunt ibi etiam Capitula rerum omnium, quæ continentur in Codice; estque is Sæc. XIII.

Ad extremum ultimæ paginæ marginem hæc leguntur. *Hic studuit* (a) *Frater Jacobus de Cæsena Ordinis Fratrum Minorum, tempore, quo hic fuit Lector, anno scilicet Christi a Nativitate MCCCLXXXII.*

Ad primæ paginæ latus vetustius visitur Stemma Malatestarum, de quo in Capite IV. de descriptione Biblioth. disseruimus.

In III.

Ejusdem *supra quartum Sententiarum*, cum nonnullis notis lateralibus, quarum initium. *Unguentarium faciet pigmenta suavitatis.*

In fine. *Iste Liber editus est a Fratre Bonaventura Cardinali Ordinis Minorum Fratrum.*

Codex ab eodem Librario scriptus, a quo superior.

In IV.

Fratris Thomæ de Aquino Ordinis Prædicatorum prima pars II. secundæ.

Codex est Sec. XV. & accurate scriptus: in prima ipsius pagina initialis littera, minii, colorumque suavitate elegans est: in margine inferiori Insignia Malatestarum visuntur.

Scriptor Joannes de Spinallo.

In V.

Continuatio Libri præcedentis Fratris Thomæ, hoc est secunda secundæ. Sequitur Index omnium quæstionum, quæ numero sunt CLXXXIX. cum suis Capitulis. Finis est. *Explicit Summa secunda secundæ Fratris Thomæ de Aquino Fratrum Prædicatorum.*

Deinde. *Librum istum scripsit Magister Joannes de Praga Filius quondam Domini Rudmani.*

Codex est Sæculo XIII. vel ineunte Sæculo XIV. scriptus.

Antiquitate nihil superioribus cedit, valetque ad illos revincendos, qui hanc Summæ partem S. Thomæ abjudicant, & Belluacensi tribuunt.

PLU-

(a) Ex is verbis intelligi potest, Cæsenæ apud Fratres Ordinis mei Studia Theologiæ jam a Sæc. XIV. floruisse, unumque ex iis aliquem Lectoris munere fungi solitum, centum ferme annis ante Bibliothecæ, qua de agimus, constructionem.

PLUTEUS XVI.

CODICES HABET NUM. V.

In Codice I. hæc occurrunt.

Sancti Thomæ Summæ pars tertia

In Codicis integumento interiori quædam funt excerpta ab ipfo S. Doctoris Opere de *Adoptione*, *&* *Gratia*. Quæftio vero prima Operis eft de *convenientia Incarnationis Chrifti*; & ultima quæ eft LXXXIX. de *recuperatione virtutum*. Deinde; *Incipiunt Capitula tertiæ partis Summæ Fratris Thomæ de Aquino Ordinis Fratrum Prædicatorum de convenientia Incarnationis Chrifti*.

Demum. *Expliciunt Capitula tertiæ partis Summæ Fratris Thomæ de Aquino Ordinis Prædicatorum*. (a) Obfervandum aliena manu, & recentiore heic fupra vocem *Fratris* additum effe *Sancti*.

Codex tertiodecimo Sæculo exeunte fcriptus.

In II.

Ejufdem. *In II. Sententiarum*; Difputationes funt XLIIII. Finis Difputationis XLIIII, & ultimæ eft. *Dcum time*, *&* *mandata ejus obferva*, *quia mandatorum ejus obfervantia perducit ad vitam*, *quam nobis præftare dignetur*, *qui eft benedictus in Sæcula Sæculorum Amen*. *Domino Deo gratias refero infinitas*, *quia hoc opus explovi legaliter*, *&* *bona fide*, *in quantum potui*, *ac fi effet meum*. Et in fine omnium Difputationum Index cernitur, cui fequentia fuccedunt.

Et hæc fufficiant, *quia fum feffus*; *Deo gratias*; *quem complevi hodie*, *&* *Fra-*

 ter

(a) Locum Angelici S. Doctoris Quæft: XXVII, art: II., quo de B. M. V. Conceptione fcripfit, legentium oculis fubjicere heic juvat, prout in noftro hoc Codice extat, & quidem retenta eadem litterarum conformatione, iifdemque vocum compendiis, quæ in ipfo Codice vifuntur.

Ad fedm fic pre vr q. ba ugo fcificata fuit an aiaconem. qa ut dim e plus græ e collatu ugni mri di qm ali fcorum. Sed qbsda vidr concessu qd' fcificarent an aiacone qa dr Jerem. I. pusq te formre i uro novi te no am ifundr aia an cor forcone. Sr et de Johe bapta d. amb. fuper luc. qd' nodu ierat ei fps vite & ia ierat ei fps gre g mlto mag ba vgo an aiacone fcificari potuit. pre conens fuit sic anfel. d i lib de concep. vgis. ut illa vgo ea puitate niteret q maior sb deo neqt inlligi. vu & i cant. iur. dr. tota pulch es amica mea & macla no eft in te. Sed maior pitas fuisst be vgis fi nuq fuiffet iquinata contagio origilis pecci. g hc ei pstitm fuit qd' antq aiaret. caro ei fcificaret. pa fic dm eft no celebra festu n de aliq Sco. Sd qda celebnt festu concepnis be uginis. g. vr qd' i ipa fua conepne fuit fca & ita ur qd an aiacone fuit fcificata.

Ad hæc quid? Codex fcriptus Sæc. ejufdem S. Doctoris, qui nondum in Sanctorum numero cooptatus; hunc ipfum honorem anno 1325 a Joanne XXII. confecutus eft. Animadvertantur, quæfo, hæc verba. *Sed major fuiffet puritas Beatæ Virginis fi numquam fuiffet inquinata contagio Originalis peccati*: *ergo hoc ei præftitum fuit*. Et Difputatione XXX. dum de peccato originali loquitur, an fit in omnibus ab Adam defcendentibus, denuo producit teftimonium Anfelmi lib. *de conceptu Virginis*, & ita claudit ratiocinationem fuam: *ergo caruit immunditia originali*, *ficut* *&* *Angeli*, *&* *homines primi*. Objectationes funt S. Thomæ, quibus ipfe refpondet;

ter dedit mihi pessimam, & malam solutionem, unde multorum doleo, sic Deus me adjuvet, & salvet. Alia etiam subnectuntur ad Disputationem tertiam articulo secundo spectantia.

Tandem in margine ultimæ paginæ. *Liber Fratris Gentilis de Castrò.*

Codex pari antiquitate superiori.

In III.

1. Ejusdem contra Gentilium errores *de Veritate Catholicæ Fidei Libri quatuor;* & ad singulos Libros propria Capitula materiam significantia, de qua differit.

In fine. *Explicit iste liber, Scriptor sit crimine liber. Amen.*

2. S. Augustini Libellus *de Hæresibus*, cujus est principium. *Quidam Heretici, qui de Ecclesia recesserunt, nomine suorum actuum nuncupantur; quidam vero ex causis.* Finis vero. *Licet de Ecclesia non recesseris, Hereticus tamen potest appellari.* Præter Codicis antiquitatem, quæ par est superioribus, spectes in eo formam cuculli, palii, & rationem barbæ Fratrum Prædicatorum ejus ævi.

In aversa postrema pagina extat publica Anonymi cujusdam confessio, qua omnium suorum delictorum genera verbis gravem animi dolorem testantibus patefacit, & in fine ejus hæc subdit.

In multis aliis peccavi, quæ ego nec cogitare, nec memorare, nec connumerare possum, quæ nolens, aut volens, sciens, aut nesciens contra voluntatem tuam feci, aut neglexi; de his omnibus facio confessionem, & dico: mea culpa, mea culpa, mea maxima culpa; propterea precor te, trine, & une Deus miserere mei; & ideo supplico tibi B. Virgo Maria, & vobis omnibus Angelis Dei, in quorum conspectu hæc omnia confessus sum, ut intercedatis pro me ad Dominum Deum nostrum, & testes mihi sitis in die Judicii contra Diabolum hostem, & inimicum humani generis. Et omnia me egisse, & confessum fuisse, quatenus non congaudeat mihi inimicus meus, & non glorietur adversarius meus in die Judicii dicens peccata mea me tacuisse, & confessum non fuisse. Sed sit gaudium in Cælo de me, sicut in Evangelio dicit: Gaudeo super uno peccatore pœnitentiam agente: adjuvante eodem Patre, & Salvatore nostro Jesu Christo, qui est benedictus in Sæcula sæculorum Amen. Scriptor Codicis qui supra.

In IV.

Enrici de Gandavo dicti Burgensis Quæstiones quodlibetales num: XLII. Ad omnes aliqua conspiciuntur instar Proœmii argumenta, quæ indicant res, de quibus disputat.

Codex sæc. XIV., & conspicuus, lamellas aureas habens, vividosque colores; Visitur quidem in eo Malatestæ Novelli stemma, sed id haud dubie recentius additum fuit.

In V.

Ejusdem Enrici de Gandavo Burgensis, *disputationes a sexta usque ad decimam;* Suntque Quæstiones numero CXXXX.

Codex antiquitate non absimilis alteri.



PLU-

PLUTEUS XVII.

CODICES HABET NUM. V.

In Codice I. hæc sunt.

MAgiſtri Enrici Burgenſis de Gandavo *Diſputationes X. de Quodlibet: a quinta uſque ad decimam quintam*, quæ eſt omnium ultima. (a)

Titulus hujus Codicis eſt. *Sequitur, & incipit Diſputatio undecima de Quodlibet:* quæ verba oſtendunt, eſſe continvationem Codicis quinti præcedentis Plutei.

Ad ipſius finem legitur. *Explicit quintadecima, ſeu ultima quæſtio Quodlib: famoſiſſimi Magiſtri Enrici de Gandavo dicti Burgenſis, nec non Sacræ Theologiæ profeſſoris ſub anno MCCCCLXII. opus ſcilicet exaratum completum, & finitum quaſi hora Veſperorum in Arce Wthonorii tertia die, Menſis Junii.*

In II.

Scoti quæſtionum liber de Deo quantum ad rationem ſuæ naturalis perfectionis.

Dein. *Carmen de ipſius morte.* Hæc ibi.

„ Scotia plange, quia periit tua gloria rara
„ Funde precem, confunde necem tibi cum ſit amara,
„ Quam fera, quam nequam ſit mors tribuens tibi Legem
„ Cum reliquis æquam, rapiens & ordine regem
„ Cælum, terra, mare nequeunt ſimilem reparare,
„ Si quæras quia; probet hoc editio clara
„ Troja luit florem de viribus Hectore ſiſum:
„ Sic luo doctorem juvenili flore recifum.
„ Ergo legens plora, quia non huic ſufficit hora,
„ Sed ruit abſque mora, pro quo lector, precor, ora. (b)

Codex eſt ſæc. XIV., ac proinde coævus Doctori ſubtiliſſimo.

In III.

Ejuſdem *quæſtiones ſupra liberum II., & III. Sententiarum:* In ſecundum; *pro eo quod Dei perfectio relucet in Operibus Creationis.* In tertium de *Incarnatione* tam

I 2 ad

(a) Henricus is (ita enim ſcribendum cum aſpiratione, quam perperam noſtri Codices omittunt) Gandavenſis, ſive de Gandavo Suburbio Mudæ, unde etiam Mudanus fuit appellatus. Dictus fuit etiam Burgenſis, quis erat ſub ſpirituali olim ditione Suffraganei Burgenſis Archiepiſcopi. Doctor fuit Pariſienſis, Archidisconus Tornacenſis, & Tornaci humanis rebus vale dixit anno 1293. 8. Septemb. ætatis 76. Ad calcem Codicis locus memoratur, in quo fuit exaratus nempe Arx Wthonorii. Nomen id ſive proprium perſonæ ædificantis Arcem, ſive loci, videant qui ſapiunt.

(b) Verſus hi ad fabellam magis magiſque refutandam de eo in ſepulchrum illato, antequam revera mortuus eſſet, multum valent; recteque id pro fabula habent Miræus in Auctario, quod nulla ſit ejus rei Coloniæ, ubi fuit Apoplexia correptus, vitamque finivit, memoria, & Wadingus Tom. 3. Annal. Ordinis Minorum ad annum 1308.; & proinde falluntur aperte, & fallunt Bernardinus Senenſis, Franciſcus Gonzaga, aliique, dum ſcripſerunt, feſtinato funere, vivum elatum fuiſſe, & præcipue Jacobus Duportus Anglus p. 203. Stromatum poeticorum, dum hoc ei ſcripſit Epitaphium, cujus primos exſcribam verſus.

„ Hic jacet ambigua, & ſubtili morte
„ peremptus
„ Doctor ſubtilis, qui proh dolor! ante
„ ſepultus
„ Quam defunctus erat, triſte, & miſera-
„ bile dictu.

ad ea quæ Dei perfectiones commonstrant, quam ad opera Incarnationis sunt peculiaria Capitula.

Sive exemplaris defectu, sive Scriptoris negligentia multis in locis notabiliter Codex est mancus. Quantum conjicio Sæculo XIV. fuit scriptus, habetque stemma Malatestarum.

In IV.

Ejusdem super *IV. Sententiarum*, & *Quodlibet*.

In fine. *Expliciunt quæstiones super IV. Sententiarum edita a Magistro Joanne Scoto Ordinis Minorum*. Succedit index cum Auctoris nomine. Codex est sæc. XIV.

In V.

Conflationes Philosophi Francisci de Mayronis (c). In eo frequentes ad marginem observantur notæ non spernendæ, quæ lumen adfundunt obscurioribus quibusdam ejusdem sententiis.

In fine Operis. *Explicit super primum Sententiarum Fratris Francisci de Mayronis de Provincia policiæ Reportata sub eo Parisius anno* 1320. Provincia policiæ, quæ heic memoratur, locus fortassis erat Professionis Monasticæ. Natione fuit Gallus ex oppido Vallis Barcinonensis Diœcesis Ebrodunensis, Scoti discipulus apellatione *Doctoris Illuminati* inter Scholasticos notus, mei Ordinis Alumnus. Placentiæ fato functus anno 1325. Codex est Sæculi XIV. Sequuntur plurima de Trinitate exarata sub nomine Hippolyti. Is quis sit ignoro; Illa habent hoc initium.

Si valet ad grata semper quid vestra paratus,
Hippolytus Frater se vobis, & sua profert.



PLU-

(c) *Conflationes* idest variæ quæstiones de distinctionibus, relationibus, signis naturæ, & formalitatibus.

PLUTEUS XVIII.

CODICES NUM. HABET V.

In Codice I. hæc occurrunt.

G*Ulielmi Guare Theologicarum quæstionum libri quattuor*. (a)
1. *De Theologia*, *de Deo*, *de Trinitate*.
2. *De creatione*, *& Angelis*.
3. *De Incarnatione*.
4. *De Sacramentis*. Ad omnes libros tituli extant peculiares, summatim, quæ continent, ostendentes. In supremo primæ paginæ margine hæc sunt.
Lectura Guare Oxonii in domo Ozmorum completa.

In II.

1. *Ricardi quæstiones Quodlibet*: *XIII*, *de rebus Theologicis*, *& moralibus* cum titulis in fine earum rerum, de quibus Auctor quæstiones instituit.
2. *Ejusdem Opusculum Virtutum moralium*, *cum Indice quæstionum Quodlibet*.
Codex Sæc. XIV.

In

(a) *Guillelmus* Guare, non ut in Codice *Gulielmus* (Scriptoris culpa) designari a Scriptoribus solet solo nomine *Guaricus Oxoniensis*. Patria illi Oxonium (italice Oxford) Civitas Angliæ celebratissima ob insignem, vetustamque Universitatem, & Bibliothecam MSS. copiosissimis refertam. Floruit circa annum 1249. Hujus etiam Commentarii in Isaiam, & Jeremiam MSS. Oxonii memorantur a Jacobo Longo Biblioth. Biblicæ pag. 756. Huic Scriptori non id negotii dabatur, ut hoc etiam Opus Theologicarum quæstionum recenseret, cum contexeret Catalogum Scriptorum Biblicorum. Opus hoc Guillelmi nostri de gravissimis rebus cum pertractet doctrina, ac profunditate summa, argumentisque, ut ajunt, positivis (quod ab aliis ævi sui præstitum haud fuit) ut vulgaretur, expediret, si lucem modo nondum adspexit.

Doctissimus Montfauconius in sua Indicum manuscriptorum collectione, sive in Biblioth. Bibliothecarum, Cl. Vir Mansius in pagellis ineditis, & eruditus Zaccarias in suo itinere litterario, qui omnes Catalogos Manuscriptorum nostræ Bibliothecæ dederunt, de hoc Guillelmi opere nullam mentionem faciunt, & de eo hæc obiter tantum in Catalogo suo inedito P. Angelus Julianus Dominicanus scribit: *Gulielmi Guar.* 1. 2. 3. 4. *liber*. De hoc nonnulla oportet, ut moneamus. Is ille idem videtur esse, qui Varillionis, & Varonis cognomina apud alios habet. In Codice namque Catabrigensis Bibliothecæ Domus S. Petri, ut testatur Oudinus Tom. 3. Sæc XIII. pag. 567. hæc leguntur. *Summaria recapitulatio totius quarti libri Subtilissimi Doctoris sumpta ex Collectario Magistri Guillelmi Varillionis de Ordine Fratrum Minorum*, & idem Scriptor tradit; *eo in circuitu Sepulchri Scoti inter quindecim illos Doctores*, *quorum nomina in ære incisa sunt Coloniæ Agrippinæ apud Minores Conventuales hæc legi*. *Magister Guillelmus Varro Præceptor Scoti*. Hoc Varronis cognomine designatur a Thomasino in sua Biblioth. Manuscriptorum edita Utin. 1639. dum ait. *Patavii in Bibliotheca S. Antonii de Padua inter Commentatores in IV. libros Sententiarum plurimos Guillelmus Varro nominatur*, *cujus Commentarius illic extat in quattuor libros Sententiarum*. Is idem Auctor ab aliis dictus est etiam *Verus*, & *Guarro*; inscriptio tamen nostri Codicis Guillelmi Guare est magis ad rem, utpote accommodata Oppido suorum natalium, quod Guare fuit parum distans ab Oxonio, unde Oxoniensis dictus, ubi primum Doctor fuit: nam deinde Parisiis docuit, & claruit anno 1270. De ejus Operibus loquuntur Trithemius cap. 480. Agassius Bullæus Sæc. V. Historiæ Universitatis Parisiensis in Catalogo Illustrium Academicorum pag. 687. Carolus Du Cange in Indice Auctorum, quem præfixit Glossario med: & infim: latinitatis col: 107. Inter ipsius tamen Opera ab his Scriptoribus numerata, illud Codicis nostri non apparet indicatum.

In fine Codicis legitur. *De Guare Oxonii completum &c.* ut supra indicavimus, quæ verba, vel Civitatem, vel Domum, ubi conscriptus fuit Codex, fortassis demonstrant.

In III.

Sancti Bonaventuræ Sententiarum libri tres.

1. *De Theologia, de Deo, & Trinitate*.
2. *De Mundo, de Angelis, & Beatis, & hominibus, & gratia*.
3. *De Incarnatione, de Donis Spiritus Sancti, & Virtutibus Theologicis*.

Item Anonymi curiosa quædam ad Astrologiam spectantia ad usum agriculturæ accommodata. Codex Sæc. XIV., ut superiores.

In IV.

Abbreviat. super tribus libris Sancti Bonaventuræ, quorum principium est in secundam Pauli Epistolam ad Ephesios ad illa verba; *Deus autem, qui dives est in natura propter nimiam charitatem suam, qua dilexit nos, cum essemus mortui peccatis, convivificavit nos Christo, cujus gratia salvati estis*; illis enim nobis Mysterium ostendit Redemptionis; propria non desunt Capitula. (b)

Binæ ad finem paginæ scriptæ occurrunt hoc titulo ad supremum marginem. *Incipit vita Antichristi*, primo a quo nascetur; secundo quomodo nascetur; tertio quomodo mittetur; quarto quomodo nominabitur, quinto quomodo regnabit, sexto quomodo prædicabit; septimo quomodo contra Eliam, & Henoc pugnabit. Characteres tamen sunt ita corrosi, & deleti, ut vix, & ne vix quidem legi queant.

Codex Sæculi ejusdem.

In V.

Enimii Doctoris Anglici Wraduardini libri tres de causis Dei contra Pelagium, & de virtute Dei causæ causarum. (c)

Hæc ad calcem. *Eximii Doctoris Anglici Thomæ Wraduardini, ac profundissimi Summa de causis Dei contra Pelagium, & de virtute Dei causæ causarum. Scripsit Parisius anno Domini MCCCLV. Mense Julii. Deo gratias. Amen*. Deinde septem sunt paginæ in binas columnas divisæ, quæ continent capitula rerum, de quibus differit.



PLU-

(b) Hoc Opus *Verbum Abbreviatum* a' Scriptoribus doctissimum censetur, & eximium, in quo per multa capita omnes commendat virtutes, docetque vitia esse fugienda.

(c) Thomam Bradvvardinum aliqui, Bredovvardinum nonnulli (præcipue Joannes Zelandus Coll. Tom. III. pag. 117.) de Bradvverdina alii vocitant. In Codice Wradvardinus legitur, ut puto rectius ex loci nomine, ex quo erat oriundus. Quidam nec Dominicanis, nec Franciscanis accensendum esse dicunt, ut Ricardus, & Oudinus. Dupinus Biblioth. Eccles. & alii Franciscanum faciunt. Merito titulo Doctoris profundi ob Philosophiæ, Matheseos, Theologiæ doctrinam sibi comparavit. Multa scripsit Opera, sed præcipuum illud est, quod in hoc Codice exscriptum cernitur distributum in libros III., editum primo ab Henrico Savilio Lond. an. 1658. fol. Ad hæc vide, quæ de eximio Doctore isto adnotantur a Fabricio in Biblioth. med. & infim. ætatis lib. 3. pag. 270, & scias non ita facile aliis in Bibliothecis Codicem illius Operis occurrere.

PLUTEUS XIX.

CODICES IN EO SUNT NUM. IV.

In Codice I. hæc sunt.

R*ichardi Indulphi Archiepiſcopi Armacani Tractatus contra errores Armenorum.* Dialogi inſtar inter Richardum, & Joannem majoris Armeniæ Archiepiſcopum. Libri ſunt XIX.

Codex eſt inſignis, & numquam lucem aſpexit, & in vetuſtis Manuſcriptorum Indicibus raro occurrit, digniſſimus, ut typis edatur: ita in Manuſcriptis pagellis Manſius. (a)

Prima Codicis pagina hinc inde variis, pulcherrimiſque coloribus circumducta eſt, habetque Principis Malateſtæ Novelli Stemma auro illitum, & ad latera. M. N.

Scriptor ipſe Sæculo XIV. florebat ſub Eduardo tertio Angliæ Rege; infenſus erat Monachorum Mendicantium Ordinibus, contra quos ſcripſit de Paupertate Tractatum, qui adhuc ineditus in Bibliothecis nonnullis ſervatur.

In II.

Ochami prima pars Dialogi de *Hæreticis, eorumque Fautoribus*. (b)

Liber Ochami eſt Operis fuſioris unica pars, ſed Typis excuſa; ſicut, & *Retractatio Michaelis* de Cæſena, quæ ad calcem hujus Codicis extat ſupra memorata.

In III.

Sancti Bonaventuræ Summa de vitiis capitalibus: cum tabula rerum notabilium, & pa-

(a) Judicium Cla: Patris Manſii de Opere Richardi haudquaquam evulgato tanti apud me fuit, ut animum ex toto adjunxerim ad Codicem nedum perluſtrandum, verum etiam intime perſcrutandum; unde illum in varia ad majorem intelligentiam juxta materiam, de qua pertractat, diſtribui capita; argumenta ſelegi firmiſſima, & graviſſima ad Armenos confutandos eo conſilio, ut peculiarem hujus Operis ſummam litterariæ Reipublicæ patefacerem; immo ad hiſtoricam diſſertationem conficiendam de erroribus Armenorum, ipſorumque origine, progreſſu, tempore, quorumque Imperatorum patrocinio fulcirentur, parabam animum, præcipue cum Manſium judicaſſe viderem *typis eſſe Opus digniſſimum*. Verum poſt labores haud exiguos illud editum in Gallia an: 1521. deprehendi, exemplarque ejus Editionis Ravennæ habemus in noſtra hac S. Franciſci Bibliotheca. Titulus ejus eſt.

Summa Domini Armacani in quæſtionibus Armenorum noviter impreſſa, & correcta a Magiſtro noſtro Joanne Sudoris cum aliquibus ſermonibus ejuſdem de Chriſti Dominio, Sub finem. *Venales habentur in vico D. Jacobi ſub Lilio aureo. Joannes Sudoris hanc ſummam Viro clariſſimo hiſce verbis nuncupavit. Spectatiſſimo Viro fama ſuper Sidera noto Guillelmo le gras inſignis Ecclesiæ Rothomagenſis Decano digniſſimo, ſuus diſcipulus Joannes Sudoris plurimam dicit ſalutem.*

Typographus *Joan Petit* (ita Gallice impreſſum eſt) In facultate ei facta a Chriſtianiſſimo Galliarum Rege illud Opus imprimendi hæc leguntur. *Le Douzieſme jour de mars l'an mil cinq cis et unze avāt paſques. Per le Reis.*

In Prooemio approbationem, vel reprobationem poſtulat Operis ſui Auctor a Papa Clemente VI. Univerſalis Eccleſiæ Patre. Codex legit *Indulphi*; Editio *Ridulphi*. Operis ejuſdem Auctoris quod inſcriptum ſit, *Curatorum defenſio*, Pater Orlandus meminit in ſua Typographica hiſtoria; de his Dialogis adverſus Armenorum errores, quod mirum eſt, ſilet. *Cæterum caute lege Armacani libros*, ait lit. R. pag. 396.

(b) Eſt illa Dialogi pars, in qua ſubtiliter de hæreſi, & jure de ea cognoſcendi, & præſertim, ſi Papam de ea graviter diffamari contingat, diſputatur, deque aliis, quorum cauſſa Vir doctrina æque, ac dignitate Eccleſiaſtica ſummus apud Auctorem Catalogi Bibliothecæ Vindobonenſis civicæ pag. 151. de Ochamo egregie ita pronuntiavit: *Nullus unquam Scriptor S. Matri Eccleſiæ adeo ſe ſimul amore, & odio dignum reddidit, ac iſte Ochamus. Dum Theologica ſcribit nemo melius; dum contra Eccleſiam virulentior nemo*. Unde Trithemius cap. 563. refert, non laudat, ipſum perfugium ad Lodovicum Bavarum quæſiviſſe, quem, ut ſibi devinciret, ita eſt allocutus. *O Imperator defende me gladio, & ego defendam te verbo.*

& paginis numerice etiam notatis. (c) In Prœmio legitur. *Triplici autem ratione potest ostendi, vitia essa vitanda; primo scilicet, quia Dæmonibus valde placent; secundo, Deo summe displicent; tertio, Homini vero summe nocent.*

Effigies in prima ejus pagina S. Patris Francisci Stygmatum insignia recipientis inspicitur. Codex est Sæculi XIV.

In IV.

Mamotrectus, idest litteralis quædam verborum Sacræ Scripturæ explicatio ad usum parvulorum, ordinatus a Fratre Marchesino Ordinis Minorum.

In extremæ paginæ aversa parte. *Iste liber nomine Mamotrecti est Fratrum Minorum, & de Conventu Cæsenæ, qui Conventus est in Provincia Bononiæ scriptus ab anno MCCCLXXV. in Cathedra S. Petri.* (d)



PLU-

(c) Ab initio Codex habet. *Incipit tractatus de Vitiis, & primo de Gula. Dicturi de Singulis Vitiis, cum opportunitas se offert, incipiamus a Vitio Gulæ.* Persamiliare Seraphico Doctori Bonaventuræ fuisse, Opera, quæ fusiore longe calamo a se antea scripta edidisset, postea ad animarum salutem, & profectum facilius obtinendum contrahere, & in breviores Tractatus, seu compendia redigere, neminem præterit. Constat namque id ex Legenda minori Beati Francisci, & Breviloquio, & Centiloquio, aliisque ipsius scriptis. Hoc etiam verosimilius contigisse judicandum erit de Summa vitiorum omnium capitalium, etsi de virtutibus, & vitiis, eorumque remediis fusius alio Opere differuerit. Nihil est in hoc Opere quod S. Doctori minus conveniat, vel intemperantiorum Criticorum sententia, quæ hæc est. *Dignà profecto* (Summa hæc) *Doctore nostro, eaque in Catalogum ejusdem referenda; si vel antiquitas monumentorum, vel testium auctoritas extra omne dubium illam poneret. Sed cum neque pro, neque contra aliquid afferre possimus maturiori judicio hæc discutienda reliquimus.* ita præcipue loquitur Oudinus Diat. pag. 89., ac seq. Multi antiquiores Codices relati in Prodromo ad Opera omnia S. Bonaventuræ Bassani MDCCLXVII. citra ferme omnem dubitationis aleam ostendunt, Opus hoc S. Bonaventuræ esse.

(d) Quis conscripserit, non docent hæc extrema Librarii verba, Scriptus ab an. MCCCLXXV. Verba tamen illa e Cathedra S. Petri commonstrant in S. Petri Vaticanis Aedibus Romæ exaratum fuisse Codicem, ubi illo ævo Librarii ad Codices conscribendos diversabantur. Quod patet ex variis Codicibus aliarum Bibliothecarum, qui eadem formula sunt notati.

PLUTEUS XX.

CODICES HABET NUM. V.

In Codice I. hæc occurrunt.

T*Abula rerum logicalium, physicarum, & metaphysicarum super Franciscum de Mayron.*

Auro, coloribus aliisque rebus Codex conspicuus, cum Malatestæ Novelli Principis stemmate, est Sæculi XV.

In II.

Tabula rerum omnium, unde ducunt originem juxta litteras alphabeticas disposita, Auctoris anonymi.

Codex inconcinne scriptus est Sæculi XIII.

In III.

Legenda Sanctorum, & etiam Festivitatum solemnium, & Ecclesiæ Mysteriorum, videlicet Nativitatis, Passionis, Resurrectionis, aliarumque, complectens CXXXX. capita.

Auctor in Legendarum ritu hunc servat ordinem. *Ab Adventu usque ad Nativitatem, & tempus Visitationis dicitur ab Adam usque ad Moysen; a Nativitate usque ad LXX. Dominicam, & repræsentat Ecclesiam, & dicitur tempus Renovationis; a LXX. usque ad Pascha, & dicitur tempus Reconciliationis; Sic etiam a Paschate ad octavam Pentecostes, ab octava ipsius ad Adventum usque, tempus dicitur Peregrinationis.*

Quamvis Jacobus de Voragine *Legendam* suam inscribat: *Legenda aurea*: attamen, ea quæ in hoc Codice extat, ne paullulum quidem ab ea differt, ideoque ejusdem Opus esse existimo. Scripsit eam Jacobus circa annum 1300: quam ipsam ætatem & Codicis nostri scriptura præsefert.

Multa in eo de gestis, & Martyrio Sancti Petri Novi Martyris. Is fortasse est, qui apud Civitatem Aulonam Crucis supplicio est interemptus ex Martyrologio Romano tertio nonas Januarii. Variæ Codici adjectæ cernuntur adnotationes, sed parvi pretii.

In IV.

Fratris Jacobi Archiepiscopi Januensis Ordinis Fratrum Prædicatorum Sermones in Festis Sanctorum, & primus de *S. Andrea Apostolo*; & sunt Sermones quattuor; & de *S. Nicolao* sunt quinque. &c.

2. *De Mysteriis nostræ Religionis.*
3. *De Commemoratione Mortuorum.*
4. *De Dedicatione Ecclesiæ.*
5. *De Celebratione Missæ.*

In fine. *Expliciunt Sermones de Festis.* Codex est Sæculi XIII.

In V.

1. S. Hieronymi liber *de Viris illustribus Ecclesiasticis ad Dexterum. Lege feliciter. Hujus libri extat Index Capitum a Simone Petro incipiens usque ad seipsum.*

2. *Augustini Prologus in librum suum de Civitate Dei. De quo nihil Hieronymus;* ita in margine legitur, *credo quia Augustinus adhuc in vivis erat.*

3. S. Hieronymi Expositio *in Lamentationes Jeremiæ Prophetæ.*

4. *Hieronymi Tractatus super Ecclesiasten.* Is tamen tractatus multis lacunis hiat.

5. *Ejusdem Expositio Jesu Nave*, cum suo Prologo.

6. *Homiliæ IX. in Librum Judicum*. Quædam ex his Operibus adnotationes adjectas habent, in quibus interdum mentio fit Scriptorum a Guarino Veronense ex græco versorum.

Ante hæc Hieronymi Scripta quædam sunt ad Geographiam pertinentia nonnullorum, qui Iconium peregrinati fuerunt. Hæc peregrinationis descriptio mutila est, cum principio, & fine careat. Siquidem ita incipit. *Reliquum est* (exscribitur, ut jacet) *ut de jonibus caribusque dicamus & de ora quæ trans taurum est: quam licai habent & pamphylii & cilices: Nam hoc modo tota cheronensis peragratio ad finem perducta erit: cujus isthmum diximus transitum qui ex pontico mari fit in issicum: Joniæ circum navigatio secus terram est mille fere & quadrigentorum & triginta stadiorum pp. sinus: & propterea quod regio multas peninsulas efficit, longitudo vero in rectum non sane multa: quare ab Ephefo Smyrnam usque recto intinere stadia sunt trecenta ac viginti: nam usque in metropolim centum & viginti: Reliqua sunt Smyrnam usque*. Finis vero est. *Teus quoque in peninsula sita est & portum habet: hinc est*. A tergo hujus secundæ paginæ (ex duabus tantum paginis in fol. constat) nulla cernitur scriptio; continet tamen hæc itineris descriptio quamplurima scitu digna de aliquarum Civitatum Conditoribus, de earum dominio, quod nonnulli habuerunt, de distantia, & quomodo sub aliorum ditione venerunt; sunt etiam in ea descriptione aliqua metrice scripta. Codicem esse Sæculi XV. ex Stemmate eleganter elaborato, N. M. aperte dignoscitur.



PLU-

PLUTEUS XXI.

CODICES IN EO SUNT NUM. VIII.

In I. Codice hæc occurrunt.

Sacra Scriptura a Genesi, usque ad primum Regum; cum Prologo, sive Epistola S. Hieronymi Præsbyteri ad Paulinum Præsbyterum de omnibus Divinæ Historiæ libris.

Codex est optime effigiatus. Initialis primæ paginæ littera egregiis coloribus pictam se exhibet, ad cujus apicem imago quædam cernitur coloris albi rubro cooperta Caputio indicans ipsum sanctum Doctorem; ornamentum accedit affabre elaboratum in margine ad extremum usque paginæ limbum, in quo spectare licet Iconculam S. Francisci barbati, & cucullati instar Capuccinorum, cum tonso capite, & corona, lamella quadam deaurata circa caput adjecta instar diadematis.

Post Prologum sequitur liber Genesis, cujus initium studiose ita est efformatum, ut haud facile describi possit. Quod maxime oculos aliqua afficit voluptate, visuntur Imagines exprimentes singulorum dierum Opera in creatione a Deo facta; modo dum Cælum, Terramque ex nihilo fecit; modo dum aquas ab aquis divisit; cum duo Luminaria magna, & stellas efformavit, sicque deinceps.

In margine, ad ultimam, quæ quinta est, alatus cernitur Seraphim Jesum Cruci affixum referens, cum quattuor clavis, & suppedaneo.

Codex majusculis characteribus scriptus est Sæcul. exeunte XIII.

In II.

Eadem Sacra Scriptura *a Secundo libro Regum usque ad Job*. In libro I. Paralipomenon duo sunt Prologi ejusdem Hieronymi; initio libri Esdræ ipsius effigies miro depicta modo, sicut & Nehemiæ, Judith, & Ester.

In III.

Eadem Sacra Scriptura, a *Parabolis Salomonis*, cum ejusdem Hieronymi Prologo, quem habent et cæteri Libri *usque ad Machabæorum secundum Librum*. Non injucundum est in hoc Codice imagines Regum, Patriarcharum, & Prophetarum observare, egregiam aliquam ab ipsis rem gestam referentes.

In IV.

Evangelia, *Epistolæ canonicæ*, *&* *Apocalypsis*.

Ad quattuor Evangelia effigies extant pulcberrimæ, quas usu jam pridem invaluit adhiberi ad quemque Evangelistam ab alio distinguendum. Prima (quæ Matthæum refert) faciem hominis habet, *propter genealogiam*, ut inquit Hieronymus. Secunda faciem Vituli (quæ Lucam refert) propter Sacerdotium. Tertia faciem Leonis (quæ Marcum refert) propter clamantis in deserto. Quarta faciem Aquilæ (quæ Joannem refert) propter volatum. *In principio erat verbum* (a). Codices hi quattuor Sæculo exeunte XIII. eadem scripti sunt manu.

 In V.

(*a*) In hoc, & tribus præcedentibus Bibliorum Codicibus hæc sunt adnotanda. Nihil deesse eorum, quæ in editis leguntur. In Epistola S. Joannis non deest Testimonium Sanctissimæ Trinitatis, non item in Daniele, historia Adulteræ, non Beli. Post librum Esdræ I. succedit liber II. Nehemiæ, qui in editis inscribitur Esdræ II.. Tum sequitur Esdræ II., qui in editis est tertius, & notatur ut *apocryphus*; quartus Esdræ deest, sicut & Psalmi desunt.

Codices sunt Sæculi XIII. characteribus gothicis majusculis conscripti, sed insignes, & præ cæteris hujus Bibliothecæ in fol. g. custodiendi summa diligentia, & præcipue Evangeliorum Codex, quem maxima cum cura, & reverentia prosecuti sunt Christiani, ut eruditissimi Viri do-

In V.

1. *S. Augustini supra Genesim ad litteram Libri XII.*, ast e vestibulo tria desunt capitula.

2. *Ejusdem super Genesim liber imperfectus incipit.*

3. *Libri duo ad Simplicianum.*

4. *De Priscillianistis, & Origenis errore ad Orosium.*

5. *De Hæresibus ad Quod Vult Deus Liber.* & in margine ad finem. *Hucusque Augustinus de hæresibus.*

6. *De Divinitate, & Incarnatione Verbi Lib. II.*

7. *Inquisitiones de Trinitate, & de aliis quibusdam sententiis.*

8. *Sermo de Fide.*

9. *Expositiò Symboli contra Judæos, Paganos, & Arianos.*

10. *De Fide*, & *Operibus.*

11. *Sermones de Corpore, & Sanguine Domini, seu de verbis Apostoli.*

12. *De vera Religione.*

13. *Commonitorium ad universas Ecclesias destinatum sub hac conditione, si Manichæi conversi fuerint, suscipi debeant.*

14. *Collatio ejusdem a se ipso ad se ipsum de Trinitate.*

15. *Sermo de Commemoratione omnium fidelium defunctorum.*

Codex est Sæculi XIV.

In VI.

Augustini super Psalmos pars prima, & est inscriptio. *In nomine Domini Nostri Jesu Christi. Incipit prima pars Beati Augustini super Psalterium Prologus.* Post ipsum. *Incipit Expositio Aurelii Augustini Episcopi de Psalmo primo. Beatus vir, qui non abiit &c.* Expositio Psalmi XLVIIII. partem hanc primam claudit. In fine *Complexus est liber per manus Joannis Antonii de Spinallo anno Domini MCCCCLI. Mense, & die X. Septembris.*

In VII.

Incipit pars secunda ejusdem Augustini, & primo de Psalmo L. incipit Prologus; deinde ipsius Psalmi *Expositio*. Hoc in Codice ante Expositionem in Psalmum LV. sermo legitur *Carthagine habitus in Basilica restituta;* & post Expositionem Psalmi LVIII. legitur *Tractatus de sermone ejusdem Psalmi.* Hujus Codicis Expositiones exordiuntur a Psalmo L. usque ad Psalmum LXXVI., & sicuti illæ primæ partis suos habent Prologos, ita & istæ; quæ vero desunt a Psalmo LXXVI. ad Psalmum ultimum usque CL., extant in Codice II. Plutei III. pag. 19.

In fine. *Explicit pars secunda Beati Augustini super Psalmos, quæ incipit a Psalmo L.* usque *ad Psalmum LXXVI. Johannes de Spinallo scripsit.* Codex est conspicuus. Ad primæ paginæ extremitatem Quadratum cernitur, in quo hæc scripta sunt. MAL. NOV. PAN. FILIUS HOC DEDIT OPUS: & ad latera Quadrati sunt Malatestarum Insignia; in lamella aurea variis coloribus eleganter prima initialis littera depicta est, & latera ejusdem paginæ delicatulis, venustisque coloribus ornantur.

In VIII.

Concordantiarum Opus Conradi Halberstadensis, quarum initium est. *Cuilibet volenti percipere Concordantias in hoc libro, unum est primitus attendendum, videlicet, quod cum primis Concordantiis, quæ dicuntur Concordantiæ Sancti Jacobi, quorum capitula in septem particulas distinguuntur secundum septem litteras alphabeticas, a. b. c. d. e. f. g.; in isto Opere per eundem modum, & in totidem particulas distinguuntur; capitula longiora in septem partes æquales; capitula vero breviora tantum*

docuerunt Catalanus cum primis, & Costadonius Differtatione, quæ extat in Opusculis Calogerianis. Præclarum hujus habemus exemplum in Sacrario Ecclesiæ S. Jacobi Pistorii, ubi argenteæ Tabulæ servantur, quibus Evangelia olim tecta fuerant. In excurs. litte. per Italiam Ab. Zaccariæ cap. p. pag. 5.

tum in partes minores distinguuntur videlicet, in a. b. c. d., & breviores in istorum partes æquales divisæ. a. primam continet partem; b. secundam, sicque protenditur. (b)

Finis est, *Conditor alme Syderum, eterna lux credentium. Christe Redemptor omnium exaudi preces supplicum. Qui condolens intuitu mortis perire seculum: salvasti mundum languidum, donans reis remedium.*

Codex est Sæculi XIV.



PLU-

(*b*) Triplex Concordantiarum genus distinguunt Scriptores Ecclesiastici; unum ex iis dumtaxat, quod cæteris brevius est, hic memorabimus, illud nempe in quo litterarum ordine vocabulum, quod quæritur vel simplex, ut *tempus*; vel eum adjecto, ut *tempus partus* ponitur; quandoque etiam vocabulum adverbiorum indeclinabilium, ut *olim quasi* &c. & ope litterarum alphabeti, quibus unumquodque caput dividere placuit, locus indicatur una cum libro, & capite. Missis aliis Concordantiarum generibus, quæ ad rem nostram non faciunt (de quibus præsertim loquitur Quetif. Tom. 1. pag. 203.) genus hoc jam a nobis expositum illud esse videtur, quo usus est Hugo da Sancto Charo Cardinalis, vita functus an. 1265.; deque istius Operis Concordantiarum Auctore loquitur Conradus noster, qui eum secutus est, paucis mutatis, dum scribit, ut notavimus. *Quod cum primis Concordantiis; quæ dicuntur Concordantiæ Sancti Jacobi*. Hæ enim Concordantiæ S. Jacobi ipsæ illæ sunt, quas Hugo de S. Charo scripserat; scire enim oportet Hugonem illud Opus concinnasse, dum in Cœnobio S. Jacobi Parisiis ageret, & Fratrum Prædicatorum Moderatoris munere fungeretur, & ideo Opus ibi elaboratum dicitur *S. Jacobi Apostoli*. Multa opera Conradum scripsisse tradit Trithemius cap. 592. de Scriptoribus Ecclesiasticis, sed præcipuam adeptus est laudem, quod Auctor fuerit Concordantiarum (quæ extant in nostro Codice) sive Repertorii Biblici in utrumque Testamentum.

PLUTEUS XXII.

CODICES CONTINET NUMERO VII.

In I. Codice hæc occurrunt.

1. A*Riſtotelis Phyſicorum libri VIII.* e græco in latinum translati ab anonymo Traductore.

2. Ejuſdem *de Cælo, & Mundo* lib. IV. In fine *Explicit liber de Cælo, & Mundo Ariſtotelis translatus de græco in latinum*.

3. Ejuſdem *de Generatione, & Corruptione lib. II.*

4. Ejuſdem *de Metheoris lib. IV.* cum ſuis figuris.

5. De *Anima* lib. III.

6. *De ſenſu, & ſenſato liber.*

7. *De Memoria,*

8. *De Memoria, & Reminiſcentia* lib. I.

9. *De Sompno & Vigilia, & quæ per ſompnum divinantur* lib. III.

10. *De motibus Animalium liber.*

11. De *brevitate, & longitudine Vitæ.*

12. De *Senectute, & Juventute.*

13. De *Spiritu, & reſpiratione.*

14. *De morte, & vita.*

15. *De Phyſonomia.*

16. De *Signis particularibus lib. I.*

Omnes hi Ariſtotelis libri latine tantum extant in hoc Codice ex verſione anonymi Scriptoris, & de cæteris item Libris, quos ex hoc Pluteo mox recenſebimus, immo & de ceteris, quos in aliis Pluteis memoravimus jam, vel memorabimus, quique ab eorum Auctoribus, vel Græca, vel Arabica, vel qua alia lingua primitus ſcripti fuerint, intelligi volumus, latinas tantum verſiones eſſe. Excipimus Libros, qui continentur in tribus, de quibus mox, Pluteis, nempe XXVII. XXVIII. & XXVIIII. Hi enim omnes græce ſcripti ſunt.

Occurrunt quædam in marginibus expoſitiones, ſed deletæ, & corroſæ ut vix legi poſſint; non ita tamen notæ marginales ad Libros VIII. Phyſicorum; in libris de *Metheoris* ſermo fieri videtur de figuris Geometricis.

Codex ſcriptus *Anno MCCCCXXXXVI. completus XXI. Octobris.*

In II.

1. Ejuſdem *Metaphyſicæ lib. XIV.*

2. Ejuſdem *de Cauſis* cum Commentario Avicennæ.

3. Ejuſdem *Problemata.*

In fine: *Expliciunt Problemata Ariſtotelis ſecundum novam translationem.*
Codex eſt Sæculi XIV.

In III.

1. Ejuſdem *de Anima ſecundum ſe conſiderata.*

2. De *Intellectu, & Voluntate.*

3. *De Phantaſmate, & Immaginatione.*

4. *De Operationibus Animæ, quæ ſiunt in corpore, materialibus, ideſt coloratis, ſonoroſis, atque odoriferis.*

4. *Alexandri, Theophraſti, Abucenſis magni apud Arabes, & Averrois ſuper Animæ intellectionem.*

5. *Eju-*

5. *Ejusdem Averrois de Intellectu, & intelligibili.*

6. *De elementorum generatione, & corruptione, & alteratione, deque ipsorum causis.*

7. *De longitudine, & brevitate Vitæ lib. unus.* Is alia scriptus manu est, quam superiores libri; & in fine hujus libri legitur. *Die Sanctæ Mariæ Augusti scripsi hunc tractatulum Averrois.*

Hujus Codicis pagina prima exhibet Aristotelem barbatum, cujus caput veló obtegitur ad humeros usque, & habentem distincta alia signa, quæ apud Philosophos Athenienses in usu erant. Similiter ad Averrois opera ejus imago cernitur auro circum ornata, rubro palio induta, aliisque signis, quæ moris erant apud Arabes.

In prima Codicis pagina a tergo ad superiorem marginem hæc sunt. Epistola Averrois *de intellectu*, & initium ei est. *Intellexi quod queris sermonem brevem de intellectu secundum scientiam Platonis & Aristotelis. Sed summa eorum est. Intellectus est secundum quatuor species. Prima est intellectus qui semper est in actu. Secunda est intellectus qui est in potentia. Tertia est intellectus cum enit in anima de potentia ad effectum. Quarta est intellectus quem vocamus demonstrantem.* Finis vero est. *Hæc igitur sunt partes in quas primi Sapientes diviserunt intellectum. Quantum vero ad intentionem tuam nostri sermonis de hoc sufficiat. Hic finis est Epistolæ Averrois de intellectu.*

Codex Sæculi XIV.

In IV.

1. *Avicennæ liber de Animalibus eorumque speciebus, & partibus.*
2. Ejusdem *Metaphysica.*
3. Themistii Philosophi lib. de *Somno, & Vigilia.*
4. Incerti Auctoris in libros Aristotelis de Generatione, & corruptione, cujus principium est. *Cum duæ sint considerationes de mobili simplici, quarum una est de mobili simplici secundum simpliciores potentias.*

Ad calcem legitur; *Anno MCCCCLXϛII per me Bonifacium Paulini de Tridimo de Monte Ferrato Vercellensis Diæcesis, scriptum in Ariminiano.* Quo consilio Librarius in numerica illa anni notatione posuerit ϛ. notum est, cum signum hoc non solum a Græcis, sed sæpissime etiam a Latinis Scriptoribus senarium numerum indicando adhibeatur.

Codicis Possessor erat *Magister Marci de Arimino*; ita in primæ paginæ margine.

In V.

1. Anonymi Opusculum rationem exhibens ad dignoscendam Lunæ cum Sole conjunctionem juxta horarum divisionem in 1080 *puncta*, & alia ad Astronomiam pertinentia.

2. *Mehemet Abinrosdin liber, qui dicitur Colligeth de Anatomia corporis, ipsiusque sanitate, ægritudine, eorumque signis.* (a)

3. *Eju-*

(*a*) Titulus ille *Colliget* non latinum est vocabulum, ut aliqui sunt arbitrati, quibus Collectorium alias enuntiare mos fuit. Sed ex Arabico corruptum *Kelljon* hoc est universalis, sive *Kelljeton* universale; sicuti perbelle observatum novimus a Christiano Daumio epist. *96.* ad Reinesium. Quare melius alii de *Medicina* reddidere ab argumento; ita Nicolaus Antonius Hispalen: Biblioth: veteris Tom. 2. p. 243. Romæ MDCXXXXVI. Codex libros VII. continet, ut in Editionibus, estque decimum volumen Averrois. Dixi *Averrois*. Etenim Averroes ab aliis arabicum nomen exprimere volentibus *Aben-Rust*, sive *Aben-Rost*, sive tandem *Aben-Rast* appellatus est. Nomina ejus omnia *Abud-VValid Mohumed Eben Abemed, Eben Mahumed, Eben Rasdb.* Hæc adnotavit vir doctus Thomas Reinesius epist. 15. ad Hofmanum. Hinc Joannes Leo lib. de Arabibus Medicis, Hottingero in Bibliothecario quadripartito pag. 271 sic interpretatur. *Averrois* nomine proprio vocatus est *Muhammed* cognomine *Abulgueil* Averrois

autem

3. Ejusdem, *de cibis*, & *conservatione Sanitatis*, & *medicamentis pro ægritudine*. Tractatus in XII. libros divisus cum notis marginalibus.

In fine adnotantur nomina simplicium medicinarum *Coligeth Mehemet Abinrosdin*, & eorum numeri, quibus facilius adinveniri possunt determinatæ medicinæ, potissimum in quinto hujus Operis Libro.

In superiori paginæ primæ margine pretium ducatorum X. Venetorum memoratur, quo liber emptus fuit.

In VI.

1. *Porphirii Introductiones in Cathegorias*, & *priores*, & *posteriores Aristotelis*, cum adnotationibus marginalibus.

2. *In secunda pagina Arbor dicta Porphiriana invenitur descripta*.

3. Ejusdem *Logicales Introductiones*.

In fine curiosum Carmen Anonymi ad characteres anni indagandos.

Carminis principium hoc est.

Aureus hac arte numerus formatur aperte

. . . .

. . . .

Finis. *Tali quippe modo describitur aureus ordo*.

Versus sunt num. 25.

Ad promovendam numquam satis spernendam Cabalistarum insaniam carmen illud multum valeret. Non leve in ea ingenii acumen Auctor ostendit.

Codex est Sæc. XIII.

In VII.

Joannis de Gandavo *quæstiones de Anima* super libros Aristotelis (b) Ad hujus Codicis finem: *Et sic est finis; sit laus*, & *gloria finit*. De ipsius quæstionibus videndus Warthonus ad Cavæum.

Codex est Sæc. XIV.



PLU-

autem nomen proprium est primi hujus domus. *Rectum* Arabice est *Ibnu Rosdin*; quoniam *Ibnu* (idem est *Eben*, *seu Ebn*) significat *Filium*, & *Rosdin* nomen proprium, significans *Rectum*. Inter Arabes quoque doctos vocatur *Ibnu Rosdin ellbafidu*, qui latine interpretatur Nepos, ad differentiam Avi sui, qui ejusdem nominis erat. Ex his consequitur Traductorem hujus Operis nomen Averrois posuisse proprium *Muhammed*, sive, ut dicebatur Mahemed, quod a Scriptore nostri Codicis perperam mutatum in Mehemet, ab eodemque erratum in vocabulorum conjunctione *Abinrosdim*, cum fuisset scribendum *Eben*, & *Rosdin*.

(*b*) Joannes de Gandavo, sive ut aliis placet de Gauduno, & etiam de *Geduno* Perusiæ Theologiam, & Philosophiam summa cum laude docuit. Verum si legi possunt securius, quæ de Anima, de Cælo, & Mundo scripsit; non tamen, quæ in libro de Potestate Ecclesiastica circa annum 1326 ab ipso exarata fuere, ut ut Goldastus Tom. Monarchiæ Imperii p. 18. ipsius vindicias sit aggressus. Hæc eo diximus, ut intelligatur Joannem XXII. Pontificem in Decreto Extravag. anno 1327. merita, justaque causa in ipsum animadvertisse.

PLUTEUS XXIII.

CODICES CONTINET NUM. VI.

In I. Codice hæc sunt.

1. GAlieni libri VIII. posteriores, hoc est a VII. usque ad XIV. *de ingenio sanitatis*. Titulus est. *Incipit liber septimus Galieni intitulatus de ingenio sanitatis*.

2. Ejusdem *de Diagosi* lib. VI. a Burgundione e græco in latinum traducti.

3. Ejusdem de *Simplici medicina* lib. V.

4. Ejusdem *de introductione pulsus*, & *de causis ipsius* liber e græco in latinum translatus a Burgundione Judice Pisano (a).

5. De differentiis Pulsuum lib. II.

6. De *regimine sanitatis* lib. VI.

7. De *Cibis liber*, & *de Alimentis* libri III. Epistola præcedit Fratris *Gulielmi de Morbecha Ordinis Prædicatorum scripta Viro provido*, & *discreto Magistro Rosello de Aretio medico præcipuo*, qua ostendit e græco in latinum has opellas transtulisse, & præmittit capitula singulorum librorum.

8. Ejusdem liber *de motibus liquidis*. Dein aliena manu legitur, *translatus a Johanne filio Ysahc de græco in arabicum* & *Marcus Toletanus transtulit de arabico in latinum*.

9. De *rebus medicis* lib. II. *ad Glauconem*.

10. De *Podagra*.

Adnectuntur quædam cursim de Medicis ipsis, quæ haudquaquam in eorum laudem conferunt; sunt hic, illic notæ una cum Indice rerum omnium, de quibus Auctor disserit.

In Operis fine, Possessor Codicis quinam fuerit, produnt hæc verba. *Ex libris bonæ memoriæ Magistri Joannis Marci de Arimino Conventus S. Francisci*.

Codex est Sæculi XIII.

In II.

Trusiani *Commentarius in Microcronom Galieni*

Ad finem hæc sunt. *Hic liber est scriptus: qui scripsit sit benedictus.*
Scribere qui fecit: pari ratione dicetur,
Scribendi cultor: sanus protendat in idem.
Deo gratias. Amen.

In hujus Operis vestibulo Variorum Epigrammata leguntur; hoc est.

L Pa-

(a) *Ego sane cum in aliquem plausum nominis, & literarum ire desiderem, ut inquit Phædrus, arripio lubens occasiunculam te salutandi, & in lucem sub auspiciis tuis promendi, quæ de Burgundio Judice Pisano mihi sunt non ita recens annotata. Et sane jure merito nostris hominibus aliquis calami ductus impenditur, qui se a barbarie non totos opprimi passi sunt, qui studia utcunque juverunt, & qui densas sæculi tenebras, aliqua luce dispellere sunt conati. Hujusmodi fuit sua ætate Burgundio, sive Borgundius Jurisperitus Pisanus, qui floruit circa annum MCLX.* Ita scribit Laurentius Pignorius lib. Symbolicarum Epistolarum Epist. XXXIX. cui titulus. *Joanni Bonifacio J. C. Adsessori Celeberrimo Historiarum Scriptori Clarissimo*. Huic Burgundioni sunt qui adscribant versiones eorum, quæ in Pandectis græce leguntur, aliaque Opera, præter ea Codicis nostri, transtulisse, hoc est librum *Vindemiæ*, librum cujusdam *Beati Gregorii Nisseni* indubia res est, ut ostendit idem laudatus Pignorius in eadem Epistola. De hac re me monuit eruditus, operibusque suis editis clarus Nobilis Antonius Zirardinus Ravennas. J. C.

Pamelii de *Pica*, *quæ Cæsarem salutavit*, & multa alia ad eundem. (b)
Sunt etiam ad Porsennam de *Lepore*, *&* *Leone*.
Ad Lucanum de *Porcia*.
Ad Cassianum de *Ursa*, *&* *Vipera*.
Ad Rufum de *morte Viperæ*.
Ciriaci Anconitani in Crisolectum (c).
Vegii Carmen Tetrastichon. (d)

Carmina hæc non sunt penitus inepta; inedita sunt, & recentiore manu, quam reliquus Codex, scripta.

Commentarium Trusiani est Sæculi XIV., Carmina vero Sæc. XVI. *Ex libris felicis memoriæ olim clarissimi medici magistri Johannis Marci de Arimino, cui Deus misereatur*. Ita legitur initio Codicis.

In III.

1. *Serapionis Aggregatus in Medicinis simplicibus*, a Syvide Januense de arabico in latinum translatus, divisusque in duas partes cum Indice Capitum, rerumque notabilium alphabetico ordine. (e)

2. *Tractatus primus Johannis Filii Serapionis Medici a Magistro Gerardo Cremonensi de arabico in latinum traductus in volleto*. (f)

3. Ejusdem *Breviarium Medicum* in quinque tractatus distributum.

4. Ejusdem Joannis lib. I. *compositarum medicinarum*, *&* *confectionum meditarum*, *ad sanitatem applicandarum*; cum capitibus per Alphabetum ordinatis.

5. *Diætæ universales salutis*: ad finem earum legitur.

Qui scripsit scribat, semper cum Domino vivat.

6. Diætæ particulares in duos libros divisæ.
Primus de Fructibus.
Secundus de Herbis.

Expliciunt Diætæ particulares Sineraldi Domini Benritedii Judæi.

7. Sequuntur Glossæ Egidii *super usus pulsuum* (non in librum Perihermenias, ut habent pagellæ MSS. Patris Mansii) sed *super usus* &c.

8. Ejusdem *Argumenta*, *&* *Solutiones super varia Aphorismata*. In fine Codicis,

(b) Hunc non esse Pamelium Virum eruditissimum Lovaniensi in Academia litteris excultum existimo, qui sæculo XVI. floruit, quique Cypriani, & Tertulliani opera suis notis instructa prælo dedit, & alia edidit opuscula; sed alium qui floruit sæculo labente XIV. cujus Scriptores Virorum illustrium meminerunt.

(c) Cyriacus Anconitanus sæculo XV. inter primos antiquitatum fuit investigator. Vide quæ Fabricius Bibl. med. & infim. ætatis Tom. p. lib. 3. p. 446. & præcipue Tyraboschius Hist. litter. lib. p. Tom. VI. pag. 146. de eo scripserunt, nec non clariss. æque ac eruditiss. Annibalis Oliverii adnotationes ad nova fragmenta Commentariorum Cyriaci a se edita. Liceat heic mihi dare, quæ habet Ambrosius Camaldulensis clr. suo hodoeperico p. 30. *Adiit nos inter cæteros & Cyriacus Anconitanus, multaque nobis ostendit antiquitatis, cujus curiosissimus erat indagator, monumenta; tum epigrammata vetusta, cum signatos nummos argenteos, & aureos, tum signa*.

(d) Maphæus Vegius ex Laude Pompeja Laudensis natus anno 1407, vita functus Romæ an. 1458. multa conscripsit Opera, quæ in Bibliotheca Patrum Lugdunensi Tom. XXVI. extant.

(e) Joannes Serapion Arabicus Medicus celeberrimus, cæteris omnibus, qui de materia Medica scripserunt, diligentior. Vixit, & floruit sub Henrico IV. Imper. A. C. 1066. Vender Landen de Scriptoribus lib. 1. pag. 681:

(f) Aliquos non defuisse, Eruditis notum est, Scriptores Hispanos, qui multam operam dederint, ut ostenderent Gerardum Auctorem versionis Avicennæ, aliorumque Scriptorum ex arabico in latinum sermonem, non fuisse Cremonensem, sed Carmonensem, e Civitate nempe Carmonæ Hispaniarum, atque in eos stylum acuerint, qui hanc laudem Scriptori Hispano adimere ausi sunt. Ut ut res se habeat, non solum hoc in Codice, sed aliis hujus Bibliothecæ, ubi Auctorum versiones ab ipso factæ reperiuntur, legitur: *A Magistro Gerardo Cremonensi*.

dicis, qui est Sæculi XIV. legitur. *Ex libris felicis memoriæ olim clarissimi viri Magistri Joannis Marci Medici de Arimino, cujus Anima requiescat in pace.*

In IV.

1. *Hippocratis Aphorismata cum Comment. Doctissimi Halj.*

2. Ejusdem Liber *Pronosticorum.*

3. De *virtutibus naturalibus, de compilatione.*

4. De *Elementis* ejusdem Hippocratis, atque cum ejus, quem supra memoravimus, Commentariis.

5. Ejusdem Liber *Regiminis acutorum morborum secundum unamquamque translationem videlicet Græcam, & Arabicam.* In fine: *Explicit Commentum 5. super quartum Tractatum libri de regimine acutorum morborum, qui a quibusdam ascribitur Hippocrati. Commentatus per Galienum.*

6. *Joannitii Tractatus Medicus.*

7. *Joannis Damasceni Aphorismata.*

In Codice sparsim sont notæ ad omnia ferme Hippocratis Opuscola.

Codex Sæculi XIV., & quidem emptus pretio X. ducatorum, ut in ipso Codice notatum est.

In V.

1. *Symonis de Janua* (vero nomine *Symonis de Cordo*) *Synonima.* Ad calcem primi libri. *Expliciunt synonima M. Symonis de Janua cum additionibus M. Mundini de Foro Julii.* Mundini Synonima nondum lucem aspexerunt.

2. *Magistri Thadæi quæstiones circa Febres putridas.* In fine. *Expliciunt quæstiones practicæ disputatæ per excellentem virum magistrum Thadæum, cujus anima requiescat in pace. Amen.*

3. *Gentilis consilium medicum*; verum hoc recentiore manu exaratum.

Codex Sæculi XIV. Nonnullæ hujus Codicis paginæ tineis corrosæ sunt, & abrasæ. Codices ultimi quattuor hujus Plutei pelle alba cooperti.

In VI.

1. Avicennæ de *Anima* Pars 1. 2. & 3.

2. Ejusdem lib. sextus *de naturalibus.* Hoc Opus ita inscribitur. *Sextus de naturalibus Avicennæ Filii Regis Abuchalii Arabici, ex arabico in latinum deductus a Magistro Gerardo Cremonensi.*

In fine legitur. *Altissimo Deo Omnipotenti, & omnibus Sanctis suis sint gratiæ infinitæ, & B. Secundo virtus....consumatus liber de Animæ Avicennæ Filii Regis Abuchalii arabici, anno ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi MCCCXX. die Jovis XII. Id.s Novembris Pontificatus Joannis Papæ XXII. anno IV., per manus Bartholomæi de Ledula.* (g)

3. Averrois libri duo *de Generatione, & Corruptione*; & commentaria sunt in Aristotelem.

In fine hæc sunt. *Anno MCCCXXI. Pontificatus Divi Joannis XXII., an. V. idem Scriptor in Festo SS. Jacobi, & Philippi prima die Maji in Domo ad Nismossetos in vico byenæ partis.* (b)

L 2 4. Tan-

(g) Operis Avicennæ de *Anima* in fine haberi notavimus. *Altissimo Domino Omnipotenti, & omnibus Sanctis suis sint gratiæ infinitæ, & Beato Secundo.* Quis unquam fuerit Beatus ille Secundus eo loci non ostenditur; verum in libro de *Causis* cum Commento legitur ad finem: *Ad honorem totius individuæ Trinitatis, & Beati Secundi Aste.* Igitur est ille Secundus Martyr Urbis Astensis, de quo in Martyrologio quarto Kal. Aprilis: *In Urbe Astensi Sancti Secundi Martyris.* Similiter in eo Codice legitur: *Incipit Prologus Translationis: Benentisso Toletanæ Sedis Archiepiscopo, & Hispanorum Primati Joannes Avendenech Israelita phs. in gratum servitutis obsequium.*

(b) Superest ut explanemus ea: *in Domo ad Nismossetos in vico Byennæ partis.* Bartholomæus de Ledula, (quæ ignobile tunc Oppidum erat) scripsit Opera illa in domo sita prope celebrem illam, nobilemque Familiam *Nismosseti* appellatam, cujus

4. Tandem *Alberti de Generatione, & Corruptione.*

In fine. *Consumatus in manu Bartbolomei de Ledula Alberti super libros de generatione, & corruptione Aristotelis Anno MCCCXXI. in Festo S. Remigii, die Jovis, prima die Octobris, Imperatore nullo, Galliis regnante Philippo, Pontifice Joanne* XXII.

In hujus Codicis principio *Vener: & discreto Viro Domino Bartbolomeo de Balduinis, Civitatis Alberitanæ.*

Ante Avicennæ, aliorumque Opera in pagina tantum una Epistolæ sunt *Plinii ad Nanium Maximum; ad Decium Clementem* (hujus Epistolæ ad Decium in Codice fragmentum extat) *& ad Fabium Justum*; de quibus alibi erit sermo.



PLU-

cujus ædificium in parte Civitatis erat Byenna dicta. Ita sentiunt Viri eruditi Hispani Abb. Aymeris, & Gallizà. Tandem nonnullæ aliæ in Codice adnotationes sunt idem, ut puto, significantes, sed deletæ. In una earum, quæ aliquantulum legi potest, memorari comperi *Bartholomeum de Ledula Alberti quendam de domo puerorum*; ideoque ex illis pauperculis fuisse hunc arbitror, qui in una domo pie vivebant.

P L U T E U S XXIV.

CODICES IN EO SUNT NUM. VI.

In I. Codice hæc occurrunt.

1. IN Nomine Domini Nostri Jesu Christi incipit Etymologiarum Isidori Hispalensis Episcopi lib. primus. Omnes libros, qui numero sunt XXVII., præcedunt capitula earum rerum, de quibus disserit. Hoc in Opere diligenter observandum, librum X., post Caput IV., cujus titulus est de *hæresibus Judæorum*, continere caput V. cum hoc titulo: *Indiculus Hieronymi de hæresibus Judæorum*, *& Christianorum*. Jam vero, quæ ab Isidoro percensentur, non eadem sunt, immo discrimantur ab iis, quæ ibi Hieronymo attribuuntur, ideoque de hoc opusculo in fine hujus libri erit sermo. Ad margines omnium librorum eadem scriptæ manu voces sunt, & nomina rerum, de quibus in singulis capitibus est sermo. Libri duodecimi pagina una est, quæ in ejus medietate penitus avulsa ordinem lectionis non servat; & in Capite libri XIII. *de Ventis* depicta rudîter est figura, quæ quattuor Cæli partes distinguit instar Circuli, cujus centrum scriptum exhibet CELUM, e quo radioli sunt ad peripheriam ducti, ac inter eos descriptæ omnium Ventorum species.

2. Junilii *Instituta Regularia*, quæ Procemium habent, & incipit. *Sancto*, *ac Beatissimo Episcopo Primasio &c.* & definit. Ego *autem*, *quia totum dedi*, *plus obtuli*.

3. Anonymi *Glossæ in Alphabetum*.

4. Isidori *lib*: *Differentiarum*.

5. *Ciclus Paschalis* cum suis figuris.

6. *Genealogia totius Sacræ Scripturæ*, cum persecutionibus Christianorum. Opus est jucundissimum, & in multis magni pretii: Glossas in Alphabetum, sicut & reliqua deinceps (excepto libro *Differentiarum*) nondum lucem vidisse suspicor.

Codex est Sæc. XI.

In II.

Petri de Abano *Expositio Problematum Aristotelis*.

In fine hæc sunt. *Hoc Opus scriptum est per me Joannem de Vaccbis de Brixia Chirurgicorum minimum*; *& completum Anno Domini nostri Jesu Christi MCCCLI. die XXV. Junii*, *de quo & gratiæ*, *& laudes infinitæ Deo.*

In III.

1. Magistri Gulielmi Placentini Opus de *re medica* libros IV. complectens, cum suis capitulis ad quemlibet librum, & notis cum lateralibus, tum ad paginarum extrema appositis (a)

In fine. *Explicit liber IV.*, *& ultimus practicæ Magistri Gulielmi de Placentia*, *cujus Animam Deus benedicat. Amen.*

2. Thaddæi de Florentia *Consilia Medica*. (b)

3. Gen-

(*a*) Non Gulielmi, ut notat Tabella huic Pluteo affixa, sed Guillelmi Placentini de Saliceto legendum. Medicus iste floruit circa annum 1270. Vide Trithemium cap. 479. Hisce duobus Codicibus III., & IV., omnis quantum puto ejus Opera continentur. Habent namque libros IV. de universali medicina, sive summam Conservationis, & curationis, ejusque Chirurgiam. Opera jam vulgata primum Lipsiæ an: 1495. secundum Venetiis an: 1546. Extant in Codice, & formulæ pro morbis quibusdam medendis, & adnotatio ad Chirurgiam, quorum Operum nulla fit mentio in Bibliotheca Lindenii, & Menklini.

(*b*) Thaddæus Florentinus in Academia Bononiensi Philosophiæ, ac Medicinæ Professor clarissimus ibi obiit anno 1303. Multum ad ipsius laudem conferre ea possunt, quæ in oratione funebri

3. Gentilis de Fulgineo *Consilia medica*. (e)

4. Alberti de Zangaris *Consilium ad Calculum*.

5. *Mondini Bononiensis Tractatus ad inveniendam dosim cujuscumque medicinæ*; cum indice copioso capitum ad materiam ejusdem operis pertinentium, modo brevibus, modo longis. Opuscula hæc instructa sunt notis. (d)

Extat etiam hoc in Codice *Consilium de Peste Perusii grassante anno MCCCXXXXVIII.* Codex est ejusdem Sæculi.

In IV.

1. Gulielmi Placentini de Saliceto lib. V. de *Chirurgia* cum figuris: Adest index copiosus ad omnes libros, atque notis multiplicibus libri explanantur.

2. Ejusdem *formulæ pro morbis quibusdam medendis*.

In fine: *Ex libris bonæ memoriæ Magistri Joannis de Arimino, Conventus S. Francisci de Cæsena*. Codex est Sæc. XIV.

In V.

1. Almansoris liber de *Anatomia*; & hujus libri Auctor est *Rasis*. Vide cap. VI. Biblioth. Græcæ Fabric. Tom. XIII. pag. *266*.

2. Ejusdem de *morbis hominum*, deque rebus aliis medicis.

In fine Operis futilia quædam, & superstitiosa addita cernuntur, quæ non exscribenda ducimus. In extremo paginæ limbo hoc est effatum. *Nulla pestis pejor est ad nocendum, quam familiaris inimicus*, Codex est Sæculi XIII.

In VI.

1. Magistri Thaddæi *Glossæ Super Tegm. Galieni*.

In fine hæc sunt verba. *Expliciunt Glossa Magistri Thadei Super Tegm: compilatæ, & completæ a vigilia Domini*.

Dein legitur. *Finis adest Operis, mercedem posce laboris*.

Super libros Tegm. Glossas alii Viri scripserunt, qui in Codice descripti sunt, videlicet *Bononiensium Magistri Benencase de Clericiano; Magistri Angeli de Bulseno*, aliorumque.

2. Tandem ejusdem Thaddæi *Aphorismata*, quæ tamen mutila conspiciuntur.

Est completus liber recurrentibus Annis Domini MCCLXXXIII. die X. Septembris, Verba sunt Librarii.

PLU-

nebri pro Laurentio Mediceo Neapoli habita scripsit Aurelius Martoranensis Episcopus. Sed vide Bibliothecam med. & inf. ætat. lib. XIX. pag. 221 Joannis Alberti Fabricii.

(e) Gentilis Fulginas Medicus insignis, & Archiater Joannis XXII. Perusiæ ultimum clausit diem anno 1348., ut quidam Historici scripserunt, sed suæ mortis annus aliquantulum promovendus est. Nam inter Medica ipsius consilia illud in Codice extat ab ipso elaboratum pro Peste, quæ Perusium afflixit, anno scilicet 1348. & ex eis, quæ eo in Consilio describit, dignoscitur illud ab eo non editum anno ipso suo emortuali, sed postea: non igitur eo anno mortuus est.

(d) A Mundino de Lentiis Florentino Medico, & Anatomico distinguendus est Mundinus Bononiensis, cui inscribuntur in hoc Codice Tractatus varii ad inveniendam dosim uniuscujusque Medicinæ. Cum autem visenti Bibliothecam nostram ad sinistram ingredientium mihi inspicienda occurrerint in Pluteo XIV. Synonima Magistri Simonis de Janua, cum additionibus Magistri Mundini de Forojulio, non ambiguum hinc eruo argumentum ad tres ejusdem nominis Auctores plane diversos agnoscendos. Qui autem Synonima medica Mundino tribuunt, erroris arguuntur; & tandem conjicimus additiones ad Synonima Simonis de Janua esse Mundini de Lentiis Florentini.

P L U T E U S XXV.

CODICES HABET NUM. VII.

In I. Codice hæc ſunt.

1. GAlieni Medicorum principis de Elementis liber.
In fine. *Explicit liber Elementorum Galieni principis medicorum ſecundum græcam translationem. Amen. Deo gratiæ ſint infinitæ.*
2. Ejuſdem de *virtutibus naturalibus lib. III.*
3. De *Complexionibus lib. III.*
4. De *malatia complexionis liber.*
5. De *criticis diebus lib. II.*

Omnes hi libri a Magiſtro Gerardo Cremonenſi tranſlati ſunt in latinum.

6. Opus autem de *Criſi* in duas partes diſtributum eſt, quarum prima unum continet librum, altera vero tres.
7. Ejuſdem *de ſignis membrorum interiorum ab Eſophago uſque ad inteſtina, & renes.*
8. *Secretorum liber.*
9. De *Diſpermate liber.*
10. *De accidente, & morbo* lib. VI. Verſiones ſuperiorum librorum hujus Codicis eumdemne hunc Gerardum, an alios auctores habeant, ignoramus.

In inferiori margine primæ paginæ legitur: *Liber eſt fælicis memoriæ olim Clariſſimi Viri Magiſtri Joannis Phyſici de Arimino.* Hujus eſſe arbitror nonnullas, quæ in hoc Codice obſervantur, marginales notas. Codex eſt Sæculi XIII., & conſpicuus ob varias curioſas Icones, ac animalcula quædam monſtruoſa exhibentia aliquando faciem perſonatam.

In II.

1. Ejuſdem *de ingenio ſanitatis libri XIV.* Horum primus mancus.
2. Tractatus III. Galieni *de complexionibus tranſlati a Magiſtro Gerardo Cremonenſi.*
3. *De juvamento membrorum* lib. X.
4. *De Sectis Galieni.* Extat etiam hoc opuſculum in ſuperiori Codice, & in ejus margine legitur; *aliter appellatur liber hæreſum.*
5. *De Spermate.*
6. *De Juvamento anenellitus.*
7. *De malitia complexionis.*
8. *De Differentia pulſuum.*
9. *De Pulſu, quem librum tranſtulit Johannes Filius Iſaac de græco in arabicum; Marcus Toletanus de arabico in latinum.* Binæ igitur illius libri verſiones factæ ſunt, & ita extant in Codice noſtro.
10. *De compendioſitate pulſuum a Burgundione Judice cive Piſano in latinum liber translatus anno Incarnationis MCLXXXV.*
11. *De accidente, & morbo.*

In fine. *Ex libris clariſſimi viri Magiſtri Joannis Marci de Arimino.* Huic ipſi merito etiam adſcribendæ videntur notæ in Codice ubique exaratæ.

Codex ejuſdem Sæculi, ac ſuperior.

In III.

In III.

1. Habuhali Principis lib. II., & IV. *Canonum de Complexionibus Medicinarum singularium*,

2. Ejusdem de *curatione ægritudinum accidentium unicuique membro a vertice capitis ad pedes usque*.

3. Ejusdem *peculiares Canones*.

4. *Aviceunæ de morbis corporum*, *eorumque structura lib. IV.* cum notis Marci de Arimino.

In Codicis prima pagina ipsius Habuhali effigies eleganter cernitur depicta. Codex est Sæculi XII.

In IV.

1. *Theisir Albumaronis in medicinam practicam* liber cum tabula rerum, quas continet. (a)

2. Ejusdem *de Ægritudinibus intestinorum lib. II.*

3. Ejusdem *de Febribus lib. III.*

4. *Mehemeth avenstost Almintosdin*, *sive Aloys liber in medicina*, *& Colligeth nominatur*, *translatus a Magistro Bonacosa hebræo*, *in Civitate Padua anno MCCLV. studio ibi vigente*, (b) *in quibus de anatomia*, *de sanitate*, *de causis accidentium*, *de febribus*, *de medicinis simplicibus*, *aliisque agitur*; & libri sunt VII,

5. Messue *additio practica* cum suis Capitulis, quæ disputationem de origine *nominum medicorum complectitur*. (c)

6. Tandem *Magistri Pucci de Luca medica disputatio*.

Codex est Sæculi XIV.

In V.

1. *Haboali Abiusteni lib.* V. Primus est *de rebus universalibus scientiæ medicinalis*.

2. *De medicinis simplicibus*. (d)

III. De

(*a*) Hujus Operis titulus est *Theizir*, ut etiam legitur in Biblioth. græca Joannis Alb. Fabricii Tom. 13. pag. 20. *Theizir* nihil est aliud, quam interpretatio, rectificatio medicationis, & regiminis; arabice *Theizir debalvod.ma vobaltabir*; ita Vander Linden de Scriptoribus medicis lib. 1. pag. 2. Codex sex continet libros jam Venetiis editos in fol. 1576. Biblio. real. med. M. Martini Lipenii pag. 106. Scriptor ille Arabo Medicus floruit circa annum Christi 1130, sive ut aliis arridet 1160.; nomen ipsius *Abomeron*, *Abymeron*, & etiam *Abomer*; cognomen vero fuit *Albenzor*, sive *Abynsor*. Codex legit Theisir Albumeronis.

(*b*) Es quæ ad Codicem quintum Plutei XXII adnotavimus, ad ostendendum valent hujus Operis scriptorem fuisse Averroem. Quæ porro sequuntur in Codice: *translati a Magistro Bonacosa anno MCCLV. in Civitate Padua Studio ibi vigente*; quam clare commonstrant, Scriptores nostri ævi immerito vulgasse Studiorum Patavii Universitatem post sui exordium (quod sane fuit ad Sæc. XIII. initium) statim a pristino suo ferme honoris desciviſſe statu, & sub finem ejusdem tantummodo sæculi refloruisse. Ut hoc demonstrent, utuntur veteri testimonio Guillelmi Cortusii, qui Hist. de Novit. Paduæ lib. 1. cap. 11. & anno 1310. scribit. *Erat Padua armis*, *& equis plena*, *& aliis divitiis infinitis munita*, *& turribus*, *& aliis ædificiis delicatis. Forenses de diversis partibus veniebant Paduam ad refugium salutare. Sapientibus Viris Doctoribus in qualibet arte liberali Religiosis Viris splendida*. Sed hoc testimonium, ut nemo non videt, nihil prorsus evincit.

(*c*) Additio practica Messue ea est, contra quam Antonius Gulfredus Apologiam conscripsit una cum cribratione medicamentorum Campegii editam Lugd. anno 1534. Floruit Messue Medicos inter Arabes circa medium sæculum nonum. In Biblioth. Lindenii Canones memorantur, quos Mundinus de Lentiis Florentinus dedit super Messuen.

(*d*) In hujus Plutei Codice III. Operis titulus est: *Habuhali principis Canones de complexionibus medicinarum singularium*: qui Auctor in sequenti pagina etiam Habuhali nomen habet, ut supra indicavimus. Codex quintus ejusdem Plutei ita inscribitur, *Haboali Abiusteni lib. V.* His nominibus non alius, quam Avicenna scriptor ille celeberrimus designatur.

Quam in rem audire suffecerit, quæ habet Fabricius Biblio: græca cap. 19. pag. 288. *Is Auctor dictus fuit Aboali*, *seu Abuali Ibn David*

3. De *ægritudinibus, quæ fiunt in membris a capite usque ad pedes, manifestis, atque occultis.*

4. De *peculiaribus ægritudinibus, quæ, cum accidunt, non sunt proprie, & unice in membro.*

5. *De componendis medicinis.*

Isti omnes libri translati sunt *a Magistro Gerardo Cremonensi de arabico in latinum in Toleso:* ita in Codice legitur.

Initio Codicis imago insigniter elaborata ipsius Habuhali puerum docentis.

Codex est Sæculi XIII.

In VI.

1. Avicennæ *Inductio prima de universis ægritudinibus capitis, & ejus partibus,* speciatim de *oculis, auribus, aliisque partibus exterioribus, & interioribus, malisque curandis, quibus subesse possunt.*

2. Ejusdem *de partibus pectoris.*

Codex adnotationes adjectas habet, quas puto esse Joannis Marci cl. Viri, cujus fuit olim is codex, qui quidem est Sæculi XIV.

In VII.

Petri de Abano Paduani *Conciliator Litium Medicinalium*, cum catalogo omnium capitul.; verum is catalogus imperfectus est. (e)

In fine. *Scriptus Paduæ an. MCCCX. Christi*, & Magister Joannes Marci de Arimino possessor. Codices III. IV. V. VI. VII. in fine habent aliena manu: *Ex libris bonæ memoriæ Magistri Johannis Physici de Arimino Conventus Sancti Francisci de Cæsena.*



vid (Ibnu autem idem est ac Ebn, & significat filium) *el Mistri, sive Ægiptius*, (1) dictus etiam *Abboali Asen Filii* (2) *& Abu Hali, qui filius eius primogenitus Hali, nomen & ipsum inter Medicos celebre*; tandem *Aboali Aviceni .... lib. V. a Gerardo Cremonensi in latinum translati.* (3) Avicenna igitur horum Operum Auctor est, cumque Gerardus, qui versiones ipsius operum elucubravit, modo uno indicat nomine, modo altero. *Appellatus est Eben Hali, quia Pater ejus Hali dictus, nomenque Patris in Filium Avicennæ primogenitum transmissum qui dictus est Hali*, quem Pater edocuit, ut imago ipsius Abuhali in Codice existens commonstrat.

1. Compendium ex Opere Rasia de Medicamentis MSS. in Biblioth. Medicea.

(2) Constant ex Codice Vaticano qui olim fuit Biblioth. Reginæ Sveciæ: ita Hottingerus in Analectia part. 1. pag. *295.* & ex Historia Ecclef. fæc. X. pag. *46.*

(3) Montfauconius in Biblioth. Biblioth. vidisse ait, Codicem in Biblioth. S. Vincentii de Besangon illis nominibus prætitulatum.

(e) Petrus de Abano, sive de Apono, qui vicus est Agri Patavini, appellatione etiam Petri de Padua nonnunquam venit. Ita enim appellatur in Codice Bibliothecæ Regis Galliarum, cujus est titulus. *Liber compilationis physionomiæ a Petro de Padua in Civitate Parisiensi*; ut testatur Fabricius in Biblioth. med. & infim. ætatia. Extant in hac nostra Bibliotheca duo Codices, quorum unius in Pluteo XXIV. mentionem jam fecimus continentis Problematum Aristotelia expositionem, opus Parisiis inceptum, & absolutum Patavii, nam ad finem illius Auctor ipse id testatur. Sæculo quo vixit Petrus, fuit Codex exaratus post ipsiua mortem, quæ an. 1316. contigerat. Secus de Codice hoc *Conciliator* inscripto, qui fuit exaratus an. 1310. Igitur, cum e vita migravit an. *1316.*, annos quinque ante ejua mortem conscriptua.

PLUTEUS XXVI.

CODICES NUMERO VI.

In I. Codice hæc occurrunt.

1. Avicennæ Opera de *Corporum distinctione*, *eorumque membris*.
2. Ejusdem de *Sanitate*, & *Ægritudine*.
3. De *viribus*, & *medicinis cordialibus*.
4. De *differentiis Febrium*, cum adnotationibus ad margines.
5. De *Criticis diebus*.
6. Ejusdem *glossæ de Theorica Medicinæ doctrina*.
7. De *Cathegoria febrium per varios ramusculos distributa*.
8. *Magistri Thadæi super librum Pronostich. Hippocratis*.
9. Anonymi Auctoris erudita quædam ex Bohetii libris decerpta de consolatione Philosophiæ.
10. Præsagia anni 1297. tempore Bonifacii VIII. anno V.
11. *Bullæ indulgentiarum* ipsius Bonifacii an. MCCLXXXXVIII. (a)
12. Clementis (quinti) Pontificis ad diem præcipue Veneris ab aliis Hebdomadæ diebus distinguendum hæc sunt. *Quia die Veneris Adam plasmatus fuit; in die Veneris peccavit Adam; in die Veneris occidit Cain Abel Fratrem suum; in die Veneris diluvium super terram; in die Veneris occidit David Goliad; in die Veneris decolatus fuit S. Joannes Baptista; in die Veneris Dominus fuit crucifixus; in die Veneris fuit lapidatus B. Stephanus; in die Veneris fuit crucifixus Beatus Petrus, & Paulus decolatus; in die Veneris erit pugna ante Christi adventum in terra; & in fine Mundi Elias, & Enoch, & omnes tribus sunt venturæ die Veneris*. (b)
13. Sequitur Almanach conjunctionis Solis, & Lunæ; cujus tabula est a Magistro Compagno composita.
14. Anonymi Comment. *in Decretales*.
15. Designatio Milliarium Lutetia Romam.
16. In *Gallos Vaticinia*.

Codex est. Sæc. XIII. non solum in multis curiosus, sed in nonnullis eruditione plenus, & merita, justaque de causa in pretio habendus.

In II.

(a) Ea est Bonifacii VIII. Summi Pontificis Bulla, (quæ primum in Codice venit) quam dedit pro Jubilæi restauratione, non institutione, uti quidam prave putant. Nam ante Bonifacium VIII. centesimo quoque anno etiam Romæ Jubilæum fuisse celebratum satis est compertum ex Constitutione ipsiusmet Bonifacii, quam habes Extravag. commun. lib. 5. cap. *Antiquorum*. Vide etiam Phœbeum de anno Jubilæi, & Cardinalem Petrum in Constitutione 7. Bonifacii VIII. Tom. 3. pag. 305. num. 9.

In nova collectione plurimarum Constitutionum Apostolicarum diversorum Pontificum Romanorum Laertii Cherubini Romæ MDCXVII. Tomo primo pag. 145. initium præfatæ Bullæ est præter usitatum titulum. *Antiquorum habet fide relatio*. Excripta vero in nostro Codice habet. *Ad certitudinem præsentium, & memoriam futurorum antiquorum habetur*. Sic etiam finis ejusdem Bullæ in Codice est. *Datum Laterani XIIII. Kal. Martii Pontificatus nostri anno VI.*, & in Bullarum collectione legitur *Datum Romæ 8. Kal. Martii Pontificatus nostri anno VI.* Binæ Bullæ quæ sequuntur non nisi sunt præcedentis confirmationes.

(b) Piam fuisse Clementis V. Pontificis meditationem arbitror eam, quæ scripta in Codice occurrit de XII. Veneris diebus. Initium namque in Codice ita se habet. *Ego Papa Clemens prædico vobis de Vita Eterna invocatione Apostolorum, quod Dominus dixit ad Beatum Petrum Apostolum magnum miraculum de istis XII. diebus Veneris*; deinde sequitur ut superius exaravimus.

In II.

1. Avicennæ de *Animalibus* Liber.

2. Ægidii de Roma in lib. *Elenchorum*. Hoc Opus Frederico Imperatori Romanorum dicatum.

3. Ejusdem *Ægidii de Roma Ordinis Fratrum Eremitarum S. Augustini* in Lib. Porphirii; idest *de universalitate*, *possibilitate*, *in quantum predicabile*; & lib. X. *Principiorum* in lib. *Periermeniarum Aristotelis*; in lib. *priorum*, *topicoruus*, *elenchorum*; & demum *posteriorum*. Demum occurrunt Tituli omnium quæstionum, quæ sunt num. 247; & in fine legitur. *Expliciunt tituli quæstionum super libris Elenchorum*.

In fine quædam ad Geometriam pertinentia circa lineas, quæ rationales, & irrationales a Geometris merito solent appellari, sane non spernenda; sunt scripta manu recentiore: Intelligitur tamen illa etiam ætate rerum geometricarum notitiam Philosophos non neglexisse. Codex est Sæculi XIV.

In III.

1. Guilielmi de Brixia *consilia Medica XII.*, quorum duo postrema sunt, *de cura nimiæ abundantiæ lactis in mamillis*, & *de cura diminutionis*.

Sunt quædam ex textu deprompta, & in margine posita ad majorem intelligentiam.

2. Gentilis de Fulgineo *consilium ad curandum morsum ab serpente de genere aspidum surdorum Juveni illatum in pede*.

3. Anonymi Comment. in Opus *Topicorum Aristotelis*, cujus est initium: *Triplex est principium immediate causans rei*, *scilicet natura*, *mos*, & *ratio*, *vel penes hoc triplex principium sumitur rerum*: *genus idest naturale*; *morale*; & *rationale*, *quod naturale est de rebus naturalibus*; *morale de moribus*; *rationale de rationabilibus*. Finis autem est. *Spirituales secundum suum esse*, *consequenter universales*.

In ultima pagina hæc sunt: *Totum*, *quod est in marginibus hujus libri est additamentum de Scripto Fratris Angeli de Arimino*; in decem primis libris notæ extant copiosiores. Codex Sæculi: XIII.

In IV.

Regalis dispositio Aly filii Abas discipuli Abincer ad regem magnum principatus fortitudinem in Medicinam, continens XXV. capita, quæ libros componunt X. translatos *a Stephano*, *Philosophiæ discipulo ex Arabico Idiomate in latinum*. Hi porro libri in decem Sermones distribuuntur. Notandum est, *nonnulla pertinentia ad enumeratos antea Aly Sermones*, *cum deficerent*, *scripta fuisse*, *in uno quaternario*, & *per Alphabetum signata*. Hæc ita in eodem Codice leguntur.

In Operis fine extat...... *post de Arabico in latinum translata*, (hoc est dispositio Aly) *scriptaque ejus manu Antiochiæ anno a Passione Domini* MCVII. *Mense Januario*, *die XXVI. feria IV.* (c)

(c) Ea, quæ in Bibliotheca Græca Fabric. locis antea indicatis occurrunt, huc maxime faciunt. *Aali*, *sive Halii Ibn al Maginschi*, sive Magus, discipulus celebris Doctoris *Abu-Maher Moussa ben Jasser*, circa an. Christi 1100. claruit, & scripsit Opus celebre, & ante Canonem Avicennæ evulgatum inter Arabes frequentissimi usus, cujus titulus *Malcki*, *sive Kamel al Sanaat al Thabbiat*, *sive Thesaurus artis Medicæ divisus in partes duas theoricam*, & *practicam singulis libros decem complectentibus*, *opus spissum*, *quod latine ex arabico vertit Stephanus*, *nescio quis Philosophiæ Discipulum se vocitans*. Si Thesaurus artis medicæ illud Opus fuit appellatum, merito titulus illi est *Regalis dispositio Aali*, *sive Halii*, qui Auctor fuit, & discipulus Doctoris Abon-Maher. In Codice legitur *Abumaher* quia, ut notavimus, in more apud interpretes positum erat, ex pluribus arabicis nominibus unum conficere *Ibn Aabas*, idest Filius, & ideo Filii *Aabas*. Deinde traductionem illam Stephani fuisse clare ex Codice patet, quæ ex Bibliotheca græca Fabric. Venetiis prodiit anno 1492. Hæc etiam duas in partes distributa, quarum quælibet, etiamsi non quinque præferat libros, quinque tamen complectitur Sermones, ut decem constituant.

Ad Codicis extremum legitur. *Post de arabico*

Deo gratias rerum principio, & fini, a quo principia, per quem pervenitur, & omnium est scientia rerum finis.

Sequuntur deinde in Codice versus viginti tres, quem numerum singulæ Alphabeti litteræ indicent, explicantes; primus, postremusque eorum versuum sunt hi.

A. Possidet A numerum, quingenti est ordine recto. CCCCC

. . . .

. . . .

Z. Ultima zita canit finem bis mille teneri. MM.

Sunt etiam in Codice Nomina plantarum arabico latina.

In V.

Senecæ Tragediæ, cum argumentis, & notis in margine, ac quibusdam interlinearibus. Specimen sit argumenti: *Bene dico Soror, quia solebam esse uuor: modo Jupiter non plus mecum agit, ideo Soror sum.*

Notæ incipiunt. *Argumento præmisso scilicet, quod ista Tragedia continet actus V. prout esse debet. Nam non debet cucedere, nisi contingeret ex licentia. In quorum primo Auctor ponit conquestionem Junonis de Hercule, quem Deificandum sentiebat. Similiter. Hinc clara Castor, & Pollux Filii fuerunt Jovis concubentis cum Leda in forma Cycni.* Effigies hujus Fœminæ Cælum habitantis visitur, ipsiusque Auctoris cum quibusdam animalibus ad initium cujuscunque Tragediæ. In fine legitur. *Ultima pars hujus actus, in quo introducitur chorus commendans Herculem propter ejus bona Opera, & omnia facta. Secundus chorus facit petitionem ad eundem Herculem, ut eos defendat.*

Codex accuratissime scriptus Sæculi XII. Ast argumenta, & adnotationes recenti manu exaratæ.

In VI.

Ægidii Romani Ordinis Fratrum Eremitarum S. Augustini de *Principum Regimine, & Reipublicæ, & Civitatum* lib. III., quorum quilibet in duas partes est divisus cum suis summariis. (d)

Ante initium Operis hæc extant. *Pretium ipsius libri est Ducatos quinque.*

Codex est Sæculi XIV.

BI-

bico in latinum translata..... Scriptaque ejus manu Antiochiæ. Si ita res habet; igitur qui verterat ex Arabico in latinum, etiam scripsit, ac proinde Stephanus: autographum erat illud exemplar, quo scriptor est usus, & Antiochiæ scriptum, quo conjicimus Stephanum vel Antiochenum, vel ibi commoratum. Deinde Auctor egregii illius Operis floruit an. 1100; versio facta anno Domini MCVII, die XXVI. Januarii die Jovis. Initio itaque Sæculi XII. præclari illius Interpretis dignoscitur ætas, ipsiusque eruditio clarescit.

Scias, benevole Lector, me in enuntiandis, describendisque Scriptoribus Arabibus, aliisque rebus ad eos pertinentibus recensitas Bibliothecas, ac Auctores consuluisse, qui de iis differuerunt. At nonnihil me errasse timeo, quum viderim in eorum libris Arabum Auctorum nomina quandoque diversitatem præseferre, & præcipue legerim in magno illo Opere inscripto. *Historia universale dal Principio del Mondo fino al presente tradotta dall' Inglese. Fa d' uopo, che noi osserviamo in questa nota, che le differenti posizioni, ed omissioni de' punti diacritici ne' nomi propri Arabi secondo che appariscano in differenti manoscritti, fanno, che sia difficile a determinare di quali lettere fossero originalmente formati tali nomi propri.* Postea nonnulla ibi exhibentur exempla MSS. ad hanc rem ostendendam. Hæc in adnotatione A Voluminis XXV. pag. 25. Et revera in nostro hoc Codice sub initium translationis Sermonis secundi Inscriptio ita se habet. *Haly filii Habas sermo, qui dicitur Regalis Dispositia, discipuli Abimehet Moysis filii Seiar*; & sub finem tertii Sermonis; *Haly filii Abiucher &c.*

(*d*) Ægidius Columna, sive de Roma in lib. Porphirii scripsit, ut constat ex Codice II. ejusdem Plutei. Verum hoc Opus est illud præclarum ab aliquibus inscriptum de *Principum institutione*; rectius tamen Codex legit de *Principum regimine, & Reipublicæ, & Civitatum.* Opus sane hujusmodi Hebraice, & Gallice versum, ut notat Rev. Wolfius Tom. III. Bibliothecæ Hebrææ pag. 1206., & Molierius, qui hunc librum valde commendat, & pariter Cornelius Curtius in Elogiis Augustinianorum pag. 81., & Philippus Elssius in Encomiastico Augustiniano pag. 51. Tandem Alanus Linensis celeberrimus Anglus Carmelitanus librum de *regimine Principum*, qui inscribitur *Ægidius*, adornavit.

BIBLIOTHECÆ MALATESTIANÆ CATALOGUS

PARS III.

Quæ tres reliquos continet Pluteos,
Qui Exemplaribus Græcis sunt referti.

PLUTEUS XXVII.

CODICES IN EO NUM. V.

Præter unum Petri Lombardi jam impressum, de quo in fine.



In I. Codice hæç occurrunt.

1. Δημοσθένους λόγοι Καὶ Ἐπιστολαι. *Demosthenis Orationes, & Epistolæ.*
Præcedit sine Auctoris nomine vita Demosthenis hac inscriptione litteris majusculis.

ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ ΒΙΟΣ

2. Et ita incipit. Ὁ περὶ δημοσθένους βίος τοῦ ῥήτορος ἀναγκαῖος ἐστι τοῖς ἐπὶ ῥητορικὴν ἀσκοῦσιν αὐτοῖς πολλὰ γὰρ ὁ βίος αὐτοῦ φέρει τοῖς μαθοῦσιν ὠφέλειαν. scilicet. *Demosthenis oratoris vita necessaria est iis, qui in arte oratoria se exercent; multam enim utilitatem fert discentibus ipsius vita.* (a)

Hæc ipsius Vita tria circiter occupat folia, postque illam sequuntur argumenta Orationum ad num. κγ idest 23., & Epistolæ ejus. Deinde Olynthiacæ, Philippicæ, & alia omnia, quæ sunt typis edita, ita ut Codex perfectus sit, ubique tamen marginales sunt notæ, & interlineares græcæ, quæ ad majorem Demosthenis operum intelligentiam conducunt.

Describamus nunc jam Codicem. In aversa primi folii parte Crux extat totum paginæ spatium occupans, sed ea non picta; verum filis e lino, sive alia materia ruditer quidem, sed tamen exquisito opere elaborata, ipsique paginæ firmiter adglutinata. Crucis forma ea est, quæ triplex vocatur, seu cujus stipes tribus transversis stipitibus secatur (b) Observandum est in ea Cruce, stipitem transversum, qui in

(a) Scriptor vitæ Demosthenis præ ceteris ostendit ipsum audivisse suum Platonem Philosophum Virum, cujus eloquentissimo utens colloquio philosophicis de rebus, præstantissimus & ipse est formatus Orator. Demosthenes itaque haudquaquam ab eo præcepta accepit recte, certisque suis locis Rhetoricæ figuras adhibendi, immo hujuscemodi documentis caruisse narrat, & tamen quis, quantusque fuerit Orator Demosthenes nemo non novit. Quod exemplum esse posset Præceptoribus, ne tot præceptis studiosorum juvenum ingenium defatigent, quippe hæc mentem onerant, neque iis fit potestas ad apte, eleganterque scribendum; bene vero in legendis, ut mihi ipsi sum auctor, assidue volvendis, atque imitandis disertissimorum Virorum scriptis, inde vel documenta suos ad usus capiant, vel elegantiam, veneresque mutuentur Orationis.

(b) Usum illius formæ Crucis demonstrant nonnulla Christianorum monumenta, & præcipue vetustæ illæ Græcanicæ Tabulæ depictæ, quas a Gazophilacio R. R. P. P. Canonicorum S. Genovefæ Parisiensia delineatas edidit Ducangius Differt. de inscr. Ævi Numis. pag. 13.

in medio est, quiqué in sectionis puncto dextrorsum habet gladium, sinistrorsum vero lanceam exporrectam duobus reliquis esse longiorem, ita tamen, ut stipes superior longior sit infimo. Et si conjecturæ est locus, dicendum Artificem stipite superiore tabellam indicare voluisse, cui titulus inscribi consuevit; infimo suppedamentum. Orbiculis multis Crux ornata est, cujus rationis quamplurimæ Cruces videntur apud Ciampinum part. II. *Veterum monumentorum*. Nullus Cruci nostræ titulus, quem supra Crucem a Judæis positum testantur Evangelistæ (c) Hæc tamen notatu digna sunt, duplicem utrinque a lateribus esse Epigraphen; alteram uncialibus litteris; alteram minutioribus, & colligatis exaratam. Prioris Inscriptionis Siglæ sunt ita dispositæ, ut quattuor Cruci sint exteriores; totidem vero interiores. En specimen.

Binæ exteriores — supra primum stipitem transversum
idest *Jesus* *Christus*.

Binæ interiores. — infra eundem stipitem transversum
idest *Vin.* *cit*.

Binæ interiores — post secundum stipitis transversum
idest *Lumen*, *Christi*.

Binæ exteriores — ad utrinque Crucis extremitates
idest *appareat*. *omnibus*. (d)

In

(c) De Tituli defectu io Crucibus erudite inter alios agit Ciampinus *Veterum monumentorum* parte III. cap. 6. Quo autem consilio omitti consueverit, noo improbabilis est ejusdem Ciampioi sententia de sacris Ædific. cap. III. num. 4., & post eum Sandini Exercit. III., qui Titulum Crucis mille circiter annos, sive ad annum usque 1492 latuisse scribunt. Hinc factum est ante Sæc. XVI. Artifices fere omnes Crucem Domioi effingentes, & ab archetypo abludere sibimetipsi Religioni ducentes eam sine Titulo, ut est in nostro Codice, repræsentasse. Cæterum reperiuntur antiquissimæ Cruces titulo ornatæ, quas inter ea est, quæ etiamnum asservatur in insigni Capitulo Forojuliensis Ecclesiæ ei dono data ab Urso Duce Cenetensi, qui juxta Sigonium floruit anno 705. In ejus Crucis summitate hujusmodi legitur inscriptio.

IHSNAZA
REX IVDE.

Ita refert Joannes Baptista Schioppalalba in Differt. perantiquæ Tabulæ Græcæ Venetiis existentis ab amplissimo Cardinali Bessarione humaniter elargitæ cap. 3. pag. 37.

(d) Duo hæc Cnmpendia IC. XC. hinc inde in Crucis nostræ vertice, ut diximus, ita esse interpretanda apud omnes in comperto est. Contractionis harum litterarum usum antiquiorem fuisse Sæc. IX. (quo tempore frequentissime usurpari consuevisse scribit cl. Eques Franciscus Victorius de Monogr. S. Nominis Jesu pag. 10) ostenditur ex Clemente Alexandrino lib. VI. Stroma; ex epistola, quæ S. Barnabæ adscribitur, ut notat Ducangius Differt. de infer. Ævi Numsim. §. 28, & probant vetustissima monumenta apud Ciampinum de sacris Ædif. cap. IV. Quattuor litteræ, quæ deinde sequuntur, scilicet NI. KA proculdubio, ut optime quisque noscit, significant *Vincis*. At non sejunctæ esse debent, sicuti extant in ea Cruce, sed ut neminem fugit, conjungendæ sunt, ita ut efficiant unum verbum *νικᾶ* hoc est *vincit*. Quod reliquas spectat Notas, & Siglas quattuor, expri-

men-

Interioris vero Epigraphes ad Crucis latera mioutioribus litteris exaratæ verba ita ioterpretari posse videor. *Spiritus Sanctus, nunc quidem, semper & est, & erit, neque habent principium, neque finem, sed & Patri, & Spiritui cum Filio...... una potentia, una adoratio Sanctæ Trinitatis.* Fortasse non recte explicata suot, sed ex forma characteris perspicere quisque potest, si sub oculis eos haberet, quanti sit negotii ea perlegere.

In fronte tertii folii ejusdem Codicis eædem Siglæ conspiciontur. IC. XC. Dein legitur. 1451 *a Nativitatis die XVI. Februarii Indict. VIIII. Hic liber emptus fuit per me......Constantinopoli a Joanne Galeotti olim Januense, & nunc Cive dicti loci iperperis 21 Ka, quos eidem dedi, & numeravi presentibus f. Beneveto Zoma Veneto, & Satore.* (e)

A tergo ejusdem folii inscripta suot nomioa Mensium secundum Græcos cum eorum significatione litteris pariter græcis, ita tamen ut primus Mensis sit ποσειδεών idest *September*, & est io Codice, cootra quam fieri solebat apud Atticos, atque Hebræos, qui aonum auspicabantut ab æstivo solstitio, adeo ut primus aoni Mensis esset βοηδρομιών, idest *Junius*, aut *Junii pars*; licet ποσειδεών, qui primo loco pooitur io Codice, io vulgaribus Lexicis sit *December*, sicut μαιμακτήριον, qui in Codice dicitur αὐγούστος, & ultimo loco pooitur, apud alios sit *September*, apnd alios *October*, atque ita de siogulis, ut difficile sit quidquam certi de horum oominum significatione statuere, & io taota doctorum Virorum discrepantia recte ad evitaodam confusionem, & ambiguitatem receotiores Græci utantur nominibus pæoe latiois similibus ut Ιανουάριος, Φεβρουάριος &c. In hac pagina alia cernuntur scriptionis vestigia, sed evanidæ, atque detritæ, ut oculorum aciem effugiant.

Observandum est etiam, priusquam exordiaotur Ὀλυνθιακός. a. verba extare a tergo aotecedeotis folii recentioribus, ut adparet, characteribus, & licet colligatis, & contractis, ut difficilius legi queant, attamen hæc certe ostendunt. *Tertio Nonas Martii cœpi adjuvante Deo studere Demostheni sub disciplina Domini Papas* (vox apud Græcos usitata ad sigoificandum virum ecclesiasticum) *Diaconi Leonis Atraper*, *Mense Martii, die tertia, horis diei tribus, noctisque quattuor, anni 6994. idest anni 1486.*

Expletis Oratiooibus, Epistolis, & ceteris, quæ in Codice cootinentur, ad eumque pertioeot, ad illius calcem diversa pariter manu scriptum est, *Librum hunc Demosthenis diligenter perpensum esse, atque adnoeatum a principio ad finem a Chrysolora* (f), qui etiam paginam subsequeotis folii scripsisse videtur. Ad cujus finem hæc

mentes *Lumen. Christi. Appareat. Omnibus* non una est apud Scriptores interpretatio. Eruditissimus Josephus Schiro Dyrrichii Archiepiscopus, & clarissimus Apameæ Archiepiscopus Assemanus, præcipue si de postremis duabus loquamur, eas diversimode interpretantur, ut videre est in erudita Differt. Joannis Baptistæ Schioppalalbæ ad perantiquam Sacram Tabulam Græcam insigni sodalitio S. Mariæ Caritatis Venetiarum a Cardinali Bessarione dono datam cap. 4. pag. 62. Aptior tamen earum quattuor significatio a Liturgia deprompta hæc censetur a Viro eruditissimo, Græce linguæ peritissimo, cujus nomen præclarum, ut ejus modestiæ faciam satis, silentio prætereo invitus, & est. Φῶς Χρίστου scilicet. *Lumen Christi*, & Φαίνει πᾶσι. *appareat omnibus*. Hæc porro postremarum litterarum interpretatio ferme convenit ei, quam Assemanus laudatus tradit, qui verosimilius interpretandas esse judicat. Φῶς Πᾶσι. idest *Lux omnibus*.

(*e*) Ex numeris arithmeticis, quibus et annus, quo emptus est Codex, & pretium, quod ejus emptionis caussa numeratum est, heic designari cernitur, perspicuum est, numeros arabicos Sæc. XV. passim apud Nationes fuisse in usu positos. Pretium, quod pro Codice numeratum est fuisse *Iperperos* 21, non tantum arabice signatum, sed græce Κα (valet 21) discimus. Iperperi hi, seu, quod verum eorum vocabulum erat, *hyperpera*, genus olim monetæ aureæ fuit celeberrimum, cujus valor decem Juliorum cum dimidio. De quo plura doctiss. Ducangius in Differt. de infer. Ævi Numis. §. LXXX. ut in Glossario med. & infi. latininatis in voce *Hyperperum*.

(*f*) Rei litterariæ Scriptores exhibent, magno fuisse in honore ab illustrioribus Italiæ Academiis Emanuelem Chrysoloram, qui postquam e Græcia discessit, apud nos diversatus publice Ticini, Florentiæ, Romæ aperuit græcæ linguæ Gymnasia, atque emortuas fere græcas litteras septem Sæculorum intervallo ad vitam revocavit,

hæc adjecit verba. *Complevi præsentem Demosthenis librum mense Septembris anno 6921.* idest juxta computationem nostram 1413.

Codex nitidissimus, in membranis pariter nitidis, ac levigatis scriptus, & adnotationes in margine, & inter lineas adjectæ characteribus prorsus diversis jam memoratæ fortasse sunt ipsius Chrysoloræ, qui se Codicem recensuisse testatur.

In II.

1. Ο'μήρυ Ο'δυσσείας Βίβλια. scilicet *Libri Odysseæ Homeri*. Hi continent 24 Odysseas juxta Alphabeti elementa ab A usque ad Ω, iisque propria sunt argumenta.

2. In prima hujus Codicis pagina a tergo extat Prologus intricatioribus characteribus conscriprus, cujus tamen titulus ita legitur, πρόλογ☉ ἐγκωμιάστικ☉ εἰς τὴν ὀδύσσειαν τοῦ ὁμήρου διὰ βραχέων χαρακτηρίζων τοῦ ποιητοῦ τὴν διάνοιαν. scilicet *Prologus laudativus in Odysseam Homeri breviter prænotans Poetæ sensum*. Initium Prologi ita se habet. ποιηταὶ μὲν καὶ ῥήτορες καὶ ὅσοι τὸν φιλόσοφον εἵλοντο βίον, οἱ μὲν πλέον, οἱ δ' ἔλαττον ἀρετῶν ἐφρόντισαν, καθ' ὅτι περ ἐν αὐτοῖς. scilicet *Poetæ quidem, & Rhetores, & quot elegerunt vitam, quæ sapientiam expetit, partim plus, partim minus de virtutibus curam gesserunt, quatenus in ipsis* &c. Finis vero ὡς ἐν τῷ παρόντι. idest *quemadmodum in præsenti*. Cetera perscrutari atque exscribere operæ pretium non duximus, quum tamen idem esse videatur, qui in Codice Bibliothecæ Laurentianæ num. XVI. pag. 36. Plutei XL. reperitur, ut apparet ex Caralogo ejusdem a Viro cla. Angelo Maria Bandinio edito Tom. II. MSS. græcorum pag. 606. (g)

Hoc Homeri opus crebris adnotationibus tam marginalibus, quam interlinearibus non tantum græcis, verum etiam latinis instructum est, quarum aliæ nigri, aliæ rubri coloris characteribus scriptæ sunt.

3. Ad finem bini versus de ipsius Homeri patria extant, hique parum dissimiles iis, quos dedit Varro in libro de imaginibus ex restimonio eorum, qui, ut notum est, de ipso Varrone, ejusque operibus scripserunt. (h)

Extant & hæc duo Disticha græca cum totidem latinis ibidem exarata, quæ exhibentur, sicut in Codice sunt scripta.

Ἐνθάδε τὴν ἱερὴν κεφαλὴν κατὰ γαῖα καλύπτει
Α'νδρῶν ἡρώων κοσμήτορα θεῖον Ο'μηρὸν (i)

Di-

vit, ut nomen mereatur primi Restauratoris bonarum artium. De his adnotationibus, quas Codex noster exhibet, eique adjectæ sunt ab ipso Chrysolora nullam mentionem, ut sciam, Scriptores faciunt. Is Constantiæ, dum interim celebraretur illud Concilium, die 16. Aprilis 1414 e vita migravit, cui Æneas Silvius, postea Pius II. in ejus sepulchro elogium dedit, quod incisum extat in Ecclesia ejusdem Civitatis Fratrum Dominicanorum. Ita in nomine *Chrysoloræ* scribit P. D. Antonius Maria de Lugo *nel Dizionario portatile* Tom. 1. pag. 401. Vide etiam, quæ de eo scripserunt D. D. Dominicus Giorgius in ipsius vita *Caloger. Opusculorum* T. XXV. pag. 243. Boernerius *de doctis hominibus Græcis* p. 1. Mehus *Vita Ambrosii Camaldul.* p. 353., nec non cl. Abbas Zaccaria, & Tyraboschius.

(g) Auctorem hujus Prologi, etsi nomen ejus in Codice non notetur, constitui tamen posse *Nicephorum Gregoram* arbitramur. Enim vero in Catalogo MSS. Græcorum Bibliothecæ Vindobonensis Cæsareæ a Daniele de Nassel confecto, inter Codices Theologicos num. 174. legitur: Nono & quidem a fol. 86. pag. 1. usque ad fol. 126. pag. 1. *Ejusdem* idest, Nicephori Gregoræ, *Prologus encomiasticus in Homerum, & Narratio errorum Ulyssis cum explicatione morali*. Prologi inscriptionem solum damus, quod aliqua in eo diversitas deprehenditur a titulo nostri Codicis; non tamen ejus initium, & quæ continet, cum eadem omnino sint. Πρόλογος διὰ βραχέων ἐγκωμιαστικὸς εἰς τὸν Ο'μήρον ὅπως τε καὶ μεθ' οἴας τῆς γνώμης τὰ κατὰ τὸν Ὀδυσσέα ἐπραγματεύσατο. Γρηγορᾶ. Idem extat apud Lambeccium in Catalogo ejusdem Bibliothecæ sub Nicephori Gregoræ nomine. Nihil itaque movet, quin huic Auctori Prologus nostri Codicis adscribatur.

(b) Martialis de Homeri patria scribit. *Septem urbes certant de stirpe insignis Homeri*; & Plutarchus ipse in Homeri vita ait. *Supervacaneum fortasse cuiquam videatur, nimis anxium esse, ac quærere, ex quibus parentibus, & unde Homerus sit ortus: præsertim cum nec ipse istorum quicquam attingere dignatus est, imo vero adeo modestus fuerit, ut neque originem nominis sui prodideris*.

(i) Binos priores versus ab *Jetis*, qui nimirum

Divini caput hic ſacrum contexit Homeri
Heroum, atque hominum terra beata ducis.

Οὔνομα μὲν σάπφω τόσσον δέ ὑπερέσχον ἀειδῶν
Θηλείων ἀνδρῶν ὅσσον ὁ μαιονίδης.

Tantum ego carminibus ſuperavi Sapho puellas
Mæonides, quantum vicerat ante viros. (l)

Tandem notatus cernitur Menſis, quo a Calligrapho completus eſt Codex, & Indictio, & annus. Compendiorum eorum, quæ in Codice ſunt, hic eſt ſenſus. *Completus eſt menſe Aprilis, Indictione IX. anno 6819.* Æra celebrior apud Græcos, quam ſequuntur Eccleſia Conſtantinopolitana, & omnes Eccleſiæ ei ſubjectæ, ſicuti & Græci recentiores ab Orbe condito ad Chriſti Nativitatem, eſt annorum 5508.

Porro ſignum ſignificat Indictionem: Signum quod Græci appellant ἐπίσημον Βαῦ, lineola interjecta ſignificat 6000: ω ſignificat 800: & ιθ 19, adeo ut hi numeri ſimul ſumpti denotant 6819, ex quo ſi ſubtrahamus annos æræ Græcorum 5508, remanebit numerus 1311, qui erit annus, quo Codex eſt completus. Signum quod ſequitur ʒ κορωνὶς nota eſt, qua Librarii græci utebantur in fine ſcriptionis. δόξα τῷ θῷ *Gloria Deo* ſignificat. Hæc diſcimus ex Placentini, atque Audrichii Palæographia.

Codex membranaceus, in multis lectu difficilis ob characterum unionem, complexionemque, & ob arbitrariam Librariorum ſcribendi rationem, & ſæpe mendoſam, quum, quæ ſcriberent, plerumque non intelligerent.

In III.

1. Ἀριστείδης λόγοι. *Ariſtidis Orationes*, ſuntque Orationes ſeptem, & quinquaginta, quarum primis octo notulæ marginales adjectæ ſunt. Nullus in hoc Opere Prologus, nullaque ad Orationes ſunt argumenta, ſed ſtatim incipit a *Panathenea*, & ſignificat quinquaginta tria magna Palladis Feſta, ſeu ludos, ac celebritates, quæ quinto qnoque anno in Palladis honorem Athenis fiebant.

2. Ad finem brevis quædam ſcriptio exhibetur diverſa mann, litteriſque admodum colligatis, quæ hunc præfert titulum: ἱερῶν λόγων ἕκτος, ideſt *ſacrorum ſermonum ſextus*. Inc. ἃ μ' δὴ πολλὰ ὅυτω διηγεν ἡμᾶς θ ſcilicet *Quæ quidem ſane multa ſic nos interpretamur*.

Deſin. καὶ περὶ τῶν ἐν ἰταλία μεγάλας προρρήσεις ideſt *& de his in Italia magnæ prædicationes*. Heic ſermo, aut ſcriptio duodecim non excedit lineas.

Codex eſt Bombycinus, egregieque ſcriptus, & ſæculi, ut videtur, XIV.

rum in *Jo* inſula morabantur, Homeri tumulo plurimum temporis poſt ejus mortem poſitos fuiſſe narrat Herodotus in libro περὶ Ὁμήρου γενέσιος. In Codice Barocciano, quem ſecutus eſt Joannes Raynaldus in editione libri ſuperius laudati anno 1752 legitur Κάλυψεν, quod recte congruit Verſioni latinæ *contexit*; rectius tamen in noſtro Codice καλύπτει, uti abunde liquet ex Diſſertatione Cl. Comitis Paſch de Brienen de ſepulchro Homeri nuper reperto edita anno 1773.

(*l*) Poſtremi vero duo verſus quemnam Auctorem habeant, prorſus ignoro, quinimo eos non inveni nec in Anthologia, neque apud Suidam, ſed neque Bylius ad vocem *Sapho*, neque alii, quos viderim, eos memorant.

In IV.

Ad fupremam primi Folii partem nullo titulo præcedente occurrit,

∴ΤΗ ΑΓΙΑ ΚΜΗ ΚΥΤΟΥΠΑG:

Hæc Calligraphi compendia ita interpretanda arbitror: *In Sancta, & Magna Dominica Pafchatis*. Poft hæc in paginæ medio extat Quadratum auro, atque pulcherrimis intermixtum coloribus, ejufque intra ambitum deauratis litteris hæc fcripta funt.



ideft: *Ex Evangelio fecundum Joannem*. & initium eft. *In principio erat Verbum*.

Aliis etiam in locis majufculæ funt litteræ, auroque illitæ infcriptiones fuis in Quadratis comprehenfæ, pertinentes ad alios Evangeliftas, ideft ad eam Evangeliorum partem, quæ legebatur, vel fecundum Lucam, & Matthæum, vel fecundum Marcum, & Joannem. De his in adnotatione cum in primis dicemus (m)

Eft itaque ΒΙΒΛΟΣ ΛΕΙΤΥΡΓΙΚΟΣ, fcilicet *Liber liturgicus*, five, ut vocant, Ritualis, quo Evangelia de Tempore, & de Sanctis fecundum quattuor Evangeliftas in anni diebus diftribuebantur. (n) Totam hanc Liturgiam græce fcriptam in latinum ver-

(*m*) Quemadmodum antiqua fuit Græcorum confuetudo fuis in Liturgiis, dum in Templo divina peragebantur officia, ut non tantum novum, fed & vetus Teftamentum per partes, feu fegmina juxta Feftorum diverfitatem legerent, quæ ab ipfis *ἀναγνώσεις*, five *ἀναγνώσματα* appellabantur, & Latini *Lectiones ac Lectionarium* nuncuparunt; ita, quod ad Evangelia fpectat, in more apud eos erat, ut ea non continuata hiftoriæ ferie in certa *τμήματα* divifa in varias, propriafque lectiones difponerent ad ufum fingulorum dierum, & feftivitatum, ita ut modo pars unius Evangelii, modo alterius non continenter cuftodita legeretur. Nam, exceptis diebus liturgicis, (de quibus alibi erit fermo) in reliquis anni diebus Græci, ita & nunc Evangelicas lectiones difpertiuntur, ut divifum Evangelii textum in *τμήματα* diebus applicent, eo tamen ritu, ut ad Evangelium, quod antea interruperant, aliis diebus redirent, donec omnia, ut opus fuerit, perlegerint. Ut autem iftiufmodi inftitutionis facilius, & commodius fieret exercitium, fectiones Evangeliorum in unum redegerunt Volumen tefte Allatio in Differt. 1. de lib. Ecclefiaft. græcis pag. 53. Quod idem de Epiftolis Pauli, aliifque Canonicis, Actibufque Apoftolorum præftiterunt, tefte eodem Allatio. Eodem modo Evangeliorum contextus in noftro Codice difpofitus obfervabitur, ubi interrupta textuum cujufque Evangeliftæ ferie ab uno Evangelifta ad alium, & deinde ad alium, & rurfus ad primum fit tranfitus, donec tota Evangelicæ narrationis feries compleatur.

(*n*) Notare heic lubet, Græcos confueviffe librum hunc, fi ex uno tantum conftitueretur Evangelio, appellitare Εὐαγγέλιον; dicebant nam-

versam inter Anecdota, aliave, quæ in Eruditorum cujusvis generis commodum venire possunt, exhibebimus.

Observandum Evangelia non solum in Missa legi, sed etiam cantu pronunciari solita. Sunt enim ibi hæ Notæ medii ævi Ω., L. ⁄ quarum prior deflexum vocis, secunda gravem sonum, tertia acutum indicat. Qua de re vide Opus Fr. Marseni Ordinis S. Francisci de Paula Edit. Lutetiæ Paris. sumptibus Sebastiani Cramoisy via Jacobea sub Ciconiis MDCXXIII. pag. 1527. De his musicis Notis, quæ etiam sunt in Cod. II. Plutei XXIX., sermo redibit.

Codex membranaceus eleganter, ac splendide scriptus cum litteris etiam ad omnia Evangeliorum principia deauratis; sed ob litterarum nexum, & abbreviaturas non ita facile legitur. Forma characterum quadratorum, & præcipue Inscriptiones ita efformatæ sunt, quæ, ex regulis Cl. Montfauconii in sua Palæographia, & aliorum, Codicem esse Sæc. X. demonstrant.



namque: ἡ πρώτη κυριακὴ τοῦ ματθαίου, ἡ δευτέρα τοῦ ματθαίου: idest *prima Dominica Matthei*; *secunda Dominica Matthei*. Ubi vero quattuor Evangelia continebat divisa, ut præmonuimus τετραευαγγέλιον appellabatur, ut & modo a Græcis solet nominari. Cum itaque Codex noster quattuor complectatur Evangelia juxta indicatum ritualem usum adunata (ut constabit, dum græcæ Liturgiæ hanc partem latine traditam dabimus) jure quidem, & merito *Tetraevangelion* vocabitur. De his Codicibus, & hac Græcorum antiqua praxi disserunt Allatius differt. 1. p. 34., Meursius in Glossario græco barbaro in voce εὐαγγέλια, Tenzelius in differt. *de ritu lectionum sacrarum*.

PLUTEUS XXVIII.

CODICES IN EO NUM. V.

In I. Codice hæc occurrunt.

XEnophontis Opera quattnor, videlicet; Οἰκονομικόν, κύρου παιδίαν, κύρου ἀνάβασιν, και ἱερῶν ἢ τυραννικόν. Quod etiam latinis litteris scriptum est initio Codicis hoc modo. *Economica, Pædia, idest institutio Cyri, ascensio Cyri, & Hiero sive Tyrannus.*

Codex membranaceus est, & charactere nitidissimo cum miniatura deaurata pulcherrimis intermixta coloribus in prima ejusdem Littera; nec quicquam præterea in eo reperi notatu dignum, & est, ut arbitror Sæc. XIV.

In II.

1. Titulus est cum hac Inscriptione. Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρός ἡμῶν ἰωάννου ἀρχιεπισκόπου κωνσταντινουπόλεως τοῦ χρυσοστόμου ἐξήγησις εἰς τοὺς Ψαλμούς. hoc est. *Sancti Patris nostri Joannis Chrysostomi Archiepiscopi Constantinopolitani Expositio in psalmos*, a primo usque ad XLVIII. *Audite hæc omnes gentes* cum Indice ad omnes Psalmos, qui eos anteit.

2. Ad hujus Indicis calcem notatur opusculum cujusdam Enthymii Monachi in Odas, de quo paullo post, quoniam ipsius Odæ sunt in fine sequentis Codicis.

3. Post nonnullas paginas antequam ad Psalmorum expositionem deveniatur, decem reperiuntur Versus in laudem S. Patris, quorum titulus est,

στίχοι εἰς τὸν μέγαν φωστῆρα καὶ διδάσκαλον
τῆς Εκκλησίας τὸν χρυσόστομον.

idest, *Versus in magnum luminare, & magistrum Ecclesiæ Chrysostomum.*

Versus isti Jambici mihi videntur, sed turpiter ita transcripti, ut eorum interpretationem adgredi non ausim. De his nullum reperio vestigium in ultima græco-latina editione Venetiis curata juxta Maurinam editionem, neque de illis Fabricius in sua Bibliotheca græca quidquam habet.

4. Post præfatos versiculos duo sequuntur προοίμια ψαλμῶν. *Proœmia Psalmorum*, quorum alterum incipit.

μετὰ τὸν μωϋσέον, καὶ τὸν τούτου διάδοχον ἰησοῦν τοῦ Ναυή

idest. *Post Moysen & ipsius successorem Jesum filium Nave.*

desin. γενομένοις ἐκ πνεύματος ἁγίου ψαλμοῖς ρμ: quasi *psalmi facti a Spiritu Sancto* cum numero ρμ, qui significat centum quinquaginta.

Alterius autem initium sic se habet: πάσα γραφὴ θεόπνευστ@ κατὰ τὸν μακάριον ἀπόστολον. scilicet *Omnis Scriptura divinitus inspirata secundum beatum Apostolum.* Finis autem istiusmodi præfationis non exhibetur, cum nullus ex ultimis verbis eliciatur sensus. (a)

Hæc

(a) Duo hæc Proœmia, quæ in hoc primo S. Joannis Chrysostomi Codice extant latine prodierunt in editione Parisiis Sebastiani Nivellii anno 1581 pag. 612. Tom. III; & hujus Proœmii, cujus est initium: *Post Moysen, & ipsius successorem filium Jesum Nave*: græcum textum cum latina versione dedit Cl. D. Bernardus de Montfaucon T. V. pag 539. Edit. Parif. græco-latina, ubi Proœmium vel spurium, vel saltem suspectum esse dicit; non solum tamen scriptum occurrit in Codice nostro, quam in quodam antiquo manuscripto Ottoboniano laudatus Auctor testatur. Alterum vero, quod incipit: *Omnis Scriptura a Deo inspirata, ut ait beatus Apostolus*: extat & in Codice nostro, & in illo pariter Ottoboniano, & fatetur Montfauconius se illud quidem exscripsisse; verum etsi græce nunquam editum, relinquendum tamen in tenebris duxisse, *ne*, ut ipse ait, *spuria opera in molem nimiam exurgerent*. Nivellius tertium addidit Proœmium; ast in nostro Codice deest, nec puto græce scriptum reperiri.

Versus

Hæc duo Procemia decem continentur xylinis chartis diversis characteribus exaratis, quæ additæ videntur Codici membranaceo antiquiori, & fortasse temporis injuria corrupto, & male servato; quod idem factum est circa medium, nempe a sermone ιβ idest duodecimo, ad κς idest vigesimum sexium. Non omnes hoc in Codice Psalmi continentur, cum pertingant ad psalmum *Deus Deorum*, qui primus est alterius Codicis.

Is membranaceus est, ut puto, Sæculi XIII., characteres vero, quibus xylinæ chartæ scripiæ sunt, Sæculum XIV. præmonstrant.

In III.

1. Ejusdem S. P. Joannis Chrysostomi Expositio, & incipit ἀπὸ λόγω λβ, idest *a sermone* 32, in quo exponit psalmum 49 incipientem θεὸς θεῶν, *Deus Deorum* & finit usque ad Psalmum CL. *Laudate Dominum in Sanctis ejus.* (b)

Ad calcem hæc scripta sunt, ἐθελειώθη μήνι σεπτέμβριω [illegible] αρτη [illegible] α ἡμέρα δευτέρα, & significant Codicis scriptionem *completam esse mense Septembris*, *anni* 6801, idest anni 1303, *indictione prima*, *die secunda*. Primum numericum signum non discrepat ab eo, quod etiam extat in Codice II. Plutei superioris, quod valet, ut diximus 6000; ceteras vero litteras numeros exprimentes nec conjectura quidem, aut suspicione, aut quavis alia diligentia adhuc usque exponere aliter potui. Sequitur Κύρια βοηθεῖ τῷ σῷ δούλω λέοντι, *Domine auxiliare servo tuo Leonti*. Κύριε βοηθεῖ τῷ σῷ Κονσταντίνω. *Domine auxiliare servo tuo Constantino*. Ex quibus conjicimus duos fuisse Exscriptores, unum scilicet, qui Codices primo scripsit; alterum, qui ea addidit, quæ in utroque Codice vel vetustate, vel alio quovis fato deperierant.

2. Expleto Codice in membranis exarato, incipit Opusculum in Cantica, quod additum est in charta xylina, scriptumque diversa characteris forma. Expositiones hæ paginas occupant 38; hac ad primam inscriptione. τοῦ μακαριωτάτου, καὶ λογιωτάτου,

Versus deinde illos decem Jambicos, qui primi occurrunt in Codice, de quibus Fabricius sua in Bibliotheca græca quidpiam habet, eos exacte græce scriptos, & latine translatos tandem editos video a prælaudato Montfauconio ad Procemium primum, de quo superius. Qua de re si dixerim Auctnrem eorum fuisse illum, qui in Codice Biblioth. Mediceo - Laurent. VII. LXXXVI. pag. 322. Homophilacii Joannis Diaconi Eugenici nominibus donatur, ubi Carmen ejus Jambicum in imaginem Magni Chrysostomi extat, fortassis male non divinabo.

(*b*) Tanta erat nominis celebritas S. Joannis Chrysostnmi cum vitæ sanctitate, tum Scriptorum suorum præstantia, præsertim expositionum in Psalmos, (quo Opere præclarius nihil, nihilque ad mores instituendos aptius) ut gravissimi cæteroqui Scriptores Joannis Chrysostomi nomine Opera sua circumserri ad majorem laudem, famamque comparandam curarent; imo multi fuere, qui quæstus caussa aliorum Homiliis, atque Expositionibus, ut Eusebii, Athanasii, Basilii, & Theodoreti, nomen Chrysostomi adscripserint, ut lucri plurimum facerent. Hoc autem contigisse Operi præstantiori Chrysostomi de Psalmorum Expositionibus Critici sat firmis ostendunt argumentis, unde etiam suspicio exorta est, num in totum Psalterium Commentarios Chrysostomus emiserit. Exegeses omnium Psalmorum elucubrasse S. Doctorem suadent Photii in Bibliotheca Cod. 127, Svidæ, Georgii Alexandrini testimonia, qui sine ulla exceptione edidisse ad omnes Psalmos Expositiones fatentur, dum Antiochiæ otiabatur, non Constantinopoli, ubi multis iisque gravissimis distentus erat negotiis; quibus auctoritatibus addit Oudinus T. I. Commentarii de Script., & scriptis Eccles. Sæc. IV. pag. 714. *Nullam rationem video, cur in otio Antiocheno principio, & fini Psalterii lucem interpretationis afferre voluerit, & id, quod in medio est, intactum relinquere*. Jam vero in Codicibus nostris tot continentur Expositiones, quot numero sunt Psalmi, ut notatur ad finem Proæmii primi, & videre est, Codices ipsos perlustrandn. Expositio namque illa (ut unam eligam Psalmi tertii) *Domine quid multiplicati sunt*, quæ modo in editione Parisiensi græco-latina legitur, quæ antea omittebatur, extat in Codice, teste Oudino, Collegii Corporis Christi Oxooii, quam Expositionem Oudino misit doctissimus Fronto Ducæus descriptam, ut ajebat, ex Vaticana, quæ etiam extat teste Flaminio Nobilio in notis ad Chrysostomum in Biblioth. Clericorum Regularium Romæ; neque deest in Codicibus nostris. Eas tamen universas Expositiones græce exaratas esse S. Joannis Chrysostomi, etsi ipsi adscriptas, nusquam dixerim, cum certa res sit temporum edacitate, & hominum injuria multas periisse.

τέτου, τοῦ ἐνθυμίου ζιγαδηνου ὠ α. Scilicet *Beatissimi, & eloquentissimi Monachi Euthymii Zigadini canticum primum.* (c)

Hæc Cantica sunt η idest octo, & unumquodque suum habet argumentum, & numerum. Postremus, quoniam novem essent, videtur esse hymnus aliquis, qui sine titulo est, & binas occupat paginas. Is aliis etiam characteribus perscriptus est, & versiculis distinctus 27, quorum tres priores eodem ferme modo incipiunt, qui, ut melius interpretari licuit, exprimunt. *Magnificamus te Christe vitæ largitor, & tuam veneramur .,... & pretiosum, & gloriosum colimus sepulcrum.*

In IV.

1. Πλάτωνος Διαλόγοι. *Platonis Dialogi.*

2. Præcedit Α'ΛΒΙ'ΝΟΥ 'ΕΙΣΑΓΩΓΗ' 'ΕΙΣ Τοὺς Διαλόγους Πλάτωνος: hoc est *Albini introductio in Dialogos Platonis.* (d)

3. Dein *vita Platonis a Laertio Dyogene* scripta. Exordiuntur postea Dialogi Platonis XXXX, ex quibus septem spurii notantur a XXIX. scilicet usque ad XXXV.

4. *Pythagoræ aurea Carmina.*

5. E-

(c) Quædam interdum, et si paullo minutiora nos in hoc Indice consectari, Lectori fore non ingratum speramus. Euthymius in quibusdam Codicibus *Zigabenus*; in aliis vero *Zigadenus* vocatur. In primo S. Joannis Chrysostomi Codice ad indicis calcem habetur *ζιγαβηνου*; & ad titulum Expositionum in Cantica ejusdem Euthymii in secundo Codice legitur *ζιγαδηνου*. Quænam igitur vera lectio? Scias velim, Cl. Virum Michaelem Enemanum ex Oriente reducem attulisse inter alia secum Volumen ei elargitum a Patriarcha Hierosol. Chrysanto ita inscriptum. *Panoplia dogmatica orthodoxæ fidei adversus omnis generis hæreticos Euthymii Monachi*, atque in eo legi *ζιγαδηνυ*, (& ita semper ut notat Fabricius Biblioth. græca Volumine VII. lib. V. cap. 11. in nomine Euthymii) non *ζιγαβηνυ*. Oudinus, aliique Scriptores appellant ipsum *Zigadenum*; nec mirum: Apud Græcos enim recentiores frequentem fuisse permutationem harum litterarum η seu *ita*, & ε seu *Epsilon* in aperto est. In Euthymius Græcus Monachus claruit Sæc. XII., vixitque temporibus doctissimi Alexii Comneni, cui arctissimo necessitudinis, & gratiæ vinculo conjunctus erat, atque Comneno anno 1118 defuncto superstes fuit. Præter eximium illud opus, cui titulus est *Panoplia*, de quo disserunt Petavius Dogmat. Theol. Tom. I., Cotelerius in notis ad Tom. prim. monumentorum Ecclesiæ Græcæ, Cangius in Glossario græco, & præter alias ejus Epistolas, & Disputationes, de quibus Lambeccius Tomis IV. & V. pag. 206, 227, is Auctor scripsit Commentarios in omnes Psalmos davidicos, & in X. Sacræ Scripturæ Cantica, quorum Commentariorum latina versio a Philippo Saulo Brugnatense Episcopo vulgata fuit post Auctoris mortem a Paulino Turchio Ordinis Prædicatorum, & nuncupata Clementi VII. Pontifici, Veronæ anno 1530. In nostro Codice Expositiones solum octo sunt in Sacræ Scripturæ Cantica, non decem, ut extant in Biblioth. Bodlejana Cod. Baroce. 122, in Regia Parisiensi, & Vaticana, teste Fabricio loco superius laudato.

(d) Introductionem Albini Platonici in Platonis Dialogos, quæ occurrit, ut diximus, in nostro Codice jam descripto, ex Códice Holsteniano in latinum versam fuisse a juvene egregio Joanne Antonio Wincklero Namburgensi rei litterariæ Scriptores tradunt, hancque græce, & latine editam fuisse primum in lucem a Fabricio in Biblioth. græca lib. III. pag. 44. 45. & seq. unicuique eam legenti in propatulo esse potest. Ea in Codice nostræ Bibliothecæ græce exarata parum admodum discrepat ab illa græce edita loco indicato, & ideo neque versio latina, ut observavimus, diversitatem quoad substantiam habet, sed solum in nonnullis vocibus. Albinus noster alios inter multos, qui in historia Romana ejusdem nominis memorantur, Urbi Præfectus fuit A. C. 414. & 416. Vide Labbeum ad excerpta Photii ex Olimpiodoro T. I. Histo. Bizant. Nec movet in titulo illius Isagoges ad Platonis Dialogos esse solum Albini expressum nomen. Etenim lex quædam Honorii Augusti, quæ (Codice Th. lib. III. tit. 5. occurit) *Albino P. V.* dirigitur; habet, inquam, solum *Albini* nomen expressum, & tamen vix ullus dubitandi locus esse poterit, quin integro nomine *Cæcina Decius Acinatus Albinus* vocaretur. Ad eundem refertur Marmor Muratorii pag. 466. *Salvis ac Florentibus D. D. N. N. Honorio, ac Theodos. perpetuis semper Augg. Cæcina Decius Acinatus Albinus V. C. Præf. Urbi. Vice. Sacra judicans.* Extat marmor aliud haud dissimile apud Gruterum pag. 286. Anno postea Christi 426 Albinus fuit non Præfectus Prætorio, quod Gothofredus putavit, sed Præfectus Urbi; quod ex aliis pluribus ejusdem Codicis legibus eo anno 426 *Basso P. P.* inscriptis, ut Bassum proinde fuisse eo anno Præfectum Prætorio, non Albinum indicantibus, patere videtur. Ne actum agere videamur, vide Dissertationem Cl. Eduardi Corsini *de Præfectis Urbis* An. V. C. 1167. Christi 414. pagg. 333. 334. & 335.

5. Ejusdem Platonis Sermones X. *Rerum publicarum*.

Codex Bombycinus notis ad quoslibet Dialogos est refertus. In iis tamen Dialogis Interlocutorum nomina desunt, quamvis Calligraphus locum reliquerit ad litteras saltem eorum initiales ponendas. Codex saltem est Sæculi XII, & Scholia marginalia habet egregia, sicut testatur doctissimus Holstenius, ut cap. 3. hujus Tomi tradidimus.


In V.

Expositiones, & Scholia in varios D. Gregorii Nazianzeni Sermones; hinc titulus ἐξήγησις τοῦ μακαριωτάτου ἀρχιεπισκόπου βουλγαρίας. scilicet *Expositio beatissimi Archiepiscopi Bulgariæ*. Et merito Scholia hæc a Cl. Viro Holstenio *antiqua sunt notata, quæ Archiepiscopi Bulgariæ præferebat*, ut Cap. III. hujus libri præmonuimus, ubi nostræ Bibliothecæ judicium Virorum illustrium dedimus.

Ad titulum hæc sequuntur. τῶν ἐν ἁγίοις πρς ἡμῶν γρηγορίου τοῦ θεολόγου εἰς τὸ πάσχα, καὶ εἰς τὴν βραδύτητα. idest *Sancti Patris nostri Theologi in Pascha, & in tarditatem*. Hæc Scholia & expositiones sunt *Encæniorum; orationis in Machabæos: orationis funebris: orationis in magnum Athanasium: de luminibus &c.* His prioribus expletis scholiis sequuntur alia in alias Orationes, quorum titulus ita se habet latine traductus. *Initium Scholiorum sermonis Nativitatis Christi Basilii Archiepiscopi Cæsareæ, & Cappadociæ Christi amatori Domino Constantino Imperatori*. Versa pagina unica extat Epistola, quam aliæ Orationes subsequuntur.

In fine est addita *Collectio & explicatio Historiarum*, de quibus idem Gregorius mentionem facit in primo, & secundo *Steleutetico*.

Ad calcem hujus Codicis observatur monocondylion, sive nota quædam compendiaria intricatior, sub qua latet vel nomen exscriptoris, vel quid aliud, quod non ita facile divinari potest. En specimen.



Codex est in membranis satis rudibus, & vetustatem præferentibus, characteribus ligatis, nexibus litterarum, & notis compendiariis refertissimus; & ut puto Sæculi XII.



PLU-

PLUTEUS XXIX.

CODICES CONTINET NUM. V.

In I. Codice hæc sunt.

1. OPera S. Gregorii Nazianzeni; ita latine etiam scriptum est in postica integumenti parte ejusdem Codicis.

2. Ab Indice incipit, ad cujus calcem extat explicatio quattuor signorum, quibus Codicis Scriptor utitur in marginibus paginarum. Horum primum est. ἡλιακόν, sive signum solare, quo utitur in iis locis, ubi S. Pater de Theologia differit, & triplici modo ab eo efformatur, nempe . Aliud est ἀστερίσκον, signum hujus Codicis peculiare; namque eo utitur Scriba, ubi de Incarnatione D. N. J. Christi sermo habetur, & de Stella, quæ Magis apparuit, atque hoc modo efformatum est . Tertium signum est ἄγκυρα, idest *Anchora*, quod passim in aliis quoque Codicibus observatur ad significandum aliquid sententiose dictum, aut magni momenti, & observatu dignum, atque hoc modo efformatum est. vel Quartum denique dicitur σημείωσις, quod efformatur vel & quandoque etiam integris litteris in margine exprimitur ad significandum aliquid singulare, ac peregrinum, vel secundum dogma, vel secundum historiam, vel secundum phrasim. ἢ κατὰ τοιοῦτον ὄφελον τῷ ἀναγινώσκοντι ut ipse ait.

3. Post Indicem, horumque signorum explicationem Sermones exordiuntur, quorum primus est ἀπολογητικός, atque horum singulorum Tituli aureis, purpureisque litteris exarati, aureis itidem, purpureis, cæruleisque circulis, aut quadratis inclusi sunt, quod fere, et in reliquis cujusque Orationis initialibus litteris observatur. (a)

Ad

(a) Nunc, ut oportet, me confero ad aliquid notandum de duobus Codicibus S. Gregorii Nazianzeni, quorum unus postremum occupat locum in Pluteo XXVIII. antea descripto; alter vero primum tenet locum in hoc Pluteo XXIX; qui ultimus est eorum, qui in hac, de qua agimus, Bibliotheca ad ingredientium dexteram existunt, simulque de aliis Codicibus, qui heic perstant pauca dicam, sicque hujus partis Catalogus numeris omnibus absolvatur. In primo vetusto Nazianzeni Codice Scholia græce exarata veniunt, sive expositiones sermonum *in Pascha*, & *in tarditatem*, quæ sub initium demonstrant Nazianzenum (Patre jam senescente) invitum fuisse adductum ad Nazianzeni gregis curam suscipiendam; quod cum ægre ferret in eremum confugerat; at non multo post, ipso Paschatis die Nazianzum venit, & hanc recitavit Orationem, qua primum laudibus prosequitur Paschalis festi celebritatem; secundo Apologiam elucubravit de sua tarditate, ne Pastoralis Præfecturæ grave onus subiret. Hanc Orationem in latinum sermonem verterunt Billius, Wolfgangus, & græce illustravit Nicetas. Eodem in Codice Scholia etiam occurrunt Orationis *in Sancta Lumina*, & ex ipsa Oratione, ejusque titulo quam clarissime deprehenditur, immerito nonnullos Scriptores putasse, ideo Festum appellari *lu-*

minum

4. Ad Sermones, qui ad vitam usque inclusive νβ idest 52 numerantur, sequitur Opusculum incerti Auctoris, quod ita inscribitur. συναγογὴ καὶ ἐξήγησις ὧν ἐμνήσθη ἱστοριῶν ὁ ἐν ἁγίοις γρηγόριος ἐν τῷ εἰς βασίλειον τὸν μέγαν ἐπιταφίω λόγῳ, οὗ ἡ ἀρχὴ ἔμελλεν ἄρα. scilicet *collectio, & explicatio historiarum, quarum meminit S. Gregorius in oratione funebri in Basilium magnum*, cujus principium est: *Hoc igitur restabat*. Hæ historiæ viginti numerantur suis numeris notatæ, quarum prima ita se habet. πρώτη ἐστιν ἱστορία ἡ περὶ τῶν πελοπιδῶν, καὶ κεκροπιδῶν καὶ τῶν σὺν αὐτοῖς ὀνομάτων; scilicet. *Prima est historia Pelopidarum, Cecropidarum, & simul de nominibus eorum*. Sequitur alia collectio: ἐν τῷ πρώτῳ κατὰ ἰουλίανου στηλιτευτικῷ λόγῳ, scilicet, *in prima oratione invectiva contra Julianum*, cujus initium, seu titulus est.

ὁ λόγος στηλιτευτικὸς ψόγος ἐστὶν τῶν ἰουλιάνου πεπραγμένων. scilicet, *Oratio invectiva est vituperatio rerum a Juliano gestarum*.

Historiæ in hac oratione notantur ad numerum 146.

5. In fine scripta est vita ipsius S. Gregorii Nazianzeni.

6. Dein habetur S. Patris διαθήκη, sive *Testamentum* cum subscriptionibus septem testium, quæ finem imponunt. (b)

O Co-

mium quia festum esset *Purificationis*, & a Græcis dicitur *Hypopante*; ita sentiunt Daniel Gresserus in Evangelium de *Purificatione*, doctissimus Pamelius in adnotationibus in *Cyprianum*, & Galesinus in *suo Martyrologio*. Siquidem titulus nostri Codicis in primis est. *Sermo in Sancta lumina, seu Christi Baptisma*; deinde & in sermone nullum omnino verbum S. Pater habet de *Purificatione*, sed *de Baptismo Christi* dumtaxat verba facit, idemque diversis verbis sub initium se loqui ait *de Christi Baptismo*. Hoc Festum & apud Græcos, & apud Latinos VIII Idus Januarii celebratur.

In hoc Codice extat *Collectio, & explicatio historiarum, quarum meminit idem Gregorius in duabus Steleuteticis*. Cur Sanctus Doctor binas *in Julianum Apostatam* invectivas inscripserit *Steleuteticas* hanc caussam fuisse arbitramur, nempe *ut velut columna insculptæ posteris traderetur Juliani truculentia, & impietas*, quod & ex Annotationibus in Codice nostro existentibus facile discitur, & censet etiam Andreas Dounæus *ad Chrysostomum* Tom. VIII. pag. 348. Videsis & Fabricium Biblioth. græcæ Tom. VII. lib. V. pag. 515 in nom. Gregorii Nazianzeni. Prædictam vero Collectionem *Nonnus genere Ægyptius Panopolita*, qui vixit circa annum 410 græce digessit e duabus Invectivis Nazianzeni depromptam, in quibus S. Doctor cum præclara, eademque invicta Fidei Catholicæ dedit monumenta, tum miram historiarum etiam profanarum ostendit eruditionem; immo Nonnus ipse græcis notis *Collectionem illam* illustrat, ipsasque Invectivas. Eam collectionem ex Biblioth. Viennensi descriptam una cum Nazianzeni Invectivis primus omnium, quod sciam, edidit Richardus Montacucius Norvicensis postea Episcopus Romæ 1610 in 4., ejusdemque Collectionis mentionem facit Lambeccius Tom. III. Bibliothecæ Vindobonensis *Codd.* 99. 100. pag. 205. 206. Si accuratus aliquis eximiæ nostræ Bibliothecæ catalogus jampridem publicam aspexisset lucem, atque Eruditi antiquos Codices SS. Joannis Chrysostomi, Gregorii Nazianzeni, & Basilii Archiepiscopi Cæsareæ novissent in hac Bibliotheca extare, proculdubio eos consuluissent, atque cum aliis MSS., & Editionibus ipsis comparassent; neque enim hi nostri Codices lacunis hiant, neque ulla tinearum corrosione læsi cernuntur, & fortassis (nisi plus æquo me amem) aliquæ Editiones, quæ jam pridem græce, & latine curatæ sunt, nec mutilæ, ac nec interpolatæ quidem fuissent, de quibus mentionem facit Billius. Cum itaque certum sit, Nonnum Scholia græce concinnasse in Orationes quattuor S. Gregorii Nazianzeni, nempe ad *duas Invectivas; ad Encomia in S. Basilium, atque ad Luminum festum, seu Christi Baptisma*, hæc occurrunt in nostro Codice, non minus ac in Reg. Galliarum Biblioth., in Bibliotheca Vindobonensi, & in Vaticana, atque ea ejusdem Nonni esse, asserere non dubito, quamvis Auctoris nomen præscriptum non habeant. Alia occurrunt in Codice ad alias Orationes Scholia, & quidem anonyma. Verum cum græcam linguam non satis calleam, neque præsto mihi sint Libri græci, & latini editi, non nisi temere de eorum Scriptoribus judicium ferrem.

(*b*) In Codice altero ejusdem S. Doctoris tot sunt Orationes, quot in Editionibus greco-latinis habentur. De ipsius Testamento, quod ad calcem in eo occurrit, hæc breviter animadvertimus. Barnabas Brissonius illud primus e membranis protulit, atque vulgavit in suo præclaro Opere *de formulis, & solemnibus populi Romani verbis* lib. VIII; illud ipsum postea Cl. Morellius præmisit Appendici primi To. Operum S. Gregorii Nazianzeni, quem claudunt criticæ & eruditæ ejusdem Notæ. Ex Codice Palatino præterea descriptum habetur in jure Græco Roma-

no

Codex maximæ molis est in fol. g., in membranis tenuissimis, & nitidissimis, atque etiam pulcherrima characterum forma exaratus, cujus singulæ paginæ usque ad finem vitæ S. Patris duplici constant columna. Ad calcem proprio charactere Calligraphus sic notatur. Κὶ μοῦ σῶσον ἰωακεὶμ σοῦ δοῦλον τοθογραψάντον τὴν δέλτον λύσιν scilicet. *Domine mi salvum fac Joachim famulum suum, qui scripsit librum hunc.*

Codex ut arbitror est Sæculi XII.

Τετράδια idest Quaterniones.

In II.

Evangelia Græca *de Tempore, & de Sanctis, & de diversis*, quæ in Ecclesia Græca legi consueverunt.

Codex ita incipit

✝ ἐκλογάδιν σὺν θῷ τῶν εὐαγγελίων τοῦ χρόνου:

idest Selectio Sanctorum Evangeliorum de Tempore.

✝ τῆ ἁγία κα
κας[ά]σι τοῦ
μεγάλου θῦ
καὶ σρς ἡμῶν
ἰῦ χῦ:
ἐκ τοῦ κατὰ ἰω:

scilicet. *In Sancta Resurrectione magni Dei, & Salvatoris nostri Jesu Christi secundum Joannem.*

Titulus rubris constat litteris, & omnibus initialibus deauratis, ut non valde absimilis appareat ab altero Evangeliorum superioris Plutei XXVII, cum & is Codex incipiat eodem ferme ordine ab initio Evangelii S. Joannis. At diversitas maxima est non solum in forma, & pulchritudine characterum, qui vetustiores, elegantioresque conspiciuntur in primo, minoresque in eo abbreviaturæ, verum etiam Festivitates per anni circulum suis in locis distributas exhibet numero valde pauciores. Enim vero Codex iste primum habet Evangelia de Tempore, eaque sejungit ab Evangeliis Festivitatum Sanctorum, ita ut quolibet Mensium die *Sancti* festivitatem assignet cum Evangelio instar ferme Kalendarii; & demum exhibet Evangelia de *diversis* ut perspectum erit e græca utriusque in latinum versione tradenda ad finem hujus Libri. Ex his satis superque conjicimus, Codicem ejusdem antiquitatis non esse, sed Sæculi, ut arbitramur, XII. In eo, velut etiam in primo, observantur notæ quædam, seu apices musicales, quorum imaginem ibi descripsimus. (c)

In III.

no cum versione Joannis Leunclavii Francof. 1596. Tom. II. pag. 203. Illud etiam latine ex Jacobi Sirmondi versione edidit, adjunctis pro vindicando illo monumento observationibus, Baronius ad A. C. 389, & testatus est Sirmondum cum Brissonii editione duos græcos Codices Vaticanæ Bibliothecæ consuluisse; consuluisset utique & hoc monumentum in Codice nostro existens, si miserrime non latuisset. Ibi enim extat cum illis signis Librarii sub Codicis initium jam descriptis; extat cum septem Testium subscriptionibus.

(c) Quædam attulimus in descriptione alterius Codicis existentis in Pluteo XXVII. num. 4. ad Græcam Liturgiam pertinentia; nunc præstat ad hunc alterum Codicem, in quo musicæ Notæ etiam occurrunt, hæc adnotare. Antequam apud Græcos fixus esset Psalmorum, aliorumque Eccle-

In III.

Δημοσθένους λόγοι. *Demosthenis Orationes* quædam, ut puto selectæ ex aliis, quæ sunt in Codice primo Plutei XXVII., scilicet Olinthiacæ, quattuor ad Philippum. Nil aliud observatu dignum in eo reperitur.

Codex est exaratus in charta nostrate, & characteribus satis nitidis, & est Sæculi XIV.

In IV.

1. Titulus in primis est. βασίλειος ἐλάχιστος ἐπίσκοπος καισαρείας καππαδοκίας τῷ φιλοχρίστῳ δεσπότῃ κωνσταντίνῳ αὐτοκράτορι. idest *Basilius minimus Episcopus Cæsareæ Cappadociæ Christi amatori Domino Constantino Imperatori*. Initium Sermonis hujus ita est. ἐν ταῖς μεγίσταις καὶ δημοτελέσι τῶν πανηγυρεῶν μέγιστε αὐτοκράτορ: nempe *in maximis, & publicis conventibus, o maxime Imperator*. Est igitur Sermo S. Basilii Cæsareæ Cappadociæ Episcopi in die Natali Christi ad Constantinum Imperatorem.

2. Deinde sequuntur Sermones: εἰς τὰ ἅγια φῶτα, εἰς τὸ βάπτισμα, εἰς τὸν μέγαν Ἀθανάσιον, εἰς τὴν πεντηκοστήν; scilicet *In sancta lumina; in Baptismum; in magnum Athanasium; in Pentecosten* &c. cum aliis non paucis, quos vidimus inter Opera S. Gegorii Nazianzeni. Tum Scholia nonnulla in Gregorii Nazianzeni Opera. Additur in fine Collectio illa Historiarum, quarum meminit idem S. Gregorius in Sermone primo contra Julianum, & in Epitaphio in Basilium.

3. Tandem eodem charactere legitur, τοῦ θεολόγου περὶ τῶν ἑπτὰ θεαμάτων. idest. *Theologi de septem spectaculis*. hisce verbis hæc sunt comprehensa. τεῖχος, ἄγαλμα, κῆποι, πυράμιδες, ναός, ἄγαλμα, τάφος. idest. *Murus, simulacrum, horti, Pyramides, templum, simulacrum, sepulcrum*. clarius autem ita explicantur. 1. *Murus Babylonis*: 2. *Simulacrum Colossi*: 3. *Horti Babylonis*: 4. *Pyramides in Ægypto umbra carentes*: 5. *Templum Cyzici*: 6. *Statua in Capitolio Romæ*: 7. *Sepulcrum Mausoli in Caria*. Hæc clarior explicatio ne hilum quidem differt ab iis, quæ deinde græce in Codice scripta sunt. (d)

Ecclesiasticorum canticorum ritus, Lectionum ex utriusque Scripturæ paginis usus a prima Ecclesiæ ætate invaluerat, & præsertim Evangeliorum in sacra Sacrificii liturgia. Hujus rei testis est nobis Nicolaus Cabasilas *Exposit. liturg.* cap. 16, immo & Paraphrasis Georgii Pachimeris in opus Dionysii *de Hierarchia Ecclesiastica*, a quo triplex lectio enumeratur in Ecclesia græca. *Lectio tabularum Sanctarum Scripturarum*: deinde inquit. *Per Lectores* (Liturgos ille vocat, idest Ministros) *divinarum Scripturarum Prophetiarum, Apostoli, & divini Evangelii fit lectio*. Jam vero nuda Evangelii lectio in Missa non erat, sed modulata voce fiebat, & cantu in solemnioribus saltem festivis diebus, scilicet *Natalis Domini, Epiphaniæ, Resurrectionis*, & similibus. Neque ad hujus rei veritatem ostendendam opus est testimonia cumulare. Goarus, Leo Allatius, Du-Cangius, & Pater Carpentier Gloss. V. *Cantare*, Martinus noster, ut mittam veteres, recentioresque liturgicos Codices manu exaratos, certam rem faciunt. Musicæ Notæ, quæ nostros Codices Græcos ornant armonice ita sunt dispositæ, ut a vocis deflexu ad gravem tonum, a gravi ad accentum acutum gradum faciant, vel ad lectionis, vel ad nonnullorum versiculorum finem. Hinc Liturgiarum Expositores, & præsertim Hugo Cardinalis *Exposit. Missæ* cap. 9. sedulo attendens ad sanctam, semperque laudandam hanc & latinæ & græcæ Ecclesiæ consuetudinem scribit. *Lectiones veteris Testamenti terminantur in gravem acutum; in novo vero Testamento promittuntur spiritualia, & æterna, in cujus signum Evangelium, & Epistola terminantur in accentum acutum*. Et Durandus lib. IV. cap. 16 *Quæritur quare Prophetias voce inferius deflexa; Evangelium vero, ac Epistolam vocem exaltando finimus*. Respondet. *Per Prophetiam, quæ est in veteri Testamento Synagoga, quæ inclinata est, & cecidit, intelligitur, ideoque inclinando vocem, & quasi cadendo Prophetia finitur. Hinc est etiam Synagoga depingitur quasi fracta asta vexilli; per Evangelium vero, & Epistolam Ecclesia militans repræsentatur, quæ exaltata est, & ideo cum exaltatione vocis finiuntur*. Ne plura persequar, vide Opus a Cl. Martino Gerberto de Musica sacra elaboratum *de Missæ decantatione* cap. 14.

(d) In memorandis septem Orbis mirabilibus non omnis ætas consensit. Extat siquidem Philonis Bizantini libellus ab Allatio editus, & excusus Tom. VIII. Græcarum antiquitatum Gronovii, & ibi septem Orbis mirabilia ita enumerantur. *I. Horti Pensiles. II. Pyramides Egyptiæ. III. Jovis Olympici Simulacrum. IV. Colossus* Ro-

Hæc, quæ inveniuntur in eo, & ipse in membranis exaratus, sed longe minoris magnitudinis, ac est alter, qui sequitur ejusdem S. Patris, & est Sæculi XIII.

In V.

1. Sancti Basilii Archiepiscopi Cæsareæ *Homiliæ in Psalmos*. Hinc titulus ita se habet.

τὸυ ἐν ἁγίοις πρ̃ς ἡμῶν Βατιλείου ἀρχιεπισκΗ, καισαρείας Καππαδοκίας ὁμιλία εἰς τὸ πρῶτον ψαλμόν. idest.

Sancti Patris nostri Basilii Archiepiscopi Cæsareæ Cappadociæ Homilia in primum psalmum.

Præcedit Index Homiliarum in Psalmos, & pertingit ad numerum μδ, scilicet 44., quibus completis denuo Index occurrit; ad cujus calcem extat Monocondylioo, sive ductus ille calami, de quo in Pluteo XXVIII. ad Codicem quintum nonnihil adtigimus, sed longe productior, & intricatior, ut non tantum scribæ nomen, verum versus aliquis, aut sententia in eo inclusa videatur.

In ultima Codicis pagina scilicet Homiliarum in Psalmos coronidis loco extat versiculus primus psalmi primi: μακάριος ἀνὴρ ὃς ὀυκ ἐπορέυθη ἐν μουλῇ ἀσεμῶν. scilicet. *Beatus vir, qui non abiit in consilio impiorum.*

Continet itaque Codex iste Homilias S. Basilii in Psalmos, aliaque ipsius Opera. Etenim post Psalmos in Codicis medio sequens titulus exhibetur.

Τοῦ ἀυτῦ εἰς ὀυκ ἔστιν ἄιτιο τῶν κακῶν ὁ θς.

scilicet. *Ejusdem. In hoc, quod non est causa malorum Deus.*

Codex longe majoris magnitudinis est, quam alter ejusdem S. Patris, in fol. maximo, atque in membranis exaratus, & Sæc. XII. Post primum Indicem in supremo paginæ limbo, diverso charactere, ac attramento exscriptum legitur.

Hoc nomen esse antiqui possessoris hujus Codicis videtur, nisi fallimur in eorum verborum interpretatione.

Primum nomen legendum esse βίβλ☉, idest *Liber* neminem fugit: compeodiarias vero litteras, quæ sequuntur, ita distincte exscribendas esse putamus: ἱερὰ τῆς μονάχων Γαλησίου, ex quibus verbis licet justa, ac genuina syntaxis elici non possit, tamen significare videntur nomen possessoris ejusdem libri, scilicet Monachi cujusdam Gelasii, aut potius Galisii.

Post hanc inscriptionem in Quadrato a Miniculatore variis apicibus, festivisque ænigmatibus elaborato quædam exscripta sunt, quæ exprimere videntur Sermonem lacrymarum *beati*, *ac sapientis Basilii*. Nec mirum, si heic μασιλείου scribatur pro βα-

Rodius. V. Muri Babylonis. VI. Dianæ Ephesiæ Templum. VII. Mausoli Sepulcrum. At in Codice græco Sæculi XIII., quod erat in Baluziana Bibliotheca teste Montefauconio Diar. Ital. cap. 20. Orbis mirabilia hoc modo numerantur. *I. Thebæ Egypticæ. II. Babylonis Mœnia. III. Mausoleum. IV. Pyramides. V. Colossus Rodius, quem quidem* (sic ibidem) *ajunt columnam æneam esse 600 cubitorum. VI. Capitolium Romanum. VII. Templum Adrianum Cyzicenum.* Heic videmus omissa *Pharum Alexandrinam; Templum Jovis Olympici, & Templum Dianæ Ephesiæ*, & substituta observamus alia, videlicet, *Thebas Egyptiacas, Capitolium, & Templum Adriani Cyzicenum*. Ubi vero in nostro Codice græco pro *Simulacro Jovis Olympici in Acaja* reperitur *statua* quædam sine nomine in *Capitolio*: memoratur etiam *Templum Cyzicenum* fortasse pro *Templo Dianæ Ephesiæ*, & nulla denique fit mentio celeberrimæ Turris *Pharos Alexandriæ* a Sostrate, ut ajunt, ædificatæ jussu Ptolomæi Philadelphi, quam nonnulli pro septimo miraculo ponunt. Alii Scriptores tot addiderunt, unde aliqui collegerunt dena quaterna esse non septem. Hæc tandem adnotare libuit in Codice nostro, quum inter opera S. Basilii Episcopi Cæsareæ Cappadociæ edita nulla horum spectaculorum, seu rerum Orbis mirabilium mentio facta reperiatur.

βασιλείων, quum hoc commune fit aliis etiam noſtris Codicibus, ubi paſſim pro βίβλια ſcribitur μίμλια.

At quoniam ingenuum eſt fateri per quos profeceris: in perluſtrandis, obſervandiſque his græcis Codicibus me multum debere profiteor labori, ac diligentiæ amiciſſimi viri Joſephi Antonii Aldinii Cæſenatis publici in patrio Gymnaſio eloquentiæ Profeſſoris, in græcis, latiniſque litteris exercitatiſſimi, & in omni antiquitate verſatiſſimi, ut omnibus notum eſt, atque iis præſertim, quibus cum eo commercium litterarum eſt, quique in eorum editis operibus perhonorifice de eo mentionem faciunt. Is multa in his Codicibus obſervatu digniſſima detexit non amplius ab aliis obſervata, quæ mihi campum aperuerunt, ut qualeſcumque meas adnotationes, atque animadverſiones adnecterem.



Indi-

Indice omnium manuſcriptorum Codicum, ut per me licuit, qui ad dexteram ſiti ſunt Bibliothecam ingredientium, accurate exarato, fidem, qua me obligavi, celerius ſervo, Catalogum texendo illuſtrium Scriptorum Cæſenatium, qui & in primis duobus Pluteis continentur, & qui in hac Malateſtiana Bibliotheca extra Pluteos aſſervantur; immo duorum præſertim celeberrimorum Scriptorum e re nata verba faciam, quamvis hac in Bibliotheca non reperiantur, quorum Hiſtorici Cæſenates, nec manuſcriptæ Relationes, nec Annales, quotquot ſunt, Cæſenæ non meminerunt; horum etiam non prætermiſſis Operibus, quæ vel heic non extant, vel lucem nondum adſpexerunt, ac nonnullorum noſtris hiſce temporibus, quorum memoriam ob non vulgarem eorum eruditionem, & ob multa edita Opera excipiet immortalitas. Supereſt igitur, me Catalogum Scriptorum Cæſenatium numeris omnibus abſolutum non conficere, quia ſi immenſam ferme eorum quovis Sæculo exiſtentium ſupellectilem, quam poſt me relinquo, vulgare auderem, extra chorum, ut ajunt, me canere jure, & merito quiſquis pronuntiaret. De his tamen, quorum verba faciam, inedita quædam, omnibusque haud nota Catalogus noſter indicabit.

IN PLUTEO I.

LIBRI NUM. XXIII.

I. Hieronymi Dandini Cæſenatis *de Corpore animato* lib. VII.

2. Commentarius ejuſdem in tres lib. Ariſtotelis *de Animalibus*.

Pariſiis apud Claudium Chappelletum MDCXI.

II. Ejuſdem *Ethica Sacra de Virtutibus, & Vitiis*. Lib. I.

Cæſenæ apud Norium Anno Domini MDCLI.

Iſtiuſmodi Operis non meminit Auctor ſupplementi ad Lexicum hiſtoricum P. D. Antonii Mariæ de Lugo Presbyt. Congregat. Somas: inter Romanæ Hiſtoriæ Academicos.

Hieronymus Dandinius Eminentiſſimi Dandinii Nepos, Societatis Jeſu Religionem ingreſſus tantum in ſeverioribus diſciplinis profecit, ut ad publice Pariſiis Philoſophiam edocendam, nec non Patavii ad Theologiam legendam fuerit accitus. Ad Libani Maronitas a Clemente VIII. anno 1596. miſſus, itineris ſui, rerumque apud eos geſtarum contexuit enarrationem, quæ anno 1656 Cæſenæ impreſſa hunc præfert titulum. *Miſſione Apoſtolica al Patriarca, e Maroniti del Monte Libano*, quæ ſubinde Gallice reddita fuit cum ſuis adnotationibus.

III. Franciſci Uberti MSS., de quibus diſſeruimus.

IV. Benedicti Cæſenatis de *bonore Mulierum*. Extat MS. Codex. hujus Operis verſibus Italicis ſcripti in tres lib: diviſi in Bibliotheca Barberina cum hac inſcriptione. *Opus Benedicti Cæſenatis de bonore Mulierum ad illuſtrem miræ indolis adoleſcentem Malateſtam Domini Sigiſmundi Pandulphi Malateſtæ Filium Ariminenſium Regis*.

Venetiis per Bartholamium de Zanis Anno MCCCCC. die ſexta Menſis Julii.

Antonius Caſarius in hac Bibliotheca collocandum duxit Anno MDLXIII.

De

De hoc Opere Tom. XXXIV. Dia. Ital. art. 2. pag. 45. Quadrius To. VI. pag. 211. refert a Summo Pontifice Nicolao V. Poetam fuisse laureatum. Floruit Sæc. XV.

V. Caroli Verardi Cæsenatis. *Historia Bætica*.

Romæ per Magistrum Eucharium Sibber, alias Franch anno Domini MCCCCXCIII. die VII. Martii. In fine ultimæ paginæ hæc sunt. *Acta ludis Romanis Innocentio VIII. in Solio Petri sedente anno a Nati. Salvatoris MCCCCXCII. decimo Kalendas Maji*.

Carolus Verardus Cæsenas Archidiaconus a cubiculo, & a secretis quattuor Pontificum, non Pauli IV. (ut culpa typographi fortasse legitur in Bibliotheca med., & infi. ætatis Fabric. lib. III. pag. 353.) sed Pauli II., Sixti IV., Innocentii VIII., & Alexandri VI. Scripsit prosa eleganti Historiam illam scenis *exhibitam* Dialogos continentem XXIII. sive *de Urbe Granata anno 1491. auspiciis Ferdinandi, & Elisabeth Reginæ expugnata ad Raphaelem Riarium Cardinalem*. Is Theatrum statim construxit in domo sua, ut repræsentaretur. Hinc Procemio illius Operis hæc Carolus habet. *Eam igitur, cum tu magnopere probasses, confestim in tuis munificentissimis ædibus excitato theatro recenseri, agique curasti. Tanto autem patrum, ac populi silentio, & attentione excepta est, tantusque favor, & plausus subsecutus, ut jam dudum nihil æque gratum, ac jucundum auribus, oculisque suis oblatum fuisse omnes faterentur*. Primus enim vero, qui Romæ scenicas revocaverit repræsentationes.

Fuit postea historia hæc Bætica excusa Basileæ 1533. in fol., & in Tom. secundo Hispaniæ illustratæ pag. 861. Francofurti 1603. Vide Diarium Erudit. Ital. Tom. XXXIII.

2. Argumentum metricum Historiæ Bæticæ præfixum est Bartolini Verardi Nepotis, ejusdemque Caroli alumni, immo & Prologus Jambicis versibus illi Operi præfixus. Gesnerus Bibliotheca pag. 165.

3. Scripsit etiam Carolus Drama prosa oratione, cujus argumento narrat, perditum quemdam insidias ad mortem molitum fuisse Ferdinando Regi Hispaniarum, dum Barcinone conventus ageret, quas Deo protegente evasit. Dedisse hoc argumentum fatetur Marcellino nepoti, ut stricta pedibus oratione verteret. Inscribitur Opus: *Ferdinandus servatus*. Obiit Carolus anno 1500 ætatis sexagesimo. Tres igitur ejusdem familiæ ea tempestate floruerunt, atque Cæsenam illustrarunt.

VI. *Decisiones causarum Rotæ Bononiensis per Excellentissimum J. C. D. Petrum de Benintendis Cæsenatem ejusdem Rotæ Judicem sub an.* MDXL. 1541. 42. 43. 44. 45. *nunc primum recollectæ, atque in lucem editæ cum Summariis, & Indice locupletissimo D. Joannis Baptistæ Ziletti Veneti*, cum Epistola dedicatoria ad Reverendiss., ac Sapientiss. D. D. Adoardum Gualandum Episcopum Cæsenatem.

Venetiis apud Bartholomæum Raverium Anno CIↃ. IↃ. LXXII.

Scriptor iste Præceptorem habuit Franciscum Uberti, ut ex Vita Uberti a Nicolao Masinio conscripta intelligimus.

VII. Darii Tiberti Equitis Cæsenatis *Epitomes Vitarum Plutarchi*. Parisiis apud Jacobum Rogardum sub insigni D. Christophori e regione gymnasii Cameracensium 1545.

Illam composuit anno 1492., prima vero editio Ferrariæ adlaborata fuit anno 1501., emendatius postea ex Joannis Oporini castigatione excudit Robertus Winter 1541., præter alias editiones Parisienses.

2. Ejusdem Tiberti manuscriptus Codex inscriptus. *Glossula interlinearis in Psalterium*, de qua superius diximus. Sic etiam composuit Opus *de legitimo Amore* Italicis versibus, quod extat in Bibliotheca Vaticana Cod. Urb. num. 870. Laudatur a Philippo Labbè Bibliot. Appendice 2. pag. 320., ab Antonio Theisser in Catalogo Auct., & Biblioth. pag. 68., a Gerardo Vossio de Hist. lat. lib. 3. cap. 11. p. 657.

3. Antiochus etiam ex illustri illa familia libros scripsit *Physionomiæ*, & *Chi-*

roman-

romantiæ festivissimos (ut de rebus scilicet prorsus ineptis) de quibus copiose loquitur Varilas in Anecd. Florentinis lib. 7. pag. 18.

Parisiis Adolescens politioribus dedit operam litteris; atque physicis, & medicis Facultatibus summa cum laude studuit.

VIII. *De Contractibus* summatis versibus elegis libellus. *Opus* (ita ibi legitur) *fere divinum non solum Notariis, sed etiam cupidis legum Tyrunculis pernecessarium, quum brevi periodo Institutionum terminos complectatur. Interprete D. Polydamante Tiberto Sacrarum legum Doctore*, & cum Indice totius Operis castigato, & continet lib. IV.

Impressum Cæsenæ per Amadæum, & ejus Socios anno Domini MDXXV. IV. Kalendas Decembris, felicissimo Clemente Summo Pontifice septimo imperante.

IX. *Darii Tiberti Cæsenatis Poetæ laureati Carmina*, de quibus jam mentio est facta. Inedita sunt, sicuti & alia duo Opuscula ejusdem Darii paulo ante recensita, nec non & alia Antiochi.

X. Padre Sebastiano Avezzano Carmelitano *Discorsi predicabili* con Prediche della *Incarnatione, Natività, e Resurezione di N. Signore*. Con licenza de' Superiori, e Privilegio di N. S. Pio V., e dell' Illustrissimo Senato Veneto in Venezia MDLXXXVII. appresso Gio. Antonio Bertano.

2. Eodem in Volumine aliud ipsius Auctoris opusculum inscriptum *Ennarratio, sive Præcedentium relatio in septem Sacramenta*.

Bononiæ apud Alexandrum Benacium, & ejus Fratrem. An. MDLXI.

3. Extat etiam *brevis Institutio in Aristotelis Logicam*.

XI. Jacobi Mazzonii Cæsenatis in almo Gymnasio Pisano profitentis *in Philosophiæ præludia*.

Venetiis MDCVIII. apud Joannem Guerilium.

XII. Petri Feretti Cæsenatis Ordinis S. Augustini: *Grammat. Institutiones minores*.

Cæsenæ apud Bartholomæum Raverium MDXCII.

XIII. Nicolai Masinii Philosophi, & Medici *de gelidi potus abusu lib. III.*

Cæsenæ apud Bartholomæum Raverium MDXCII.

Vir iste Physicæ, & Matheseos cognitione eximius, atque utramque facultatem præcipuis Italiæ Gymnasiis maxima cum laude est professus. A Clemente VIII. ad munus Pontificii Archiatri accersitus, privatæ vitæ cupidus, ut otium sibi esset ad studia, Aulæ honoribus vale dixit. Plura scripsit, sed non excusa; certe Vitam Novelli Malatestæ Principis, cujus mentionem facit in Inscriptione supra Januam Bibliothecæ, quæ cap. 4. fuit exhibita. Vide Erithræum in Pinacoth. I. pag. 272.

XIV. Jacobi Mazzonii *de triplici hominum vita, activa, contemplativa, & religiosa Methodi tres quæstionibus 5191. distributæ*; quæ omnia disputanda publice Bononiæ proposuit Anno salutis MDLXXVII. ad Philippum Boncompagnum S. R. E. Cardinalem amplissimum.

Cæsenæ Bartholomæus Raverius excudebat MDLXXVII.

XV. Ejusdem: *Difesa della Commedia di Dante distinta in 7. libri:* pars prima, quæ continet tres primos libros. All' Illustrissimo, e Reverendiss. il Signor D. Ferdinando de Medici Cardinale di S. Chiesa.

Cesena appresso Bartolomeo Raverio MDLXXXI.

XVI. Ejusdem. *Parte seconda della Difesa &c. Opera postuma pubblicata a studio, e spesa di D. Mauro Verdoni, e D. Domenico Buccioli Sacerdoti Cesenati dedicata all' Illustrifs., e Reverendifs. Signore Monsig. Rinaldo degl' Albizzi*.

In Cesena per Severo Verdoni 1688. (a)

XVII.

(*a*) Hæc secunda Mazzonii pars in Dantis Poetæ celeberrimi defensionem autographa adservatur in Bibliotheca Barberina Romæ num. 1544. in fol. g., eaque in Capsula instar libri clauditur, eleganter ubique stemmatibus Familiæ de Comitibus ornata, pulcherrimis coopertà

XVII. *Examen Censuræ Joannis Camilli Gloriosi in lib. de tribus novis stellis Scipionis Claramontii Cæsenatis:* Auctore eodem Scipione Claramontio. Serenissimo Principi Joanni Carolo ab Herruria Ferdinandi secundi Magni Ducis Fratri.

Florentiæ typis novis Amatoris Massæ, & Soc. Anno MDCXXXVI.

2. Ejusdem Scipionis Opuscula varia *Mathematica*.

3. Dein *de usu speculi pro libella, & de tota libratione: de inspectione imaginis subjecti pro refractione ex aqua in vase quiescente*.

4. Postea Josephi Dominici Rosini Cæsenatis Doctoris Philosophi, & Medici *in Parentalibus* Scipionis Claramontii Equitis.

Cæsenæ apud Nerium MDCL.

XVIII. *Repertorium locupletissimum tam Librorum, quam Quodlibetorum Joannis Scoti olim* a doctissimo P. M. Hyeronimo de Ferrariis Fantono Viglevanensi Ordinis Prædicatorum &c. nunc opera R. Patris F. Julii Hisepii Cæsenatis Lectoris Patavini ejusdem Ordinis recusum. Præfatio est Paschalini Regilelmi Clerici Veneti ad Sixtum V. Pontificem Maximum.

Venetiis apud Aloysium Sessam MDLXXXVIII.

XIX. Gratiosi Uberti Cæsenatis Tractatus *de Citationibus* ad SS. D. N. Innocentium X. Tom. III. & ultimus.

Romæ Typis Lodovici Grignani. MDCXLV.

XX. Ejusdem Tom. II. ad Eminentiss. Principem Benedictum Ubaldum S. R. E. Cardinalem, & Episcopum Perusinum.

Romæ Typis ejusdem Typographi anno MDCLI.

XXI. Ejusdem Tom. I. ad eundem Principem.

Bononiæ Typis Nicolai Tebaldini An. MDCXXXVII.

XXII. Ejusdem liber *Carminum Moralium*.

Bononiæ typis ut supra MDCXXXVII.

XXIII. Ejusdem *Legales congressus*.

Romæ apud Lodovicum Grignanum MDCXXX.



P IN

ta indumentis, in quorum altero ejusdem Familiæ effulgent insignia: in altero vero aureis characteribus hæc leguntur: *Tomo originale, & unico della Seconda parte della difesa di Dante di Jacopo Mazzoni donato dall' Autore istesso, mentre viveva a Lottario II. Conti Duca di Poli l'anno* 1597. Nec unquam poterit quispiam inficiari, authographum esse Opus, cum lituræ in eo plurimæ, emendationesque, ac mutationes, hæque interdum longiores conspiciantur.

IN PLUTEO II.

LIBRI NUM. SUNT XX.

I. Discorso della *Cometa Pogonare dell' anno* 1618. *di Scipione Chiaramonti Gentiluomo Cesenate: aggiuntavi la risposta della Cometa prossima antecedente dell' istesso*.

Al Sereniſſimo D. Alfonſo d' Este Principe di Modena, Reggio ec.

In Venezia appreſſo Pietro Ferri 1619.

II. *De tribus novis stellis, quæ annis* 1572. 1600. 1604. *comparuere lib. III. Scipionis Claramontii Cæsenatis, in quibus demonstratur rationibus ex Paralaxi præsertim ductis, stellas illas fuisse sublunares, & non cœlestes adversus Tychonem, Gemmam, Mæstlinum, Keplerum &c.*

Eminentiſſimo, & Reverendiſſimo Franciſco Cardinali Barberino.

Cæſenæ apud Joſephum Nerium Impreſſ. Came. 1628.

III. *Difesa di Scipione Chiaramonti da Cesena al suo Antiticone, e libro delle tre nove stelle dalle opposizioni dell' Autor de due massimi sistemi Tolomaico, e Copernicano, nella quale si sostiene che la nuova stella del* 72. *non fu celeste*. *Si difende Aristotele nei suoi principii del Cielo; si rifiutano i principii della nuova Filosofia, e le addotte in difesa, e prova del sistema Copernicano*.

All' Eminentiſſimo, e Reverendiſſimo Signore Cardinale Franceſco Barberini.

In Firenze preſſo il Landini 1633.

IV. Scipionis Claramontii Cæſenatis *de sede sublunari Cometarum* Opuſcula III. in ſupplementum Antitychonis conducentia.

Amſtelodami apud Joannem Janſſonium an. 1636.

Eminentiſſimo, & Reverendiſſimo Cardinali a Balneo.

V. *Castigatio Joannis Camilli Gloriosi adversus Scipionem Claramontium Cæsenatem castigata ab eodem Scipione Claramontio*.

Illuſtriſſimo, & Reverendiſſimo Proſpero de Mutis Sacroſanctæ Principis Apoſtolorum Baſilicæ de Urbe Canonico.

Cæſenæ Joſeph de Neris Camer. Typographi anno 1638.

VI. *Della ragione di Stato di Scipione Chiaramonti da Cesena, nel qual Trattato da primi principii dedotto si scuoprono appieno la natura, le massime, e le specie dei Governi buoni, e dei cattivi, e mascherati*.

A Madama Sereniſſima Criſtiana di Lorena Gran Ducheſſa di Toſcana.

In Firenze nella Stamperia di Pietro Neſti 1635.

VII. *De Methodo ad doctrinam spectante lib. IV. Auctore Scipione Claramontio Cæsenate*.

Eminentiſſimo, ac Reverendiſſimo Cardinali Joanni Franciſco Guidio a Balneo.

Cæſenæ Carolus Nerius Camer. Typographus 1639.

VIII. *Synopsis Conciliorum omnium tam generalium quam provincialium, sive latinorum, sive græcorum. Auctore Celso Rosino Cæsenate Abbate, & Doctore Theologo Congregationis Canonicorum Regularium Salvatoris Lateranensis*. Sed de ipſo Opere verba fecimus Plut. II. de MSS. Codicibus. Etſi hoc Opus lucem non adſpexerit, non deſunt tamen alia ejuſdem doctiſſimi Viri Opera Typis vulgata. Iſthæc ſunt.

2. *Lyceum Lateranense illustrium Scriptorum Sacri Apostolici Ordinis Clericorum Canonicorum Regularium Salvatoris Lateranensis Elogia. Celso de Rosinis Cæsenate ejusdem Instituti Doctore Theologo, & Abbate Auctore lib. XX. ad faciliorem ordinem digesta*.

Cæſenæ MDCXL. ex Typographia Nerii.

3. Sic

3. Sic etiam. *Sacri Apostolici Ordinis Clericorum Regularium Salvatoris Lateranensis Frigdonarii duodecim Reformatores venerabiles Memoriæ Celsi Rosini Cæsenatis eodem Ordine Abbatis & Theologi.*

Cesenæ ex Typographia Nerii MDCLII.

Alia ejusdem eximii Scriptoris Opera in libro III. Tomi primi pag. 213 Lycei Lateranensis ex Typographia Nerii Cæsenæ, inter quæ enuntiatur etiam illud deperditum inscriptum *Musæum Peripateticum de Vitis Philosophorum Peripateticorum, qui ab Aristotele eorum Principe. ad nostra usque hæc tempora insigniores extiterunt*, de quo loquitur vir inclytus Honoratus Moutecalvus in suo libro de Vitis trium Barbarorum insignium Philosophorum.

IX. *Exactissima descriptio quarundam Plantarum, quæ continentur Romæ in Horto Farnesiano Tobia Aldino Cæsenate Auctore.*

Illustrissimi & Reverendissimi Principis, & Cardinalis Farnesii, Medico, Chimico, & ejusdem Horti Præfecto.

Romæ Typis Jacobi Mascardi an. Jubilæi 1625. (b)

X. Codex manuscriptus Conciliorum omnium Reverendissimi D. Abbatis Celsi Rosini, estque Tomus primus, de quo satis. *Vide Celsum Rosinum in Lyceo Lateran. T. 1. pag. 296. & seq. & Diarium Eruditorum Italiæ Tom. XXVIII. pag.* 123. *& seq.* Nihil amplius de illo erudito Scriptore in Biblioth. mediæ, & infim. ætatis lib. III. pag. 366. Fabric. Editionis Patavii ex Typographia Semin. MDCCLIV.

XI. Scipionis Claramontii Cæsenatis in Aristotelem *de Iride; de Corona; de Pareliis, & Virgis Commentaria*. Perillustri, & Clarissimo Viro D.D. Foresto.

Venetiis apud Scipionem Banca 1668.

XII. *Degli Horivoli a Sole del Padre Giulio Fuligatti da Cesena della Compagnia di Gesù.* Al Serenissimo D. Cosmo II. Gran Duca di Toscana.

In Ferrara presso Vittorio Baldini Stampatore 1617.

XIII. Philosophia naturalis methodo resolutiva tradita *de principiis, & communi-*

(b) Aldinus. *Exactissima descriptio variarum quarundam plantarum, quæ continentur Romæ in Horto Farnesiano Tobia Aldino Cæsenate, seu potius Petro Castello auctore. Roma* 1625. *in fol.* Ita legitur in Tom. XI. *Memorie della Reale Accademia delle scienze di Parigi spettanti alla Storia naturale tradotte in Italiana favella in Venezia* 1757. *appresso Pietro Bassaglia.*

In Roma nel principio del Secolo passato si coltivarono Piante singolari, e pellegrine negli Orti Farnesiani. Delle piante rare di questo giardino diede una descrizione in Foglio sottile Tobia Aldini da Cesena, che avea cura di quelle piante. Molti vogliono, che il libro dell' Aldino sia stato composto da Pietro Castelli per cui resta diminuita la gloria dell' Aldino, ma molto più per aver scritto in esso libro alcune cose invidiosamente contro Fabio Colonna grandissimo Botanico di quel tempo, e veramente Accademico Linceo, come Egli s' intitola, e come il Galileo, ed altri grandi Uomini allora s' intitolavano. Ita ex MS., cujus titulus est. *Compendio d' instituzioni di Botanica seconda il Metodo del Turneforzio compilate dal Signor Dottore Giovanni Bianchi Ariminese, Professore di Notomia nella Università di Siena, e dettate in Rimino l' Anno MDCCXXXII., alla pag.* 53.

Eruditus Marchio Josephus Loccatellus (cui morum suavitate, comitate, liberaque facultate mihi facta pro lubito adeundæ Bibliothecæ suæ multis, eximiisque Editionibus locupletatæ, ita in dies devincior, ut nihil magis) hac de re me certiorem fecit, dum sub oculis posuit Tomum XI. inscriptum. *Memorie della Reale Accademia ec.*, & MS. antea enuntiatum cl. Blanchii Ariminensis. Legi ego, & probavi, quum Scriptores istos ceteroqui celebriores temere hæc scripsisse, haudquaquam arbitrer. Sed quid? Videtisne eelari Auctores, qui hanc rem vulgarunt, & etiam rationes, quibus suffulti contra senserunt? Firmissima proculdubio non desunt monumenta, si otium mihi esset ad hæc studia, ad demonstrandum, librum hunc genuinum esse fœtum Aldini Cæsenatis. Ast studiosis adolescentibus Cæsenatibus, optimæque spei, qui Patriæ suæ laudis sunt cupidissimi, hanc spartam relinquo.

Heic addere lubet in Loceatelliana Bibliotheca inter MSS. me invenisse opusculum inscriptum. *Vita di S. Lodovico Re di Francia scritta dal Signor Gionville, e trasportata dalla lingua Francese dal Sig. Giulio Locatelli Giureconsulto Cesenate.* All' Illustriss:, e Reverendiss. il Signor Michele Angelo Tonti di S. Romana Chiesa Cardinale di Nazareth Vescovo di Cesena, Signore, e Padrone. Hæc, nisi fallor, inedita est, eleganterque traducta, & in multis, ut Auctor testatur, aucta.

munibus affectionibus rerum naturalium lib. XI. Scipionis Claramontii Cæsenatis, Principi Carolo ab Etruria S. R. E. Cardinali.

Cæsenæ apud Nerium 1652.

XIV. Discorso di Jacopo Mazzoni in *difesa della Commedia del Divino Poeta Dante*.

In Cesena per Bartolomeo Raveri an. 1573.

Jacobus Mazzonius Cæsenas Vir ad naturæ prodigium omniscius Maceratæ, Romæ, & Pisis primariam tenuit sedem magna Auditorum adstante frequentia, admiratione, & laude. Nicius Eritræus scribere non dubitavit. *Mazzonium legisse omnes qui tunc reperiri poterant, libros, nec unquam ullius rei oblitum esse*. Hinc commune adagium *la memoria del Mazzoni*.

Præter enumerata Opera, Orationes, & alia conscripsit non omnia edita; sed ab aliis quidem dignis rebus agendis cito eum abstraxit mors ætatis suæ anno 48.; salutis 1598. Idem Auctor in Pinacoth. pag. 65.

Thomæ Martinelli J. C. Cæsenatis Oratio habita Cæsenæ III. Idus Aprilis 1598. *in Funere Jacobi Mazzonii*.

Illustrissimo, & Reverendissimo Aldobrandino Cardinali amplissimo Ferrariæ, & ad omnes Italiæ Principes de Latere Legato meritissimo.

Cæsenæ apud Franciscum Raverium.

Ejusdem *Tractatus de Cometis*, qui asservatur in Vaticana Cod. Urb. 513, quem memorat cl. Vincentius Masinius Cæsenas in adnotationibus Poematis de *Sulphure* pag. 93.

In primo Tomo MSS. existentium penes egregium, & nobilem Virum Carolum Ceccaronum duo exarata sunt opuscula, quorum alterum inscribitur. *Vita di Jacopo Mazzoni di Nicio Eritreo*; alterum vero *Relazione di Jacopo Mazzoni di Aurelio Mesini*.

A viro erudito oretenus audivimus, nonnullos ex Ferrariensibus, Scriptorum illustrium famæ cupidissimos, Mazzonii nostri clarissimi Opera sedulo quæsivisse, ut novam omnium ejus Operum Editionem cuderent, eamque illustrarent: tanta est apud doctos homines doctrinæ ipsius, ac nominis celebritas. Sed cum non omnia tanti Viri Scripta possent colligere (sunt quidem quamplurimi incredibili mentis errore ducti, qui autumant, augeri Codicum pretium, si lateant; minui, si publico usui destinentur) a meditato, honestissimoque consilio abduxerunt animum. Qua de re doctissimi hujus Cæsenatis Scriptoris fas est ea recensere, quæ Petrus Segnius in ejusdem funebri Oratione scribit pag. 213. *E se in questa Città a noi, o Accademici della Crusca in particolare, i quali avendo ricevuto da così valoroso Accademico cotanta luce, e splendore, troppo gran fallo sarebbe il nostro, non dimostrando prontezza nel rendergli almeno questa piccola particella di guiderdone;* & pag. 220. *Solo vi ridurrò alla memoria quelle due Orazioni, le quali con tanta magnificenza di concetti, e di stile in diversi tempi celebrò in una le lodi di Guidubaldo Duca di Urbino, e nell' altra quelle di Madama Caterina de' Medici Regina di Francia: quella dico, che con tanto stupore, quasi tutti gli sentisse recitare in questa Città. E se Alessandro il Macedone portava invidia ad Achille d' aver avuto Omero per celebratore de' suoi gran fatti, non piccola invidia debbono avere gli Uomini valorosi a que' due grandissimi Personaggi, d' avere avuto il Mazzoni per lodator delle loro gloriose imprese*. Hæc inter alia elogia Segnius Orator habet in Oratione octava primæ partis Voluminis inscripti. *Prose Fiorentine raccolte dallo Smarrito Accademico della Crusca*. In Firenze all' insegna della Stella 1661.

Annotazioni sopra *la Gerusalemma liberata* del Sig. Torquato Tasso fatte dal Cavalier Bonifacio Martinelli al Serenissimo Sig. Principe di Parma, e di Piacenza.

In Bologna per Alessandro Benacci 1587.

XV. *Cæsenæ Chronologia in duas partes divisa*, a Fratre Bernardino Manzonio Ordinis mei Alumno, Cæsenate, Pisano Inquisitore ad Illustrissimum, & Reveren.

diss.

clissim. D. D. Franciscum de Albizis S. R., & universalis Inquisitionis Assessorem.
Pisis Typis Amatoris Massæ, & Laurentii de Landis 1643.

XVI. *Cæsenæ historia* Auctore Scipione Claramontio ad Eminentiss. Principem Antonium Barberinum.

Cæsenæ in Typographia Caroli de Neris 1641.

XVII. De atra Bile quoad mores attinet lib. III. Scipionis Claramontii Cæsenatis ad Clarissimum Virum: (desunt reliqua)

Parisiis ad signum scuti Brittaniæ, & in vico dicto primi Præsidis juxta parvam portam. 1641.

De isto eruditissimo, atque clarissimo Scriptore, cujus Opera pluries edita fuerunt, hoc sit Elogium ab Eruditis merito exscriptum.

Scipio Claramontius
Philosophus profundissimus, & clarissimus
Mathematicus, Mathefeos, Animæ, Sophiæ
Genium, ac Naturæ Scriniarius.
Obiit IV. non. Octobris anno ætatis suæ XCII. MDCLII.

Tanta est hujus Cl. Viri nominis celebritas cum in Italia, tum apud exteras Nationes, ut de uno ipsius Opere hoc elogium typis sit vulgatum. *Claramontii Scipionis libri X. de conjectandis cujusque moribus, & latitantibus animi affectibus. Opus novi argumenti, & incomparabile, cura Hermanni Conringii recensitum. Lugduni* 1704. 8. Davidis Szuittingeri Specimen Hungariæ Litterariæ Virorum eruditione clarorum. Edit. Francofurti, & Lipsiæ typis sumptibus Jod. Guil. Kohlesii anno 1711. Diu inter homines egit, & ita humanissimus fuit, ac omnigena scientia excultus, ut ipsius domus disciplinarum liberalium omnium Lyceum, & Academia haberetur. Hinc præ ceteris eo docente profecit, eaque ætate claruit Matthæus Zoccolinus Cæsenas, de quo ea exscribam, quæ accurate e Miscellaneo manuscripto excerpta sunt asservato in Bibliotheca MSS. Codicum Principis, ac vetustissimæ Familiæ Albanorum Romæ, mihique transmissa a studioso, & erudito Cajetano Marino Vaticani Archivi Præfecto.

„ Matteo Zoccolini da Cesena fu dotato dalla Natura di così maravigliosa in-
„ clinazione al dipingere, e particolarmente alle cose di Prospettiva, che non o-
„ stante, che non avesse preso studio molto ordinato, non havendo havuto commo-
„ do di applicare alla cognizione della lingua latina, che gli poteva aprire la stra-
„ da a tutto ciò, che gli fosse venuto bene d'imparare, tuttavia con la prontezza
„ dell'ingegno, l'applicazione vehemente di quello, capitando in Casa del Signor
„ Cavaliere Scipione Chiaramonti, nella quale mercè allo straordinario valore d'esso
„ ogni più bella notizia s'adunava, e esercitava, cominciò a pigliare alcune re-
„ gole al proposito della detta Prospettiva opportune, apertosegli l'intelletto a po-
„ tere affadigare da per se, fattosi dagli amici suoi diversi volgarizzare alcuni libri,
„ o parte d'essi, come Euclide, Vitellione, Aristotele, del quale particolarmente si
„ fece leggere i Problemi, e quelle parti, nelle quali si trovasse Trattato dei colo-
„ ri, degli occhi, del senso, e sensibili; giuntavi ancora la lettura di diversi Mo-
„ derni, come dell'Optica di Gio: Cantuariense, d'alcuni Trattati di Keplero, e
„ d'alcuni Manoscritti di Lionardo da Vinci, ed altri pervenne a segno, che fattosi
„ pratichissimo della materia di prospettiva, non solo la praticò felicemente, ma la
„ communicò ad altri, e la ridusse anco con benissimo metodo in scritto, havendone
„ tessute diverse Opere, che si conservano nella Libraria dei PP. Teatini a S. Sil-
„ vestro di Monte Cavallo, (c) e sono i seguenti Titoli.

Il primo intitolato della Prospettiva lineale in 100. *Capitoli*.

Il

(c) Opera Matthæi Zoccolini nunc haud extant in Bibliotheca S. Silvestri Clericorum Regularium, quos Theatinos vocant, in Monte Quirinali, sed adservantur, ut innuimus, in ea Principis Familiæ Albanorum, cui accessio facta fuit illorum, aliorumque MSS. a celebri Equite Cassiano a Puteo; & Matthæi MSSta reperiuntur indicata D. V. 4. 5. 6. D. VI. 1. 2.

Il secondo intitolato della Descrizione dell' ombre prodotto da corpi opachi rettilinei.

Il terzo intitolato Prospettiva dei colori diviso in 13. Trattati.

Il quarto intitolato Prospettiva del Colore diviso in 17. Trattati, nella quale ha spiegato moltissime cose, che appartengono al Trattato di Lionardo da Vinci inscritto. Opinione di Lionardo da Vinci circa il modo di dipingere Prospettive, Ombre, Lontananze, Altezze, Bassezze da presso, da discosto, e altre. Dal qual Trattato di Lionardo, come haveva visto molte cose da quello scritte con carattere alla rovescia, così il detto Matteo s' assuefece a quella ragione di scrivere, e molte delle sue fatiche, acciò non fossero alla prima intese da ognuno l' haveva con facilità grande, e con carattere assai aginstato prese a scrivere in quella maniera.

„ Delle dette opere la prima trattante dei Colori, e generazione loro per termine di gratitudine, e dell' obbligo grande, che riconosceva verso il detto Signore Cavaliere Chiaramonti gliò ad inscriverlo ad esso. Con la facilità, che haveva acquistato nell' intelligenza dell' opere di Euclide, sopra le quali haveva fatto una gran mano d' osservazioni, e di dimostrazioni, trovandosi resa facile la cognizione ad altre Investigazioni di meno specolative, s' applicò a operare pel servizio di diverse Chiese cose attenenti ad Architettura, havendo in essa mostrato di havere un buon gusto, come s' avesse nella pittura ordinaria, e Prospettiva, ed il medesimo io una soccinta Nota di più cose da esso fatte, fa racconto d' havere particolarmente in Napoli servito di dissegni e modelli in più Chiese, come in quella dei SS. Apostoli. Per le Monache della Sapienza a Sorrento, ed altri luoghi, havendo anco messo mano a stucchi, fontane, e divers' altre gentilezze, e adornamenti.

„ Delle quali fatiche, essendo per il continuo studio dissipato il vigore della sua complessione, diede io una pessima habitudine di capo, che non gli lasciando mai godere un momento di sanità, in ultimo dell' anno.... mancò nella detta Chiesa di S. Silvestro, essendo dolso a tutti sì per la bontà, che era in lui, come per la molta virtù dei talenti, che avea, parte venutagli da Natura, e parte dallo studio. Tra quelli a' quali sommamente dolse, fu a Domenico Zampieri Pittore insigne, il quale come che prima si ritirasse a Napoli vi haveva stretto un' amicizia cordiale, havendo penetrato l' intimo delle fatiche del suddetto si dichiarava d' haverne io materia di Prospettiva retratto bellissime, e straordinarie cognizioni. (d)

Si parumper ab instituto digressi sumus, Lectores parcant. Narratio ipsa historica e re nata id monebat, Præter Opera typis excusa Scipionis Claramontii inedita quædam adservantur penes hæredes, & sunt.

1. *De apparentia Quantitatis eorum, quæ in speculo videntur.*

1. *De*

(*d*) In Necrologio ejusdem domus Clericorum Regularium legitur. *Matteo Zoccolino di Cesena Laico Professo di nostra Religione, Pittore di Prospettiva insigne morì nel 1630. Sabato 13. Luglio alle 18. ore, e alla mattina seguente fu sepolto nel nostro Cimitero.*

Eruditus Silos in lib. III. pag. 93. & in lib. XII. pag. 615., & 616. ipsum Matthæum commendat, virumque fuisse eximii ingenii scribit, *pendebantque*, ait, *ab ejus ore* Eques Arpinas, Pomarancius, Domenichinus celebres Pictores, *ac vi judicii, & si quid perspectivæ suis in tabulis effinxissent ad Zoccolini judicium explorabant*; & addit *humilitatis studiosissimus*. Pater Peregrinus Orlandus Bononiensis scribit. *Fra Matteo Zoccolino da Cesena Teatino dal Cavaliere Scipione Chiaramonti imparò alcune regole di prospettiva, e studiando i libri di Leonardo da Vinci giunse a termine tale, che per se, e per altri pratico Pittore divenne. Nel suo Monastero di S. Silvestro in Roma si contemplano varie bizzarie di sfondi, di prospettive, di Libraria finta, d' adornamenti, di bassi rilievi con inganno dell' occhio, o di storie della passione di Gesù Cristo ec.* ita scribit in libro inscripto. *Abcedario pittorico*. Vide etiam celeberrimum, & doctissimum Patrem Vezzosum ejusdem Congregationis in libro inscripto. *Iscrittori dei Chierici Regolari dei Teatini* pag. 490. secundæ partis. Romæ 1780. Tametsi a laudatis Scriptoribus aliqua de Matthæo Zoccolino sint vulgata, tamen plurima brevi a nobis exhibita nondum lucem aspexerant, & Historici Cæsenates, ut sciam, nullam ipsius mentionem faciunt.

2. *Del moto dell'acqua per le canne, e acquedotti.*

3. *Quesito proposto dal Signor Marzio Colonna, come da una data palla si venga in cognizione del pezzo, a cui serve, sì nelle Colubrine, come nei Cannoni, e si cerca non solo il semplice modo di operare, ma la ragione anco, e dimostrazione delle operazioni. Risposta fatta all'Eccellentissimo Signor Marzio Colonna di Rigajolo, mentre era in Faenza Generale della Fanterìa di N. S. dell'Esercito per la ricuperazione di Ferrara l'anno* 1598. *adì* 6. *Gennaro, e ne dà la soluzione Scipione Chiaramonti.*

4. *Problema sopra dei Baluardi.*

5. *Nuova pratica di perspettiva, nella quale dalle cose nuovamente, e fodamente dimostrate dal Signor Guido Baldo dal Monte nei suoi libri di perspettive si deducano le regole di rettamente operare, e con gli stessi fondamenti si scuoprono li errori, e le imperfezioni de' passati perspettivi.* 1610. adì 21. Novembre.

6. *In Ptolomæum Commentarii.*

7. *Astronomia, in qua novis hypothesibus servantur Phænomena.* Opus hoc exhibet etiam judicium Patris Francisci Eschinardi Societatis Jesu, & approbationem ut typis cudatur Reverendissimi Patris Josephi Clarioni Socii Magistri Sacri Palatii. In fine operis *de Universo* hæc habet, *Laus Deo. Explicitum opus sub initio anni septuagesimi noni ætatis meæ. anno* 1643. *die* 23 *Junii, cujus Mensis dies vigesima prima est mihi natalitia.*

XVIII. *L'Apollo Pitio Poesie morali* di Domenico Berti Cesenate.

All'Eminentissimo, e Reverendissimo Signore Cardinale Albizzi.

In Roma per il Mascardi 1619.

XIX. Joannis Baptistæ Ambroni Cæsenatis inter Offuscatos *Reaperti*, pridem Illustrissimi Senatus, nunc Illustrissimi, & Reverendissimi Episcopi Cancellarii *Carminum diversorum. Melpomene offuscata.*

Cæsenæ ex Typographia Nerii 1642.

Perillustri, & pluribus nominibus perexcellenti D. Alexandro Martinello Thomæ Filio Domino suo Colendissimo Jo. Baptista Ambronus S. P. D.

XX. Lucii Cælii Lactantii Firmiani Opera, quæ extant omnia &c. a Josepho Isæo Cæsenate, olim D. Petri de Urbe Canonico; Gambettolæ, Buschii &c. Comite summa diligentia recognita &c. Eminentissimo, & Reverendiss. Principi Hieronymo Verospio S. R. E. Cardinali amplissimo.

Cæsenæ ex Typographia Nerii 1646. (e)

Si cætera Auctorum Cæsenatium Opera duobus in Pluteis enuntiata minime reperiuntur, suspicio ne subeat, rem apud eos litterariam defecisse. A Sæculo quartodecimo sum exorsus, ab eoque ad hæc usque tempora hujusmodi habuit Cæsena Scriptores, ut magnum in dies ejus nomini obvenerit incrementum.

Antequam brevem eorum historiam exhibeam, minime Lector humanissimus miretur, si ægre ferens, Cæsenates omnes Historicos quemdam Auctorem iis coævum, qui Sæc. XIV. floruerunt, præteriisse, ejus saltem Opera, vel leviter heic attingam, ut intelligatur, quod si *Dantes Alighierius* merita justaque de caussa Italiæ nostræ decus, & ornamentum omnium Eruditorum sensu existimatur; alter Cæsenæ eximiæ Civitatis eodem tempore rei litterariæ splendor non immerito sit habendus.

Is est *Joannes de Virgilio* Cæsenas celeberrimo Danthi Alighierio in amicitiis conjunctissimus, cujus Eclogæ aliquot latino metro conscriptæ, Epistolæque Poeticæ extant, quas sibi mutuo Danthes Alighierius, & Joannes de Virgilio Cæsenas (primi,

(e) Multi Opera Lactantii ad meliorem Lectionem, propositis accuratis Codicibus MSS., ediderunt, inter quos Josephus Isæus Cæsenas S. Petri in Urbe Canonicus. Is Opera Lactantii omnia ad MSS. Codices emendata primum Cæsenæ 1646. in Fol., ut constat; tum postea Romæ in Fol. edidit anno 1650 cum brevibus Commentariis ad calcem, ex Typographia Mascardi.

mi, ut ita dicam, omnium in Italia ſtyli paſtoralis Inſtauratores) mittebant. En unius Eclogæ titulus.

Ecloga Magiſtri Johannis de Virgilio de Cæſena miſſa Domino Muſatto de Padua Poetæ ad petitionem Rainaldi de Cinciis cum Gloſſis interlinearibus. Inc.

= Tu modo Pieriis vates redimite corymbis

Des. = Nunc detur, ut querula ſolemur arundine fortem.

Hæc ipſius Ecloga magni certe momenti eſt ad illorum temporum hiſtoriam. Ex ea conjicio Joannem de Virgilio Cæſenatem Poetam fuiſſe, qui morte præventus coronari non potuit; dignoſcitur namque ex Carmine 5. dum canit. *Frontis inornatæ ſimilem ne deſpice Muſam*. Gloſſa legit. *ſcilicet mei Joannis qui nondum coronatus ſum*. Illum, cui miſit hanc Eclogam, ideſt Dominum Muſactum Paduanum fuiſſe Poetam, & Paduæ lauro coronatum, conſtat, & de eo agit Cl. Mehus in Præfat. ad vitam Ambroſii Camaldulenſis. In ea etiam hæc ſunt,

„ Fiſtula non poſt hac noſtris inflata poetis,
„ Donec ea mecum certaret Tytirus olim
„ Lydius, Adriaco qui nunc in littore dormit,
„ Qua Pineta ſacras prætexunt ſaltibus umbras,
„ Quave Aries dulces exundat in æquore lymphas
„ Ludunt, & tali recreant mea pectora cantu. (f)
„ Sederat eſculea pro tempore Daphnis in umbra
„ Ardentem levians Actea Virgine ſolem,
„ Qua de Monte fluens rigat obvia paſcua Sapis.
„ Et Melibœus ibi jam non ætate petulcus
„ Nec ſibi, nec capris revocato Daphnide anhelus.

Gloſſa habet. *Pro iſto Melibœo ſumendus eſt quidam Judex, qui vocabatur Dominus*

(f) *Tytirus*, ideſt *Danthes*. Et re quidem vera, ſæpe *Lydius* pro *Tuſco* ponitur. Nam Silius lib. 11. v. 39. *Lydia ſtagna appellat lacum Traſymenum Hetruriæ*; & Virgilius 8. En: v. 479., & En: 2: v: 781. Lydiam quondam Gentem bello præclaram inſediſſe jugis Hetruſcis; & Tyberim fluvium Lydium dicit, quia oritur in Hetruria; & ideo Joannes de Virgilio Cæſenaa, ut Danthem deſcribat, canit *Tytirus olim Lydius*, & ait ſecum certare, inque littore Adriaco dormire: *Qua Pineta* &c. &c. Indicat etiam unum e Ravennæ fluminibus, ideſt *Arietem*, vulgo dictum *il Montone*. Quorſum hæc? Ut pro certo habeatur Ravennates Danthis cineres tenere, atque immerito Dominum Lovillet hanc laudem eximiam Ravennatibus adimere, in quem elegantem doctamque diſſertationem eruditus Comes Hippolytus Gamba-Ghiſellus Ravennas elucubravir, de qua Cl. Tyraboſchiua Tom. V. Hiſt. Litt. Ital. lib. III. pag. 391. habet. *Intorno al qual monumento degna è d'eſſere letta una erudita diſſertazione del C, Ippolito Gamba Ghiſelli contro M. Lovillet, il quale aveva preteſo di togliere a Ravenna la gloria di poſſedere le ceneri di queſto Poeta*. Si Verſus Joannis Cæſenatis Hippolyto innotuiſſent, hoc non equidem leve argumentum ſibi fugere paſſua eſset ad Danthis exuvias Ravennatibus ſervandas. Joannes erat Danthi coævus, arcto neceſſitudinis vinculo ei conjunctiſſimus, ad ejus mortem ſuperſtes; mutuæ extant poeticæ Epiſtolæ. Res igitur evādens eſt. Super hæc accedit. Jam inde a tempore, quo Danthes in S. Franciſci Templo Ravennæ ſepultus fuit, ad ætatem uſque Bernardi Bembi, qui monumentum ipſum temporis edacitate ferme conſumptum magnificentius erexit, cineres divini Poetæ ibi quieviſse, nemo inficias ibit, cum Bembus ipſe nova ſua inſcriptione marmore inciſa per id tempus canat. *Exiguæ tumuli Dantes hic forte jacebas* &c. Ab ipſo poſtea Bembi ævo ad nos uſque, exuvias nobiliore eo in ſepulchro aſſervatas fuiſſe, nulla ſupereſſe poteſt dubitandi ratio. Enim vero dum Eminentiſſimi Principia Alnyſii Valentii Gonzagæ Æmiliæ, & Exarchatus Ravennæ ex Latere Legati, cuſtodiendarum antiquitatum Ravennatium honeſtiſſimo accenſi deſiderio, nunc a fundamentis ſumma cum magnificentia ad elegantiorem formam Mauſoleum erigitur, marmoribuſque adornatur, propoſito ſibi archetypo Camilli Morigiæ Ravennatis Nobilis æque, ac Architectonices periti, illud eſt obſervatum, operculo partis anterioris imaginem Danthis anaglyfici Operis Petri Lombardi, & eidem partis poſterioris murum adhæſiſſe, ut, non niſi conclave deſtructo ulla arte operculum poſſet elevari; cumque ſepulchrum, in quo a Bembo Danthis oſſa condita fuerunt, intactum undique ſervatum ſit, supereſt, cineres nunc ibi perſtare.

minus Decius, *qui cum Daphnide*, idest *D. Raynaldo de Cinciis tunc Cæsenæ erat*.

Extant aliæ duæ Eclogæ hac Inscriptione. *Johannis de Virgilio Cæsenatis Ecloga duæ*: *Cecchus*, scilicet, & *Faunus*. Prima. Inc.

„ Postquam fata sinunt, armis furialibus omnem.

Des. „ Alter abit multam cererem præbere colonis.

Altera quæ inscribitur Faunus. Inc.

„ Tempus erat placidum, Zephyrus, quo missus ab antro
„ Aeolio, frondes, flores, & gramina glebis
„ Mulcebat lenis.

Des. . . . . ire paratus
„ Sum, sed dum venio, mulge tu chare capellas.

Explicit Faunus feliciter.

Clarissimus Bandinius in Catalogo suo elucubratissimo Codicum Latinorum Bibliothecæ Mediceo-Laurentianæ, cujus Regiæ Bibliothecæ est merito Præfectus, observavit characteres versuum hujus secundæ eclogæ esse maxima ex parte detritos, ut multis in locis legi haudquaquam possint.

Sic etiam Epistolæ suæ metricæ scriptæ Joannis de Virgilio ad Danthem Alighierium, & Danthis ad Joannem.

Prima inscribitur: *Johannis de Virgilio Danti Allagerii*; & Inc.

„ Pieridum vox alma, novis qui cantibus orbem.

Des. „ Respondere velis, aut solvere vota magister.

Altera Danthis inscribitur. *Dantes Allagerii Jo. de Virgilio*. Inc.

„ Vidimus in nigris albo patiente lituris

Des. „ Parva tabernacula nobis dum farra coquebat.

Dein. *Johannis de Virgilio Danti Allagerii responsiva*. Inc.

„ Forte sub irriguos colles, ubi Sarpina Rheno.

Des. „ Dum loquor, en Comites, & Sol de Monte rotabat.

Dein. *Dantis Allagerii Jo. de Virgilio missa*. Inc.

„ Velleribus Colchis præpes detectus Eous.

Des. „ Ille quidem nobis, & nos tibi Mopse poymus.

Glossa supradicta loco *poymus* habet *fingimus* vel *monstramus*. Heic notandum. Postquam Magister Joannes misit Danthi Epistolam metricam, sive Eclogam illam: *Forte sub irriguos*: Danthes unius anni curriculo elapso illam composuit, quæ incipit: *Velleribus Colchis*: & morte præventus, antequam eam mitteret, Filius postea ipsius Danthis misit illam prædicto Magistro Joanni.

Ejusdem Joannis de Virgilio Versus. & Inc.

„ Vocibus his humiles fudit regina querelas
„ Miles honeste piis heu heu miserere puellis,
„ Quas heic inclusas flammata in Urbe reliquit
„ Perfida gens &c.

Des. „ Sic ait, & flendi, & flendi defessa resedit.

Similiter ipsius Auctoris Versus *de quattuor anni temporibus*.

Veris descriptio. Inc. „ Verque novum stabat circum florente corona.

Discriptio Hiemis Des. „ Sithonia glacialis hiems nunc cana senescit.

Alia sunt ejusdem Carmina responsiva ad Magistrum Guidonem Vacchettam Virum celeberrimum, cujus est metrica illa epistola inscripta *Magister Guido Vacchetta Magistro Johanni Virgilio*; & Inc.

„ Cui cognomen adest magna virtute Maronis

Des. „ Pascua, teque mihi, nec minus arma virum.

Extat tandem Epitaphium Dantis versibus elegis XIV., & allegoriæ ejusdem Auctoris super fabulas Metamorphoseon Ovidii.

Hæc, quæ de hujus Auctoris libris editis, & manu exaratis Codicibus in sche-

das meas jampridem equidem dejeceram, reperi Tom. II. Biblioth. Mediceo-Laurentianæ Plute: XXIX. Cod. VIII. colom. *26.* §. 25. *26.* 27. *29.*; cumque Ecloga illa Domino Musacto missa, edita sit Tom. XI. Carminum illustrium Poetarum Italor. Edit. Flor. 8. pag. 365., sed parum accurate, atque eam in Biblioth. eruditissimus Bandinius integram denuo, uti jacet in Codice, dedit; sicuti & Carmina, aliasque Eclogas ejusdem Joannis Cl. Mehus e tenebris in lucem produxit, si earum tantummodo inscriptiones, principium, & finem exhibui, me satis fecisse arbitror. Hoc postremo est attendendum Codicem membranaceum MS. in 4. illius Bibliothecæ esse Sæc. XIV. variis manibus exaratum, (ut scribit eruditissimus Bandinius) ac proinde ejusdem Sæc. quo floruit Joannes de Virgilio; quod argumentum esse potest ad ostendendum Auctorem ipsum, si pluribus in locis inscribitur *Joannes de Virgilio de Cæsena*, *& Cæsenas*, Cæsenatem reapse fuisse, non Bononiensem, ut putat Orlandus de Script: Bonon: pag. 148., quod etiam conjicio ex iis, quæ Poeta canit in Ecloga missa Musacto, ubi pluribus in locis de Cæsena præcipue loquitur.

II. Sæculo eodem XIV. Joannes Anguisciola Cæsenas sequenti commendatur testimonio a Guidone Panzirolo lib. IV. de claris Legum Interpretibus.

Joannes Anguisciola Cæsenas, quæ Æmiliæ Urbs est clarissima ortus fuis, cujus posteri corrupto vocabulo Agusselli dicti inter Cives nobilitate nemini secundi Jus Pontificium magna cum laude Patavii docuit, & scripsit de Protestationibus. Chronologia F. Bernardini Manzoni p. 117. Cæsar Brixius in relatione manuscripta nobilis, ac vetustæ Cæsenæ Civitatis pag. 27. habet: *Quanto alle lettere questa Città ne ha fatto sempre professione, ed in ogni tempo ha prodotto uomini famosi, ed illustri, come Giovanni Agusselli Legista, che scrisse de Protestationibus allegato da Gio. Andrea sopra la reg.* 87. *de regulis juris in sexto pag.* 30., *e dallo stesso annoverato nel proemio delle Clementine. Guil. in proœmio Decretol. Archidiac.* 78. *distinct. Presbiter*.

Joannes Anguissola Cæsenæ in Gallia Cispadana nobili genere ortus, quod perennat in posteris Agusellis, etiamnum jurisdictionem in Castello Lenariæ habentibus, ut annotat Pancirolus de claris Interpretibus lib. 3. cap. 18. num. 26. Docuit jus Pontificium Patavii intra Sæculum 1300., ibique Albertum Gandinum discipulum habuit, ut ipse Gandinus testatur tit. de pœnis reorum ann. 8. Docuisse etiam traditur Bononiæ post annum 1300. *Quam ob rem circam annum X. Sæculi XIV. fato concesserit*. Fertur multa scripsisse, quæ temporum injuria perierunt. Superest tamen doctissimus liber de *Protestationibus*, & alter de *Sponsalibus*, *& Matrimoniis*, quem sibi adscribere impudenter Joannes Andreæ non erubuit, ut jure queritur Albericus in Diction. ver. *Matrimonium primo est viri*, *& mulieris* &c. Ita Papodopolus Hist. Gymn. Patavini Tom. I. pag. 195. num. *6. Circa initia Sæculi XIV. Leges interpretati sunt . . . . Thadæus, & Joannes de Angusciollis Cæsenates. Sed hic postea ad Bononienses transiit, ibique scripsit de Protestationibus, de Sponsalibus, & Matrimoniis;* ut est apud Mazzuchellum.

Hæc, quæ de Joannis Agusselli ævo a laudatis Scriptoribus traduntur, plurimum faciunt ad ostendendum Dyploma illud excerptum a *Cancellaria Episcopali Cæsenæ* datum *an.* 1252., *Kal. Martii*, & vulgatum in Appendice Tom. V. Annalium Camal. pag. 37. §. 25. esse Innocentii IV., cujus initium est. *Innocentius Episcopus servus servorum Dei* &c., et finis. *Datum Perusii Kalen. Martii Pontificatus nostri an. IX.* In eo Dyplomate Summus Pontifex Joannem, Buccaquatuor, & Palmerium fratres (quos nobiles filios appellat) de Agusellis confirmat in Vicecomitatu Cæsenæ, ac ejus districtu, in Comitatu Bobiensi, & Plebatu Balnei, quarum Civitatum, & Locorum Comitatus a Friderico Imperatore Joannes Agusellus eorum Pater antea honorificentius erat adeptus. Deinde demonstrant, ejusmodi Dyplomatis confirmatione Joannem fuisse honestatum, dum munere Prætoris Cerviensis fungebatur, & habebat annos 22., sicuti etiam sub initium tantummodo Sæculi MCCC. Pa-

tavii

tavii jus Pontificium docuisse, fatoque concessisse circa annum X. Sæculi XIV.

Me paullum ab incœpta historia pedem retulisse, nemo miretur; jamjam ad ipsam redeo.

III. Sæculo enim XVII. floruit Malatesta Strinatus Cæsenas ab eruditissimo Crescimbenio Vulg. Poet. lib. II. cap. 101. quattuor idiomatum Poeta nuncupatus, quod scilicet Hæbraicum, Græcum, Latinum, & Italicum apprime calluerit, ejusque vita, testimonia, ac Operum series sub nomine *Lycidæ* inter historicas Archadum fato functorum narrationes conspiciuntur. Illum insuper summis laudibus efferunt oe. dum Benedictus Menzinius in Academia Tusculana, & Nerva in litterariis congressibus; verum & doctissimus Marchesius de Viris illustr. Gall. Tog. lib. 2. cap. 8. & Italiæ Diarii T. 36. art. 2. p. 248.

IV. Eodem etiam Sæculo non tam dignitatis, quam doctrinæ splendore mirifice enituit Franciscus Albizius Cæsenas, cujus licet nobilissimæ Familiæ Auctores Florentia referantur profecti. In Romana Aula gravissimis pro Sancta Sede distentus curis, obeundisque negotiis sedulo occupatus, tandem in suprema Inquisitione Assessoris munere functus ad Sacram Purpuram ab Innocentio X. evectus est.

Duo Typis Opera mandavit: alterum *de Inconstantia in Fide;* alterum *de Inconstantia in Judiciis*.

Aliud quoque edidit Opusculum *de Potestate S. R. E. Cardinalium in suis Ecclesiis titularibus;* alioque Opusculo ea ad trutinam revocavit, quæ in Pontificiam jurisdictionem Frater Paulus Ordinis Servorum perperam evulgaverit, estque inscriptum. *Responsio adversus Fratrem Paulum;* sicuti & alterum, *Additio ad Capollam de servitutibus*, & alia. Ciacconius T. 4. coll. 700.

Poeseos quoque facultate est oblectatus, ejusque Carminum tum editorum, quam manuscriptorum meminit laudatus Crescimbenius Vol. 4. lib. 3. Vulg. Poes.

Hujus nobilissimæ Familiæ ruri suburbano amœnissimo vulgo *Belvedere* est Bibliotheca, quæ, ut ferrur, alia ejusdem Cardinalis amplissimi inedita servat MSSta.

V. Aulus Lucretius Cæsenas Historicus, & Poeta, de quo in Codice MS. Malatestianæ Bibliothecæ hæc scribit Nicolaus Masinius,„ Et ne vos lateat, Cæsenares, „ qui de illustrium vestrorum Civium fama estis soliciti, Aulum Lucretium Cæsenatem olim extitisse Poetam egregium, celebremque Historicum, placuit quod de „ illo recitat Petrus Appianus libro antiquarum Inscriptionum; nec non Fulvius Ursinus in decima septima pagina Imaginum antiquarum, Elogium heic apponere „ una cum Fulvii Scholio.

A. LUCRETII HISTORICI, AC POETÆ
CONDITORIS VERISSIMI.
CUI OB EXCELLENTIAM INGENII
STATUA CONDONATA,
AC CIVITATI CÆSENÆ
ROMAN. COLONIÆ DEDUCTÆ
IN HOC SACRO MONTE DEDICATA.

Fulvii Scholion.

A. Lucretii hujus Cæsenatis nullam apud Latinos Scriptores reperimus mentionem. Inter Historicos tamen, & Poetas numeratum fuisse, eique a Communi Cæsenatium Statuam publice erectam esse ex antiquo hoc in marmore Elogio, quod Cæsenæ extat, intelligere possumus.

Nicolai Masinii secundi Physici
ENARRATIO.

„ Non est, cur quis existimet inter Elogium hoc, & Fulvii Scholium contra„ dictionem esse, quamvis Elogium Marmor, in quo id inscriptum erat, in sacro „ Monte; Scholium vero Cæsenæ extitisse, nobis indicet. Pro quo animadverten„ dum videtur, per sacrum Montem intelligendum esse illum, qui ab Urbe Cæse-

„ na fexcentum quinquaginta paſſus diſtat, (veluti ex abſoluta dimenſione patuit per
„ me anno Salutis MDLXXXVII. inſtituta) ſupra cujus verticem ſtat nunc una
„ cum elegantiſſimo Templo Beatæ Virgini dicato, et Cœnobium Monachorum Di-
„ vi Benedicti Congregationis Caſſinenſis, ſive, ut ajunt, Divæ Juſtinæ de Padua,
„ ſaluberrimo aere, undique admirabili undequaque proſpectu gaudens. Ante autem
„ Servatoris humani generis adventum ibi erat Templum Jovis Horcii, (*Hiſtorici*
„ *legunt Oſſirii*) cujus oraculum poſtea deſtruxiſſe anno ducenteſimo trigeſimo ſe-
„ cundo, tempore ſcilicet Pontiani Pontificis, & Maximini Imperatoris, Ignatium
„ Græcum Salaminium Cæſenæ Epiſcopum, qui Epheſino Concilio interfuit, narrat
„ Carolus Verardus Patricius Cæſenas vir & generis nobilitate, religione, & vir-
„ tute clarus, cujus & hoc in ſubſellio opera apponere nobis jure merito placuit,
„ ſuo in libro *Urbanorum Memorabilium* pagina centeſima tertia; oraculum dum
„ ibi aderat, idolaque venerabantur, Mons ille iccirco ſacer dictus, Romanis in de-
„ liciis, atque amoribus uſque adeo fuit, ut eorum Nobiles permulti ibi a morte,
„ tumulo mandari inſtituerent, veluti permulta elegantiſſima Epitaphia marmoreis
„ tabulis inſcripta, mea etiam tempeſtate indicabant, quarum equidem tabularum
„ pleraſque veriſimile eſt, nemine interdicente, a Cæmentariis, & Fabricatoribus
„ hujus Templi inconſulte inter parietes conditas fuiſſe; Epithaphiorum autem &
„ aliqua ab egregiis Auctoribus ſuis in libris exarata leguntur. Aliqua etiam in Ci-
„ vitatem deducta ſunt, inter quæ unum eſt mihi a Reverendis Monachis illis
„ elargitum, cujus meminit, veluti & aliorum quorundam F. Leander Albertus *de*
„ *Italia Illuſtrata* libro, affixum cernitur in privato mearum Ædium impluvio; quo
„ deſtructo oraculo, ceſſantque Idolorum cultu, quidquid in cauſa fuerit Mons il-
„ le non amplius ſacer, ſed Spatiani a Spatiano Cive Cæſenate nomen contraxit,
„ quod eouſque retinuit, quouſque Italia a Gottis, & ab aliis barbaris Nationibus
„ fuit occupata. Tunc enim, primæva ſui connaturali amœnitate amiſſa, incultus,
„ crebriſque ſilvis paſſim oppletus, Monachis vocatis Ciſtercienſibus traditus eſt, ſeu
„ a Joanne III. Pontifice poſtquam Pontifex creatus fuit, vel paulo ante; illius ta-
„ men ſuaſu, proptereaque de numero illorum fuit Maurus Romanus Joannis Nepos
„ anno Salutis DCXXX. Vir inenarrabili probitate præditus, qui Epiſcopus poſtea
„ Cæſenæ creatus, tempore Juſtiniani Imperatoris Sacrarium ſibi exædificavit non
„ longe ab elegantiſſimo Templo, & Cœnobio ea in via, quæ recte Meridiem re-
„ ſpicit, qui locus nunc vulgo *Crucicula* vocatur, quo Vir ille ſanctus frequentiſſime
„ ſe conferens orabat, duramque vitam vivebat, non amplius Spatiani, ſed Mauri
„ Mons ab illius nomine, quouſque vixit, nuncupatus fuit. At cum ipſe ad Cæ-
„ lum e corporis vinculis evolaſſet anno Salutis DCLXXX. Mons impoſterum Divæ
„ Mariæ vocatus eſt, a Templo illi dicato. Et cum S. Epiſcopus in prædicto Sa-
„ crario ſepeliri mandaſſet, ibi corpus illius in vetuſtiſſima, atque nobiliſſima mar-
„ morea Arca conditum ſexcentum quinquaginta annorum ſpatio quievit (g) ſed
„ cum

(*g*) Nec pauxillulum quidem dubito, Nicolaum Maſinium hac in ſua enarratione Sanctum Maurum Civitatis Protectorem, Joannis XI. Nepotem, (non Joannis IX. Papæ ut aliqui putant) adlectum Epiſcopum Cæſenæ anno *934.* confundere cum Mauro I., qui Romanæ Synodo ſub Martino Papa interfuit pro Mauro Archiepiſcopo Ravennati an. *649.*, & poſtea ex Abbate Cæſenatis Eccleſiæ Epiſcopus electus eſt, cujus meminit Baronius Tom. VIII. Annal., quem & ipſe cum altero Mauro, de quo heic loquimur, confundit, uti etiam Oldoinus in Ciacconii additione ad Marinum Tom. I., & Ferrarius *in Catalogo Sanctorum Italiæ*. Si quæ ſcribit Maſinius intelligantur de Mauro I., Chronologia ſatis conſiſteret, ipſum ſcilicet tempore Juſtiniani Imperatoris creatum fuiſſe Cæſenæ Epiſcopum; ipſum anno *680* ad Superos evolaſſe, cum defunctus ſit in ſenectute bona; & tandem ab eo tempore ad primam uſque translationem ejus corporis, quæ contigit MCCCXL., ſexcentos quinquaginta effluxiſſe annos. At diſtinguendos eſſe, certa plane res eſt; & de S. Mauro, (qui Sæculo X. vixit) duæ illæ translationes & tempore Ordelaphi, & Malateſtæ Novelli factæ, ſunt intelligendæ. Ughellus, ut inquit Cl. Mabillonius Annal. Benedict. T. III. lib. 43. num. 58., S. Maurum anno *934* ex Monacho S. Be-

„ cum postea dicti Montis Abbatia fidei multorum Abbatum successive fuisset con-„ credita, anno Salutis MCCCXL. Franciscus Ordelaphus Cæsenæ Tyrannus desi-„ derio deducendi corpus D. Mauri in Urbem esset accensus, ad id præstandum a „ Cæsenatibus impulsus nulla non in occasione, nullo non in tempore (religiosis „ apud illos siquidem *Minervam Onoriam* cibiciis olim, pompis coli post ciborum „ celebrationem præter religiosas alias consuetudines, (h) legimus apud Apollodorum „ libro quarto *de cultu priscorum Deorum* capite XLII., ubi de cultu Gallorum a-„ git) Abbas Comendatarius pro viribus id prohibere volens, objiciebat esse contra „ Sancti Episcopi Institutum, quippe qui ante obitum ibi sepeliri mandaverat, in-„ vicem tandem post longam contentionem convenere, ut corpus solemniter, & ut „ decebat, congrua pompa in Cathedrali Cæsenæ Ecclesia deduceretur, ubi & de-„ ductum fuit, inque Arca alia marmorea tunc temporis ea occasione extructa, sita „ sub Ara in dextro Templi pariete Meridiem aspiciente sibi dicata nunc jacet; ita „ tamen, ut & caput, & pes alter Sancti Episcopi in dicta Monachorum Ecclesia „ derelinqueretur, veluti derelicta fuerunt, & hucusque adsunt summa in veneratio-„ ne. (i)

„ An-

S. Benedicti Episcopum Cæsenæ adlectum fuisse, credit, sed Mabillonius hæc habet. *Verum tam incertus est illius Sancti Mauri Monachatus, quam tempus, quo vixit*. Nihilo tamen minus cum B. Petrus Damianus, qui anno MLXXII. decessisse traditur, dicat, *se vidisse B. Mauri Nepotem Constantium*, alium hunc Maurum esse oportuit ab eo, quem Cæsena eum nomine Mauri I. obtinuit; *præsertim* (ita scribit cl. Zaccaria in serie Episcoporum Cæsenatium) *cum aliquanto antequam Ravennati Ecclesiæ Gerbertus præesset* (præfuit autem ab anno 998) *vixisse Maurum ex ejusdem B. Petri Damiani narratione rectissime Bollandus colligat* Tom. II. Januar. pag. 333. Antverpiæ edit.

(h) In relatione manuscripta Nobilis Petri de Arcano Cæsenatis hæc observantur. *Nota come sopra il Colle, che oggi è la Rocca nuova, (che con quello, dov' è la vecchia si chiama la Garampa) ci era inanzi allo avvenimento del Salvatore un Tempio dedicato alla Pietà, dove ogni anno nel primo giorno di Maggio i Cesenati facevano Sacrificio a Minerva Onoria con pompe Cibicie nel medesimo modo, che usavano di fare li Toscani* &c.

(i) Quæ hac in sua Narratione de insignioribus Reliquiis Capitis scilicet, & Pedis S. Mauri Episcopi Cæsenæ, & Protectoris Nicolaus Masinius litteris mandat, certiora ita constituebamus, ut quisquis nullatenus dubitare posset. Siquidem non solum ex multis veteribus fragmentis, quæ sub oculis habuimus, ac ex aliis Chronicis, & Miscellaneis illustrium Scriptorum Cæsenatium, qui in asservandis Patriæ suæ antiquitatibus honorificentius fuerunt soliciti, didicimus, Reliquias eas datas fuisse, & relictas Ecclesiæ B. Virgini dicatæ in Monte; verum etiam quattuor Sæculorum perennis traditio, universa Populi pietas, earumque Reliquiarum adoratio, nec non duæ argenteæ thecæ ibi existentes sigillis iisdem vetustioribus obsignatæ, in quibus servantur, rem plane declarant. Ast cum legeremus epistolam gravissimi, & religiosi Viri Aurelii Masinii scriptam Patri Bernardino Manzonio, quam vulgavit in sua Cæsenæ Chronologia titulo 2. pag. 47., quædam nobis subiit dubitatio, chronologicos Cæsenæ Scriptores falsa protulisse. Epistola hæc continet. *Hierlera a due ore secretamente alla presenza di Monsignore Illustrissimo Vescovo, del Signor Archidiacono*, mia, *e delli Signori Cavaliere Genari, e Pasolino Abbati eletti dalla Comunità per la traslazione da farsi del Corpo di S. Mauro fu aperta la Cassa, e alzato il Copercbio di essa, e vedessimo esservi tutto il Corpo, ed in particolare la testa del Santo, la quale era comune opinione fosse stata ritenuta dalli Padri del Monte nella sua prima traslazione ec. Essendosi risoluto dal Pubblico di collocarlo sopra l'Altare maggiore, e con questa occasione si farà anco la traslazione di S. Severo &c.*

Cesena li 17. Agosto 1642.

Di V. S. Reverendissima

Aff. ed Oblig. Servo Aurelio Masini.

Fallunt ne, qui contra tradiderunt, aut falluntur Fideles, qui ad hanc diem etiam ea in Ecclesia S. Mariæ enuntiatas Reliquias venerantur? Absit. Hæc, qua fieri potest brevitate, exequi contendimus. De pede altero S. Episcopi ab Aurelio Masinio peculiaris mentio non fit, cum scribat totum S. Mauri Corpus vidisse, & tamen in Miscellaneo manuscripto, quod hunc tutulum præfert *il Caos* Juliani Fantagutii, (quodque humanitate summa a Comite Marco Antonio Fantagutio mihi commodatum fuit) hæc excerpta e MS. vetustiori anni 1460. pag. 56. §. 5. leguntur. *El Corpo de Santo Mauro Vescovo di Cesena anticamente era a S. Maria del Monte, come la sù apare il suo sepolcro, e per le guerre fo portato dentro a Cesena nella Murata in Santo Zoanne, e lassò al monte un pede, il quale ancora stà. Il detto Corpo poi fo portato nella Chiesa novamente edificata de Santo Jo-*

vanne

„ Anno postea Salotis MCCCCXXXII. Malatesta Novellus Cæsenæ Vicarius „ perpetuus, Princeps Optimus, & hujus Bibliothecæ exædificator ea io Abbatia io„ troduxit Monachos D. Benedicti Congregatioois Cassioeosis reformatos, quibus & „ multa dona dedit, ioter quæ fuot omnia Bagoarolæ vocatæ prædia insigois pro„ ventus.

„ Hisce jactis, dum Fulvius ioquit, Marmor, in quo Elogium inscriptom e„ rat, Cæseoam extitisse, per Cæsenam ooo venit intelligeoda Civitas; quooiam „ ibi si unquam extitisset, verisimile est, & adhuc extare a studioso aliquo serva„ tum Cæsenate, quorum copia nunquam Dei Optimi benigoitate defuit, vel saltem ab „ aliquo visum, qui de ipso aliquid monumeotis tradidisset; quio immo Moos potius „ ipse vere ounc sacer, qui quamvis extra Urbis mœnia positus, quia tameo ita, ut „ proditum est, illi proximus, jam carus est Cæsenatibus iodiscrimioatim omnibus „ ob sui amœnitatem, prospectumque admirabilem, & adhuc magis ad pietatem, ut „ sicuti ab ipsis, ita a Scriptoribus inter loca extra Cæsenam existeotia non possit „ recenseri. Merito itaque censendum est uoa cum permultis aliis tabulam illam mar„ moream, vel ab ignaris taotæ oobilitatis in alium usum reductam, vel temere „ a Cæmeotariis io actu ædificationis, restauratiooisve istius Templi aliquo io pa„ riete intrusam fuisse. Præter vetustissimam Iofcriptionem, quæ erat io nobilissi„ ma Arca illa marmorea, io qua D. Mauri corpus primum conditum fuit, quæ „ nuoc in inferiori Ecclesia Divæ Mariæ dicata sub dextra Ara Orieotem versus, „ ouoc extat una cum dicta Inscriptione, cujus verba hæc.

SEIA. T. F. MARCELLINA. SIBI. ET
VIBENIO. MARCELLINO. FILIO. V. P.
Quod voluit potuit: quod potuit voluit.

Supra Sancti Episcopi Sepulchrum ioscriptum erat istud Epitaphium
„ Hic maoet Aotistes tumulatus Marmore Sanctus
„ Fulgidus in signis mirandis nomine Maurus.

„ Ho-

vanne Battista Vescovato di Cesena, e lassò in S. Zoanne un brazzo, il quale poi fu portato unitamente al Corpo in Santo ec. dentro al suo sepolcro serrato. Non itaque Integrum erat Sancti Mauri Episcopi Corpus, dum deductum fuit ad novam Cathedralem S. Joannis Baptistæ a Gregorio Malesardo Episcopo Cæsenate anno 1411; neque dum illud ad Aram ejusdem Cathedralis maximam Odoardus Gualandus transtulit. De Capite vero quid sentiendum? Non multis ab hinc diebus ob oculos nobis fuerunt duæ illæ thecæ jam recensitæ, in quarum una oculis conspicitur Pes ejusdem Sancti; In altera vero, etsi non videatur, constans tamen traditio est, ibi perstare, non partem illam, quæ faciem Capitis exteriorem monstrat, & *Bregma Sinciput* solet appellari, estque in Arca S. Episcopi nunc venerata, sed eam, quæ *Trichoton* dicitur, quod capillis tegitur. (Lex. Phil. Med.)

Salva igitur res est, ut Aurelius, & alii primo obtutu, nulla facta exacta observatione, ut epistola indicat, viderint integrum ejus Corpus, & præcipue faciem, ex qua Caput ibi exstare conjicerent, cum tamen Capitis calvaria jam Mitra ornata, & pes unus deessent. Addamus velim, traslationem primam e sacro Monte S. Mauri ad Ecclesiam S. Joannis Evangelistæ in Murata factam fuisse, dum Joannes Baptista Acciajolus e Sede sua Episcopali Ordelaffi sævitia exulabat, immo (Annalium Cæsenatium verba sunt apud Muratorium Tom. XIV. col. 1165.) *placuit Francisco de Ordelaffis Capitaneo Civitatis Cæsenæ, & Forumlivii, quod Præpositus, & Canonici cum suis famulis de Canonica se absentarent: & sic dixit, & facta sunt. Ideo sub anno Domini MCCCXXXV. Indict. III. Domino Benedicto XII. Papa regnante, die IX. Novemb. Albertus Præpositus discessit, & ceteri Canonici, & Capellani postea subsequenter, præter Dominum Rialem*, (is Auctor est *Annalium Cæsenatium*, et, ut scribit Clementinus, extant penes eruditum Hieronymum nobilissimæ Familiæ de Aspinis Foroliviensem) *qui remansit ibi confidenter, amicorum suorum tunc regentium securitate fulcitus, & præter Dominos Franciscum, & Buccinum*. Nil mirum igitur, si Joannis Baptistæ Acciajoli Cæsenæ Episcopi præclarum earum Reliquiarum testimonium desideretur, & si Stemma in Sigillis observatum sit trium clavorum, quod fortassis Insigne erat Domini Canonici *Rialis*. Caussa tandem finita est, si consulamus verba, quæ leguntur in Instrumento recognitionis (Rogo Francesco Denzi Cancell. li 10. Giugno 1761) & sunt. *Furono levati dalla faccia, o sia bocca della Testa di S. Mauro Vescovo due denti canini*; & audiamus Magistrum Cæremoniarum, qui præsens erat, & vivit.

„ Horum pleraque habui a Reverendiss. D. Josepho Bonzanello Cæsenate il- „ lius Abbatiæ Monacho Viro sane optimo, & in antiquitate pervestiganda admo- „ dum diligenti, & accurato, veluti & de ipso testatur Aldus Manutius sua in Or- „ tographia pag. CLXXX.

VI. Joannes Baptista Braschius Nisibeni Archiepiscopus Cæsenam I triam non- nullis Operibus in lucem editis plurimum honestavit, iisque præcipue: *De tribus statuis in Capitolio erectis: de vero Rubicone: Memoriæ Cæsenates Sacræ, & Profanæ:* & *Promptuarium Synodale;* quod Benedictus XIV. P. M. in immortali ejus Opere de Synodo Diœcesana lib. I. cap. 2. exquisitissimis laudibus affecit.

Non solum *Promptuarium Synodale dedicatum Benedicto XIII. P. M.* Romæ MDCCXVIII. extat hac in nostra Bibliotheca; verum etiam Opus cum hoc titulo. *De libertate Ecclesiæ in conferendo Ecclesiastica Beneficia, ac de immunitate Beneficiorum mere simplicium a personali debito Residentiæ. Tomi IV. Auctore Illustriss. & Reverendiss. D. D. Joanne Baptista Braschio Cæsenate, Episcopo Sarsinate, Comite Bobii.* Lugduni MDCCXVIII.

Aliud inscriptum. *Idea del Pulpito Mitrato, o sia del Vescovo, che predica la parola di Dio, dedicato alla Santità di N. Signore Benedetto Papa XIII. in Roma MDCCXXV.*

Ejusdem ineditæ ferme omnes *Diatribæ Cæsenates* num. XXXXII. cum hoc titulo. *Diatribæ Cæsenates Recensivæ aliquot Eventuum jurium, & Præeminentiarum ad Historiam, & Honorificentiam Cæsenæ pertinentium per ordinem distributæ. Auctore Joanne Baptista Braschio.*

1. *De Flumine Sapi decurrente apud Cesenam.*
2. *De Rubicone Flumine Cæsenæ Territorium perefluante.* Hæc prælo jam data.
3. *De accursu Romanorum Asdrubali apud Cæsenam, ubi prælium iniri debebat, quod consertum est ad Metaurum.*
4. *De Genealogia Familiæ Cæsenniæ Equestris, & Consularis Romæ.*
5. *De Aulo Lucretio Historico, & Poeta Cæsenate.*
6. *De Narcisso Cæsenate Cytharœdo Neronis Imperatoris.*
7. *De Balneo Aureliano erecto apud Cæsenam auctoritate Marci Aurelii Imperatoris.*
8. *De Sancto Severo Episcopo Cæsenate a Columba cælitus designato.*
9. *De Sancto Mauro Episcopo Cæsenate. Ubi de alio ejusdem nominis Antistite.*
10. *De Castro Riversani, & pertinentibus ad illud.*
11. *De obitu Othonis III. Imperatoris prope Cæsenam.*
12. *De Concilio Provinciali Cæsenatensi celebrato Anno* 1042.
13. *De Gabizone Ottardo Cardinali Cæsenate.*
14. *De Petro Centranico Duce Venetiarum.*
15. *De Eremo Cæsenate: ubi de Sancto Joanne Bono, & Francisco Assiensi, atque de initiis Eremitarum S. Augustini.*
16. *De permanentia Friderici I. Imperatoris apud Cæsenam.*
17. *De Svilla quingentenaria perdurante apud Cæsenam. Ubi de S. Petro Martyre.*
18. *De Castro Montisciani, ejusque antiqua pertinentia ad Civitatem Cæsenæ.*
19. *De oppido, & portu Cæsenatico ad Communitatem Cæsenæ spectante.*
20. *De Fratre Michaele Cæsenate Ministro Generali Ordinis S. Francisci.* (l)

21. *De*

(l) *Michael Cæsenas fuit Magnus doctrina, Scoti enim Discipulus extitit, insignisque Magister Parisiensis.* Ita Manzonius Chronol. Cæsenæ fol. 148. *Reputabatur Monstrum ingenii, & scientiæ, in qua vix parem habere credebatur.* Claramont. Hist. Cæsenæ lib. 12. fol. 528. *Scripsit egregios, & lucidos Commentarios in quatuor Sententiarum libros. Super Ezechielem lib. unum, Sermones de Tempore, & de Sanctis.* Petrus Rodulphus Hist. Seraph. lib. 2. fol. 185. Trithemius alia addit ejusdem Opera. Sed proh dolor! multa alia scripsit in sua prævaricatione,

21. *De Hastiludio Cæsenate ad Clementem Papam XII. Epistola*,
22. *De Hastiludio honestas, & justitia multiformiter probata in sensu veritatis*.
23. *De Stemmate Publico Civitatis Cæsenæ, ac de primordiali ejus Origine*.
24. *De manu S. Gregorii Papæ, quæ asservatur Cæsenæ*,
25. *De pede S. Alcuii*.
26. *De sacris spinis Coronæ Christi existentibus Cæsenæ*.
27. *De proditoria Cæde Cæsenatium, vulgo il Sacco de Britoni* (m)
28. *De Studio generali Scientiarum, & publica Universitate doctrinali Cæsenæ*;
29. *De Antonia Malatesta Ducissa Mediolani*.
30. *De anonymo Cæsenate interempto in odium fideliter custoditi Sigilli Sacramentalis Confessionis*.
31. *De Bibliotheca Malatestiana structuræ antiquæ apud Cæsenam existente*,
32. *De Antiocho Tiberto Philosopho Cæsenate*.
33. *De tribus Colegiis Doctoralibus Civitatis Cæsenæ*.
34. *De Auditore Rotali olim erecto apud Cæsenam tamquam Urbem Ducalem Cæsaris Valentini*.
35. *De Privilegio Capitali*,
36. *De laudibus Cæsenæ per Angelum Mariam Torsanum declamatio*.
37. *De Fratre Paulo Cæsenate Generali Ministro Fratrum Capuccinorum*.
38. *De aliquibus Cæsenatibus egregiis Pictura, & Architectura*.
39. *De Fratre Stephano Cæsenate Ministro Generali Capuccinorum, & de tribus Fratribus germanis illius Professis ejusdem Ordinis*. (n)
40. *De Dominico Berso Cæsenate novæ Donationis exitialis Donatario*,
41. *Elenchus aliquorum Civium Cæsenatum, & Episcoporum Cæsenæ, qui Romæ sepulti sunt in variis Ecclesiis*.
42. *De Jacobo Mazzonio eruditissimo Cæsenate*. (o)

Ejusdem

ne, de quibus Goldast Monarchiæ Tom. 2. fol. 1236. Tandem aliquando divina Dei misericordia se se collegit, & ante mortem suam Retractationem vehementi animi dolore *sero*, sed *serius* cecinit in Expositione Psalmi *Miserere* evulgatam a Cl. Muratorio,

(m) Supplicatio, & Declamatio Collutii hunc habet titulum. *Collutius pro parte Florentinorum ad Regem Franciæ de Casu Cæsenæ a Britonibus*. Principium ejus est. *Serenissime, atque invictissime Princeps. Oportet nos pulsare sæpius Vestræ Majestatis auditum, & benignitatem maximis intentam curis, & ponderosis occupatam negotiis &c.* Finis ita se habet. *Magna quidem Principibus fovenda pacis est iniuncta necessitas, quorum Principatum tanto plurimorum utilitati consulere, quanto majori ipsos contingit hominum numero præsidere. Nam sicut privati creduntur ad privatorum commodum se uiti; sic sunt Reges & Principes ad publicam hominum utilitatem instituti*. Florentiæ XXI. Februarii, Tertia Indictione Millesimo trecentesimo septuagesimo septimo

Priores artium (p̄pli & Cōis. Florent.
Vexillifer Justitiæ (

Hæc Declamatio ex integro legitur in Miscellaneo inscripto *il Caos* Juliani Fantagutii *reperta in Chronica de Bastardis*, & ab eo exscripta. An edita sit, plane ignoro.

(n) Pater Stephanus Claramontius ex Capuccinorum Ordine *de Prædestinatione, & Gratia* librum elucubravit, qui extat inter manuscriptos Codices nonnullos ineditos, sicuti & inter alios jam enunciatos cl. Scipionis ejusdem nobilissimæ Familiæ penes Reverendissimum Archidiaconum Chatedralis Ecclesiæ Claramontium, cum hac inscriptione.

Die ultima Quintilis 1689. Libellum hunc de Prædestinatione, & Gratia, scias benevole Lector, ab ingenio, tum e calamo prodiisse R. Adm. Patris Stephani a Cæsena hujus nostræ Provinciæ jam benemeriti Alumni, qui tertia vice Provincialatu nondum completo, Anno Incarnationis Domini 1671 in Comitiis Generalibus Romæ habitis electus fuit Minister Generalis totius Ordinis Capuccinorum, septenioque feliciter expleto ad propria reversus est, & facta in ipsomet Bononiensi Cœnobio habitatione, seu mansione, tandem post multas ægritudines magna Animi constantia pro Christo sublatas, & transactas, plenus dierum, & bonis operibus onustus ibidem obdormivit in Domino septuagenario major, & caligantibus oculis in Christi Crucifixi imagine defixis. Ora pro eo.

(o) Is Codex, & qui sequitur manu Auctoris exarati, sunt apud studiosum, & eruditum Nobilem Thomam Lacchinium I. C., & ut autographi Codices diligentius custodiantur, ac præclaræ res, & ad suæ Patriæ gloriam pertinentes in ævum serventur, penes se duo eorum

Co-

Ejusdem MS. ineditum: *De Sena Æmiliæ quod hæc sit illa, & eadem Civitas quæ nunc appellatur Cæsena Exercitatio Joannis Baptistæ Braschii Cæsenatis, dicata præclaris Viris, & in re litteraria Eruditis*. (p)

VII. Agebat quoque in humanis Petrus Antonius Braschius eruditus Scriptor, qui librum de *Familia Cæsenia* exaravit.

VIII. Nostro autem hoc ævo Josephus Verzalia Cæsenas non vulgare extitit Patriæ decus, & ornamentum. Juvenis admodum liberalibus disciplinis in celeberrima Bononiæ Universitate operam navavit, doctissimosque nactus Præceptores, brevi Medicinæ, Philosophiæ, Matheseos, quam Algebram vocant, insignis Professor evasit. Magno habitus in honore ab Illustrioribus Europæ Academiis, (ut Epistolæ Virorum Illustrium ostendunt, quas Franciscus Tadinius Cæsenas adhuc adolescens memorat in Oratione Funebri Josephi Verzaliæ.) transgressusque Alpes, & cum Viris doctissimis diversatus, varias identidem de re litteraria contentiones habuit. Lectionum celebratissimi Philosophi Bernul Auditor, ab eodem in Scriptis ipsius est sæpissime commendatus.

Egregia Verzaliæ Opera haud semel recensuerunt Italiæ Ephemerides, quibus nonnulla adnexa cernuntur, quæ, quanta ipse ingenii laude præstaret, nitide ostendunt.

1. Liber inscriptus. *Esame delle Riflessioni Geometriche, pubblicate da un Oltremontano Professore in Italia, fatto da Giuseppe Verzalia nel Articolo VII. del Tom. VII. del Giornale d'Italia, in difesa del Articolo XVI. To. V. intorno ai Problemi delle forze centrali nel Voto, e nel Pieno, contro le impugnazioni fattene nell' Articolo XI. del To. VI.*

2. Ejusdem Epistola ad Amicum. *De iis, quibus Auctor Animadversionum Geometricarum superius illarum Examen præripiendo, Lectorum animos, ne illius argumente perpenderent, alio vocare conatus est*. Art. XII. To. XIII. Diar. Edi. Ital.

In Bologna MDCCXIV. nell'Impressoria di Gio. Pietro Barbiroli.

3. Aliæ ejusdem argumenti Epistolæ sunt hac inscriptione. *Joseph Verzalia Cæsenas Geometriæ & Philosophiæ Professoribus, atque studiosis. S.*

Cæsenæ ex Typograph. Josephi Gherardi MDCCXXIII.

4. Ineditus quoque apud ejus Hæredes reperitur Mathematicarum Speculationum liber; atque hunc ipsum esse existimo, quem ad legendum, pervolvendumque humanitate incredibili in domo sua Nobilis Philippus Pulazzinus Arcis Præfectus mihi obtulit, cui est titulus Auctoris manu exaratus. *Dialogi intorno all' Algebra di Giuseppe Verzaglia Nobile Cesenate distesi in quattro Giornate, alle quali si è aggiunta la quinta, in cui si discorre d'una nuova scienza attenente al movimento locale ritardato dal mezzo di qualunque densità con resistenza, che abbia qualsivoglia proporzione alla velocità, colla quale in ciascun sito il Mobile si muova*. Exordium auspicatur ab ipsa Algebræ notione, quam summa cum perspicuitate exponit, crebrisque subinde demonstrationibus algebricarum figurarum ope, quibus liber refertus est, res sub oculis eorum ponit, qui hanc eximiam callent facultatem; sensim accedit ad difficultates exponendas, quæ quamplurimæ obversabantur principiis instituendis ad *Ma-*

R *xima*,

Codicum exemplaria tenet clare, & accurate aliena manu recentiore conscripta. Fas erat, ut ejus humanitatis, ac diligentiæ has saltem rependerem grates.

(p) Utinam hæc eruditissima, multisque firmata monumentis Braschii Exercitatio præsto mihi esset, dum iia in Academiis a cl., immortalisque nominis Viro Hercule Dandinio institutis (quæ singulis quoque Mensibus in ejus Ædibus adunabantur) Dissertationem concinnavi ad ostendendum non Senarum, ut aliqui existimant, sed Cæsenæ Episcopum extitisse Florianum, tunc confirmare magis magisque potuissem, varias lectiones Optati scilicet in lib. 1. *de schismate Donatistarum*, dum ait, *Romano Concilio sub Melchiade* an. 313. interfuisse Florianum a *Sinna* seu *Cinna*, et in MSS. Dupini in notis ad præfatum locum *Æsina* & *Pinna* rectius intelligendas esse a *Sena*, quæ modo appellatur *Cæsena*, uti Arduinus emendavit in Comment. rerum Ecclesiasticarum.

nima, & *Minima* invenienda in Semicirculo ope sui *Differentialis*; de *nihilo*, sive de figura illa arithmetica dicta *Zero*, quæ cum quantitatibus ordinariis non consonat; deque, uno verbo, gravissimis, sublimibusque rebus mathematicis pertractat, & quamprofunde differit. Hoc est ejus Opus ab eruditissimis Academiarum Professoribus Europæ expetitum; opus est, ad quod perficiendum haud exiguum tempus insumpsit, ut ipse testatur epistola data ex littore Cæsenate superi Maris prope Rubiconem octavo Kalendas Julii 1726 Cæsenæ typis Gherardi.

Alia pleraque Opera a Philosophis quibusdam eruditis in margine adnotationibus appositæ illustrata apud Minores D. Francisci Assisinatis alumnos, Capuccinos vocatos, Cæsenæ asservantur. Sicuti in ejusdem Ordinis Bibliotheca sunt MSS. hac inscriptione. *Synopsis universæ Philosophiæ in duobus Tomis distributa a Josepho Verzalia Cæsenate Professore concinnata*, manu ejusdem Auctoris scripta. Epistolæ etiam ad præstantes viros, aliæque ejusdem opellæ extant in Tomo II. MSS. penes nobilem Virum Carolum Ceccaronium Cæsenatem.

Verzaliæ coævus extitit P. Melchior de Briga e Societate Jesu Cæsenas, qui Senis multis ab hinc annis diem clausit supremum. Scripsit de antiquitatibus Ægiptiacis, conspicuumque apud litterarum cultores adeptus nomen. Hujus Operis meminerunt Italiæ Diarii Tom. 38. par. 1. art. 1. & Historiæ litterariæ Auctor. Parisiensis autem Scientiarum Academia, ubi luculentum clarissimo Blanchino elogium contexuit, Melchiorem de Briga honorificentissimis verbis prosequuta est. Lipsiæ denique Effemeridum Auctores ad annum 1722. hujus Scriptoris opusculum in eorum actis inseruerunt.

IX. Nostra autem ætate ex Dandiniorum familia antiquitate, & Majorum gloria clarissima effloruit Comes Hercules Franciscus Dandinius Pandect. Cod. autenticor. in Patavino Gymnasio celeberrimus Interpres. Morum suavitate, scientiarum doctrina, virtutum exemplis omnibus carus, & in honore habitus penes omnes. Typis multa ejus Opera edita sunt.

1. *Cæsaris Brixii ad Clementem VIII. Pontificem Maximum Urbis Cæsenæ descriptio a Francisco Maria Faccino Cæsenate nunc primum ex Italico in Latinum Sermonem versa, & Elcbrei Dinundæ*, (hoc est Herculis Dandini) *adnotationibus illustrata, & locupletata*. Extat in Thesauro antiquitatum, & Historiarum Italiæ edito a P. Burmanno Tom. IX. part. VIII., quæ priorum Tomorum vicem supplementi præstat.

Lugduni Batavorum sumptibus Petri Vander Aa Bibliopolæ
Civitatis, atque Accademiæ Typographi. 1723. in fol.

2. *Orazione delle lodi del Serenissimo Principe Eugenio di Savoja per le vittorie riportate contro il Turco*.

In Faenza per Gioseffantonio Archi Stamp. del S. Officio 1717.

3. *Herculis Francisci Dandini Cæsenatis Otium Aricinum, sive de Urbanis officiis Dialogi V., quibus accedit ab eodem ex Italico sermone in Latinum conversus Joannis Casæ Galathæus*. Hanc Galathæi Joannis Casæ Versionem in latinam linguam duo ex Transalpinis hominibus, idest Nathan Citræus, & Nicolaus Fiebeitus intentarunt. Sed neque periodi, ac numerorum ab iis nulla est habita ratio, nec in verbis adhibendis ullus delectus, ideoque perfecti Interpretis munus non sunt assecuti. Difficillima sane res est pro dignitate genus dictionis latine repræsentare, ut illi insint italicæ orationis veneres pene omnes; & tamen talem Dandinius Galathæi elucubravit interpretationem, ut in ea possis Casæ elegantiam quasi pictam agnoscere.

Romæ ex Typographia Antonii de Rubeis 1728.

Leges Academiæ ab ipso institutæ Philomatorum Kalendis Januarij 1731.
Cæsenæ eodem anno. in 8.

4. *Oratio habita Cæsenæ in Ædibus Senatus*, quum ante Clementis XII. P. M. Simulacrum ob accepta beneficia excitatum gratiæ quoque publice agerentur. Etiam

ejusdem

ejusdem Carmen in gratiarum actionem ad eumdem finem sub nomine Caroli Fattiboni; & Elegia extat in Libro, qui inscribitur. *Alla Santità di nostro Signore Papa Clemente XII. tributo di venerazione, e gratitudine della Città di Cesena per li decorsi, ed utili privilegi dalla Santità sua ad essa restituiti.*

In Padova 1732. presso Giuseppe Comini. in 8.

5. *Erminii, ac Meranii Dialogus, in quo Erminius ad Filium suum erudiendum institutionem parat, latine, idemque Italice conscriptus, Auctore Hercule Francisco Dandinio Patritio Cæsenate, Comite, & J. C.*

Cæsenæ typis, ac sumptibus Francisci Antonii Blasinii Typog. Ep. in 4.

6. Herculis Francisci Dandinii Comitis, & J. C. Cæsenatis *de forensi scribendi ratione culta, atque perspicua Dialogus.*

Patavii 1734. typis Joannis Baptistæ Conzatti in 4.

7. Herculis Francisci Dandinii Comitis, & J. C. Cæsenatis *de ea distribuentis Justitiæ parte, quæ in præmiis largiendis versatur Commentariolus ad Interpretationem legis XIV. §. de honoribus, & §. Gerendarum de muneribus, & honoribus.*

Patavii typis Joannis Baptistæ Conzatti 1734. in 4.

8. *Hendecasillabi* sane fluentes, & nitidi ad Catullum a Joanne Vulpio Commentariis auctum, & illustratum, impressi sunt cum eodem Catullo.

Patavii 1737. in 4.

9. *De Pontificis Opt. Max. Benedicti XIV. laudibus epistola ad Jacobum Bassanum.* Patavium apud Josephum Cominum 1740. in 8.

10. Herculis Francisci Dandinii Comitis, & J. C. & in Patavino Gymnasio Pandectarum, Codicis Justiniani, & Novellarum Constitutionum Interpretis *de servitutibus prædiorum interpretationes per epistolas ad loca quædam lib. VII. & VIII. Pandectarum illustranda pertinentes.*

Veronæ typis Seminarii 1741. in 4. magno.

11. Tandem ejusdem *Disceptatio Facti, & Juris R. P. D. Vaiis in Causa Cæsenatensi super utroque dubio.* Pro Carolo Fattibonio, ejusque Fratribus contra Jacobum, & Fratres de Soleriis.

Patavii Typographia Cominiana an. 1738.

Opera vero, quæ lucem nondum adspexerunt, & a litterarum cultoribus desiderantur, sunt.

Prælectiones XII. in Academia Patavina recitatæ.

Libri tres *Epistolarum Latinarum.*

Libri tres *Carminum Latinorum.* Alia etiam edere parabat, sed ab iis, aliisque mors eum abstraxit VII. Id. Novembris an. MDCCXLVII. Joannes Baptista Morgagnius, cujus memoria erit immortalis, in Sepulchro hoc dedit elogium.

D. O. M.
HIC SITA SUNT OSSA
HERCULIS FRANCISCI DANDINI
COMITIS, ET PATRITII CÆSENAT.
PANDECTARUM COD. AUTENTICOR.
IN PATAVINO GYMNASIO
INTERPRETIS CELEBERRIMI.
GENERE DOCTRINA MORIBUS
PRÆSTANTISSIMI
QUI VIXIT AN. LII.
OBIIT AN. DOMINI CIƆIƆCCXXXXVII. VII. ID. NOV.

Clarissimi hujus Viri Cæsenates Cives mœstitia non solum, verum etiam justorum pompa mortem honestarunt, præcipue funebri, elegantique Oratione omnibus ad id Orationum genus dotibus ornata, ut afflictissima Uxor, filiique adstantes, nec non tanta Civium, Auditorumque frequentia lacrymas continere haudquaquam

possent, ab erudito Reverendissimo D. D. Francisco Tadinio Cæsen. Universitatis tunc Pub. Professore; nunc Cath. Eccl. Canonico Pœniten. elucubrata, quæ saltem, ut tanti Viri memoria ad superstites excitandos spe gloriæ conduceret, merito publici juris erat facienda.

X. Illo etiam tempore enituit Comes Vincentius Masinius, Vir optimarum Artium cultor, & promotor eximius. In omnium ore, manibusque versatur illius Poema de *Sulphure* miro elaboratum artificio, ac dignitate, eruditisque adnotationibus ornatum, quod magno mihi in condendo hoc tenui Scriptorum Cæsenatium Catalogo fuit adjumento. Fuit etiam nitidissimus Poeta lyricus, ut variæ illius testantur Elucubrationes, quæ sparsim leguntur; sicuti & pro alio Poemate de cultu Fundi publici Cæsenatum, vulgo *la Tenuta di Capo d' Argine*, varia congesserat, quæ quidem nisi morte præventus carminibus expressisset, ac publici juris fecisset. Quæ omnia complexus est prælaudatus J. V. D. Joseph Ant. Aldinius Disticho, quod sub ejusdem imagine legebatur, dum Cæsenates eorum Civis tam de Patria, ac de litteraria Republica optime meriti publica Offuscatorum, ac Reformatorum Academia defleverunt interitum. Distichon autem est hujusmodi.

„ Sæpe lyra cecini: meditabar dicere cultus
„ Arvorum; per me sulphura nomen habent.

De Masinio autem, ut videre est in altera Bononiæ Editione elegantiore, & castigatiore studio P. M. Laurentii Fusconi Ordinis mei curata, honorificientissime locuti sunt celeberrimi Com. Annibal de Abbatibus Oliverius Pisaurensis, & Comes Joannes Mazzucchellius Brixiensis; eruditissimi Patres Joannes Dominicus Mansius Congregationis Matris Dei, & Paulus Pacciaudus Clericus Regularis Theatinus, nec non Abbas Petrus Metastasius insignis Poeta Cæsareus; tandem Vir Clarissimus de Voltaire, qui in ejus Epistola hæc habet.

Monsieur, Du Chateau de Fernay en Bourgogne par Geneve 14. Septembre *1761*.

Le Présent, dont vous m'avez honoré, ne m'a été rendu, que fort tard, & dans un tems, óu je ne peux que dicter mes remerciements, étant trés malade. Mais je ne puis vous laisser ignorer le plaisir, que m'a fait votre Ouvrage. Il a tout le mérite des Poëmes didactiques: il est rempli de poësie, & d'instruction. Un des chagrins de mon état est de vous remercier en si peu des paroles; Mais aussi je ferais trop long si je vous parlais de toutes les beautés de vôtre Poëme, & de la reconnoissance, que je vous dois.

J'ai l'honneur d'être avec la plus respectеuse estime.

In Bologna CIƆIƆCCLXII. nella Stamperia di Lelio della Volpe.

XI. Si diuturniores Patri Carolo Pepoli Cæsenati Ordinis Capuccinorum lucis hujus usuram annuisset Deus, concinno, aureoque Poemate *de Assumptione B. M. Virginis*, quod morte præventus imperfectum, ineditumque reliquit, certe litterarum Respublica frueretur.

Bina sunt eadem in Bibliotheca Capuccinorum MSSta ejusdem Poematis imperfecti, quorum alterum ab ipso Auctore scriptum, & hunc habet titulum aliena manu exaratum. *L' Assunzione di Maria Vergine al Cielo, Poema Sacro del R. P. Carlo Maria Pepoli Cesenate Accademico offuscato, e Filomato &c. uno dei dodici Fondatori della Colonia Riformata di sua Patria. Filopono, Assordito, Inrrepido &c. di Brà nel Piemonte, e Pastor Arcade nomato Ermene Agreo. Canti dodici, l' undicesimo dall' Autore non riveduto.* 1742. Alterum vero manu recentiore exscriptum.

2. *Vita di Monsignore Bonaventura Barberini da Ferrara, Generale de Capuccini, Predicatore del Sacro Palazzo, ed Arcivescovo di Ferrara, scritta da me F. Carlo Maria da Cesena, Predicatore Capuccino, ed applicata alla Libreria de' Capuccini di Cesena.*

3. *Dissertazione sul Sistema del Mondo Copernicano diretta al Signor Cavaliere*

della

della Torre Ravennate. Hæc Differtatio etiam autographa eft, & eruditione plena.

XII. Hac noftra tempeftate multa edidit P. Joannes Angelus Serra Cæfenas ejufdem Ordinis, Profeffor, & Lector facræ Eloquentiæ Ravennæ, & Forolivii.

1. Trattato unico delle Controverfie Oratorie, che rifguardano più da vicino le Materie Legali in 4. In Faenza per l'Archi 1744.

2. Compendio della Rettorica. 4. Edizione, ftamp. l'anno 1746 per l'Archi. Hoc Compendium hifpanica lingua traductum Valentiæ editum fuit anno 1748.

3. Lettere ftampate in Faenza l'anno 1753 per l'Archi.

4. Difefa del Rubicone. In Faenza l'anno 1753 per l'Archi.

5. Compendio delle Leggi Tom. 1.°, 2.°, 3.°, e 4.° nell'anno 1757. in Faenza per l'Archi.

6. Efame ful de Luca Tom. quattro nell'anno 1757. in Venezia per il Beroli.

7. Analifi fopra il Segneri Tom. due nell'anno 1756, e nel 1764 per l'Archi.

8. Analifi fopra le Orazioni di Cicerone Tom. tre ftampati l'anno 1751, e il quarto Tom. ftampato l'anno 1759 in Faenza per l'Archi.

9. Controverfie Oratorie. Edizione feconda Tomo primo nell'anno 1764. Tomo fecondo nell'anno 1765 in Faenza per l'Archi.

XIII. Ejufdem tamen Ordinis Patris Stephani Cæfenatis facra Opera modo typis mandantur, præter ejus *Conciones* jam prælo vulgatas. Alia Opera jam edita funt *Exercitia Spiritualia*, *Orationes facræ*, & *morales Inftructiones*.

In Pluteo VIII. Codicum jam defcriptorum quattuor occurrunt libri editi in 8.

Primus continet *Difputationes Collationales a fubtiliffimo Theologorum omnium principe Joanne Duns Scoto Ordinis Minorum*. Lugduni in Ædibus Jacobi Myt. fumptu honefti Viri Jacobi q. Francifci de Giunta. Anno falutiferi partus quingentefimo vigefimo fupra millefimum Kal. Aprilis.

Secundus *Tabulam generalem, ac Mare magnum Scoticæ fubtilitatis ab Excellentiffimo Domino Antonio de Fantis Tarvifino editum, fummàque cum diligentia impreffum* Lugduni per Joannem Crefpin. Anno falutiferi partus quingentefimo trigefimo fupra millefimum pridie Idus Januarii.

Tertius *Scriptum Joannis Duns Scoti Doctoris fubtiliffimi Ordinis Minorum fuper primum Sententiarum; nuperrime ab innumeris erroribus caftigatum, plurimifque additionibus ab eximio Doctore Antonio de Fantis Tarvifino*. Lugduni excufum, fumptu Jacobi de Giunta. Anno falutiferi partus quingentefimo trigefimo fupra millefimum pridie Idus Januarii.

Quartus *Scriptum Joannis Duns Scoti fubtiliffimi Ordinis Minorum fuper fecundum, & tertium Sententiarum, caftigatum, plurimis additionibus locupletatum ab eodem Doctore Antonio de Fantis Tarvifino*. Lugduni typis ejufdem Jacobi Anno falutiferi partus quingentefimo trigefimo fupra millefimum pridie Kalendas Januarii.

Ad omnes quattuor libros in extremo primæ paginæ limbo legitur fcriptum. *Eft Fratris Michaelis Angeli Tonti*.

In Pluteo XXVII. Petri Lombardi *Sententiarum* Opus in quattuor libros divifum.

In primo agit de *Myfterio Trinitatis*.

In fecundo *de rerum creatione, & formatione corporalium, & fpiritualium, & aliis pluribus eis pertinentibus*.

In tertio *de Incarnatione Verbi, & humani generis Reparatione*.

In quarto *de Sacramentis, & fignis*.

In fine *Celeberrimus, ac famofiffimus Sententiarum liber Magiftri Petri Lombardi facræ Theologiæ Doctoris eximii explicit*: impreffus Venetiis opera, & impenfa Francifci de Madiis per Hannibalem Parmenfem, & focios. Anno Domini MCCCCLXXXVI. die 22. Martii. *Laus Deo*, & *Virgini Mariæ*.

ANEC-

ANECDOTA

MSS. CODICUM HACTENUS DESCRIPTORUM,

NEC NON EA, QUÆ IN ERUDITORUM CUJUSVIS GENERIS USUM

VENIRE VALENT CUM SUIS NOTIS

IN TRIA DISTRIBUTA CAPITA,

NON SECUS AC CATALOGUS IPSE

TRES IN PARTES FUIT DIVISUS

BIBLIOTHECÆ MALATESTIANÆ ANECDOTA ET ALIA

CAPUT PRIMUM

PLUTEI I. IN CODICE NUM. III. POSITO

VITA FRANCISCI UBERTI CÆSENATIS POETÆ ET ORATORIS CLARISSIMI A NICOLAO MASINIO II PHISICO (a) CONSCRIPTA

,, FRanciſcus Ubertus Cæſenas, Uberto ſummæ probitatis Patre, Malateſtarum
,, Aulico (& ut quidam aſſerunt) illorum a ſecretis, ortus a Margharita Ma-
,, tre Cæſenate, a Pandulpho Malateſta Principe Uberto ipſi de ſe optimo merito
,, ideo in matrimonio collocata, quum & ex parentibus opulentis orta, & præſtan-
,, ti ingenio, perjucundis moribus, ac ſumma pudicitia eſſet exculta. Paulo poſt-
,, quam ipſe Pandulphus ſe in Cæſenam transferens ſecum illum Arimino du-
,, xit, qua in Urbe, & permultos ante annos Ubertorum Familia, ſive in ea orta
,, fuerit, (ſive quod aliqui ferunt) Florentia ad eam acceſſerit, omni & dignita-
,, tis, & honoris genere, quo nobiles viri fruuntur, & ipſa perpetuo potita eſt, &
,, adhuc potitur. Et quamvis mater humili potius ſtatura extiterit, procerus tamen
,, veluti Pater fuit Franciſcus, & optimo corporis habitu, cute, oculis, & pilis
,, ſubnigris: & quod viris acri ingenio præditis quaſi peculiare eſt, etſi ad iram
,, omni in ætate aliquatenus propenſus fuerit, totius tamen oris aſpectu miram pro-
,, bitatem, ſincerumque animi candorem referebat. Ut primum igitur per ætatem
,, in lucem hominum verſari cœpit, ad animi cultum capiendum, Peruſiam primo,
,, poſtea Venetias, Pataviumque a Patre miſſus eſt, ubi tantum abeſt, ut tempus
,, ullum labi fruſtra Juvenis numquam otioſus pateretur, quin potius dies cum no-
,, ctibus legendo, ac ſcribendo conjungeret. At cum ipſe poſt aliquot annos illinc
,, diſcedens nimio æſtu damnatos menſes in propria Patria devitaret, qui impellente
,, ingenio jam toto vitæ tempore ad humanarum litterarum ſtudia ſe prorſus con-
,, verte-

(a) Is præter doctrinæ ſuæ, & eruditionis certa documenta nobilius, atque elegantius in Templo Minorum Conventualium Cæſenæ Operis anaglyphici Pulpitum extruxit, quadrilatera columna ſuſtentatum, variis, pretioſiſque ornata Lapidibus: hæc ibi circum inciſa leguntur.

Franciſcus Maſinius abſoluto archetypo extructioni præfuit. Joannes Antonius, Alexiuſque Donati Bononienſes Lapicidæ extruxerunt. Meminerint Reverendi hujus Cœnobii Patres omnes ec. perſolvere teneantur in ſuffragium Animæ Nicolai Maſinii Secundi Phyſici, qui ære proprio Pulpitum hoc eo potiſſimum fine extrui voluit &c. Anno Salutis MDXCVIII. Kalend. Januarii. In anteriori Pulpiti labro quadratum Alabaſtri conſpicitur, in quo ſupremam partem ſupra nubium thronum tenet Æternus Pater, dexterum extendens brachium, alterum libro innixum habens. In medio Plani tabula eſt, & uni ejus extremitati caput adhæret Leonis. In uno ipſius angulo Bethlemiticum veluti ad antrum ſubmiſſis genibus, manibuſque complicatis S. Hieronymi imago obſervatur. Ad Columnæ ſupercilium Stemma extat illius Familiæ Turrim trium Tabulatorum referens.

„ vertere ſtatuerat; cum jam una & bonarum aliarum artium ſtudiis ſub egregiis
„ Præceptoribus illas in Academia præcipue Patavina profitentibus operam navaſſet,
„ ac tantum adeptus eſſet, quantum pro propriis condiendis, exornandiſque ſat fo-
„ re exiſtimavit: ſatius optime eſſe noſcens in ea arte, ad quamque proprium ge-
„ nium dirigit, longe procedere, præcipue qua plurimis prodeſſe, & plurimum li-
„ cet, quam ex abditis reliquarum fontibus non niſi parum haurire. Audiens Co-
„ drum Ureum (b) in ea facultate tunc nemini ſecundum Forolivii Filios Pini
„ Ordelaphi Principis edocere, ad eum eo ſe confeſtim animo contulit, ut abdica-
„ ta prorſus quacumque alia contemplatione huic uni totis ingenii, corporiſque vi-
„ ribus incumberet: quod cum miro animi ardore, inſuetaque alacritate præſtitiſ-
„ ſet, brevi ex eo munere ſummam laudem non in hac tantum, ſed in alienis
„ Provinciis conſecutus fuit. Nec mirum: Nihil cum ſit præter ingenii acumen,
„ quod oblectatione homo conſequi exacte non valeat. Tanta autem illuſtres ſua
„ de arte ratiocinantes Viros audiens voluptate afficiebatur, ut ferant, nulli ex ſa-
„ milia conſilium ſuum patefacto, aſſuetoque amictu nullatenus mutato, ſed de im-
„ proviſo advocatis nonnullis domeſticis diſcipulis Bononiam ſe contuliſſe gratia tan-
„ tum audiendi Philippum Beroaldum inſignem Oratorem ea in Academia publice
„ profitentem; (c) dempta illa levi perturbatione, quam afferre conſuevit inſtruen-
„ di munus, vitæ genus adamavit quietum, omnibus ſolutum curis, contentioni-
„ bus, & litibus, unam tantum cum ſtudiorum laudem ſpectaret, quorum ſocios,
„ & ſodales, vel nulla poſthabita induſtria in primis mites, ſtudioſoſque habere pro-
„ curavit. Qua vitæ ratione cum præter inſignem, omnibus perſpicuam eruditio-
„ nem, multorum amicitiam ſuo ſibi beneficio comparaſſet, inimicumque merito
„ haberet neminem, ad publice docendum hinc inde, nec niſi honeſtiſſimis condi-
„ tionibus, quamvis & pluries accitus fuerit, Vir tamen ſuapte natura nullo non
„ tempore, nullo non loco, nullis non hominibus gratus par referre percupiens,
„ eam illis tantumodo Urbibus, a quibus ſuſceperat doctrinam, retribuere voluit.
„ Quo fit, ut modo Patavii, modo Venetiis, modo Forolivii ludum literarium a-
„ pertum non brevi ſervaverit. Qui, etiamſi ſobrie viveret, firmiſque adhuc ſe
„ viribus eſſe experiretur, quo tamen extremum diem ſtatuto tempore alacriore
„ mente feliciter claudere poſſet, in Patriam ſe contulit, ubi & aperto ludo tam
„ accurate viginti duorum annorum ſpatio Juventutem inſtruxit, ut quamplurimi
„ illius diſcipuli variis in optimarum artium diſciplinis egregii Viri evaſerint, inter
„ quos, ne omnes hoc loco commemorem, fuerunt duo Jureconſulti præſtantes
„ Odantonius V'C Dandinius (d), & Petrus Benintendus, qui probatum Deciſionum
„ librum

(*b*) Antonius non ob aliam cauſſam Codrus fuit appellatus, niſi quia ut in ipſius vità Bartholomæus Blanchinus narrat, Pino Ordelapho Forolivii Domino, qui ſe in ipſius fidem conferebat, reſpondit. *Dii boni! Quam bene res ſe habent videte. Jupiter Codro ſe commendat.* Blanchinus, Fabricius, Guaſcus, aliique Urceum cognomine dicunt; Scriptor vitæ Franciſci Uberti *Uretum* vocat. Sat eſt mihi rem hanc notaſſe. Si Uretus eſſet vocatus, Pierii Valeriani opinio locum haberet, qui ipſum Ravennatem facit, non Herberienſem, ut ſentiunt Hiſtorici. Multa ſoluto, multa numeris adſtricto ſermone ſcripſit, cujus Opera Ano. Litter. Italiæ recenſentur. Lib. duos Silvarum; Satyras duas; Eclogam unam; lib. unum Epigrammatum exaravit. De his Giraldus Dial. 1: de Poetia ſuorum temporum ita cenſuit. *Carmina illa quidem citra labem, ſed ut mihi quidem videtur abſque venere,*

(*c*) Omnigena ornatum eruditione Sæc. XV. floruiſſe Philippum Beroaldum Bonon., atque eos inter juſte numerandum, qui renaſcentibus litteris non mediocre contulerunt incrementum, Joannes Pinus Toloſanus ejus diſcipulus, & Cl. Niceronus, qui ejus vitam ſcripſerunt, ſeriemque Operum ejus contexuerunt, ſat firmia oſtendunt monumentis; nec non Cl. Mazzuchellius Tom. II. P. II. pag. 1003. Scrip. Ital. Enim vero ipſe veteres Scriptores ferme innumeros notis illuſtravit, ut mirum eſſe videatur potuiſſe 51 annorum ſpatio tot egregios doctrinæ ſuæ partus edere, cum interim multas ei horas eriperet docendarum publice humaniorum litterarum munus, quo Farmæ, Lutetiæ, Bononiæ functus eſt.

(*d*) *V'C* ideſt *Vir Conſularis*. De Odantonio Franciſcus Ubertus ejus Præceptor ita cecinit lib. 2. Epigram.

Carmi

„ librum in lucem edidit: (e) fuerunt et duo excellentes Medici Vincentius V'D
„ Tuſcus, & celeberrimus Nicolaus Maſinius Avus meus (f), qui in Academia Bo-
„ nonienſi ſummo in loco, ſumma cum laude Medicinam profeſſus eſt. Hinc omnia,
„ quæ in Republica hac eſſe ampliſſima putantur, proſpere eſt conſequutus. Et quia
„ ſobrie perpetuo vixit, humilia hæc, atque terrena deſpiciens exacte ſemper, & chri-
„ ſtianam pietatem coluit: Ea propter nonagenarius præclaram mortem obiit, ſe
„ nempe veluti ortum eſſe aperte aſſerit anno milleſimo quadringenteſimo quadrage-
„ ſimo ea in Oratione, quam ipſe in funere Malateſtæ Novelli Cæſenæ Principis
„ optimi, & hujus Bibliothecæ exædificatoris decimo Kalendas Decembris anni mil-
„ leſimi quadringenteſimi ſexageſimi quinti habuit, quam et hic non immerito no-
„ bis exarare placuit; ita et Poſteri illum anno ſalutis milleſimo quingenteſimo tri-
„ geſimo deceſſiſſe teſtati ſunt. Poſteri, inquam, nam cum paulo poſt Patris mor-
„ tem uxorem duxiſſet, ex ipſa tres Filios habuit Valerium ſcilicet, qui non con-
„ tentus paterna veſtigia triviſſe, voluit et Philoſophia, et Medicina imbui, uſque adeo
„ ut publice, acriterque cum viris in utraque diu exercitatis diſceptare non fuerit
„ veritus. At qui nihil non pie, nihil non cum Religione conjunctum ſemper co-
„ gitavit, Medicinam ipſam numquam facere voluit. Alter immature ſibi ereptus
„ eſt; ex altero Gratioſo nuncupato, & ex Franciſca Conjuge, Sorore Hieronymi
„ Dandini Cardinalis ampliſſimi (g) ortus eſt Ubertus egregius Jureconſultus, ex quo
„ et Franciſcus, quem nunc Cæſenæ utpote cum Aviti nominis, et paternæ virtu-
„ tis hæredem, tum et præclaro ingenio florentem colimus. Ortus et eſt Anaſtaſius,
„ qui ob ſingularem avitæ indolis impulſionem veluti humanis litteris tam græcis,
„ quam latinis perfecte eruditus evaſit, & incredibili ſagacitate, ſolertiaque prædi-
„ tus. Quamobrem illum, qui jam per multos ante annos in Divi Benedicti Mo-
„ nachorum Collegium ſe ſe abdiderat, Julius III. Pontifex Maximus Forocornelia-
„ næ Eccleſiæ Antiſtitem creavit (h). Ex altera Uxore Medea Speranea dicta or-
„ tus eſt Paulus Ubertus Jureconſultus adhuc, & Dei munere ſuperſtes, cujus nunc
„ duo Filii optimæ indolis, & ſpei optimis artibus ſtrenue incumbunt Quintilianus,
„ & Gratioſus (i). Eam autem, quam Franciſcus habebat in via Talamelli domum
„ incolit una cum Filiis Franciſcus pronepos, quamvis eam longe, lateque ampliaverit
„ æſtivis, hybernifque cubiculis longe pluribus, & commodioribus; nec non & cum
„ clavibus interioribus exornaverit. Ipſum, qui plane cognitum habuere ſtudioſi,
„ teſtati ſunt, fuiſſe utique & ſolertem Præceptorem, & doctum Lectorem, diſertum-
„ que Oratorem, inclinatum tamen & natura magis propenſum ad carmina pangen-
„ da, quod & adhuc unicuique variis, nec niſi firmiſſimis argumentis conjicere li-

S . „ cet;

Carmine te dulci doctas donaſſe Sorores
Lætor Odantoni te vice Fratris amans.
Ingenio nam tu, & calamis ætate Priores
Exſuperas Artes, proſequeriſque Patris

. . . .

. . . .

Ergo ſtude: ut prudens ſolvas Ænygmata legum
Dandine o Gentis ſpeſque, decuſque piæ.

(e) De Petro Benintendo agemus, cum de Operibus ab eo editis loquemur.

(f) Ad Vincentium Tuſcum diſcipulum ſuum idem Franciſcus eodem libro

. . . . *Gratulor ergo tibi*
Gratulor & Patriæ: Nam tu pro viribus illam
Exornas ſtudioque, eloquioque gravi.

(g) De hoc Vincentius Maſinius in adnotationibus ad Poema a ſe editum de ſulphure: *Il Signor Cardinale Dandini della famiglia de' viventi Signori Conti Dandini, il quale fu prima Veſcovo di Caſerta, e poi d' Imola ſoſtenne con molta lode diverſe Legazioni a Franceſco primo, ad Arrigo II. Re di Francia, e all' Imperatore Carlo V.* lib. 2. pag. 95. edit. Bonon.

(h) Cum Eminentiſſimus æque, ac Cl. Hieronymus Dandinius Epiſcopatum Imolen. abdicaſſet, ipſius Nepotem Anaſtaſium Ubertum anno 1552 undecima Maii Julius II. Summus Pontifex in ejus locum ſuffecit. At eo è vivis erepto citius, Hieronymus Paſtoris officium reſumpſit. Vide Manzonium in Hiſt. Epiſcoporum illius Eccleſiæ pag. 328, & poſt eum Ughellum pag. 694. Ital. Sac. Prædictus Anaſtaſius litteris valebat, ut refert Uvion, & cæteri, reliquitque aliquot ingenii ſui monumenta.

(i) Duo Carmina, alterum Quintiliani, Gratioſi alterum hoc in Tom. ſunt evulgata pag. 5. Plut. I.

„ cet; quamvis pleraque usque adeo contempserit, despexeritque, ut nec illorum „ Archetypum apud se, vel Amicis suadentibus, hortantibusque studiosis discipulis „ retinere voluerit. Quæ quamvis apud eorum aliquos tamquam grata, & conservatione digna per aliquod tempus adservata fuerint; illis tamen pereuntibus, cum „ et ipsa perierint, non nisi hæc nobis sedulo perquirentibus apud hæredes diligenter custodita adinvenire licuit. Hac de caussa cum omnibus propemodum Europæ „ Principibus, nec non et viris, qui in optimis quibuscumque artibus tunc temporis claruerunt, aut non obscura familiaritas, aut illustris intercessit amicitia. At „ qui arcto illi benevolentiæ, & amoris vinculo coniuncti fuerunt in primis fuit „ Cassandra Fidelis virgo Veneta (l), quæ ideo omnibus venit merito anteponenda, „ quod ea tempestate, quæ non nisi perpaucos habuit elegantioribus litteris excultos viros, illis ipsa non tantumodo refulserit, uti ex elegantissima hic apposita ad „ Franciscum Epistola cuivis expendere licet; verum & quod summa dignum admiratione adhuc videri potest, & intimiora Philosophiæ penetralia subire minime „ verita fuit, fuit & Beatus Robertus Malatesta Arimini Dominus, Rambertus Malatesta Sylani Comes, Agamemnonque Tibertus Cæsenas Astrologi insignes; Marsilius Ficinus, Bettachinus, Baptista Carmelitanus, Titus Vespesianus Ferrariensis, Franciscus Buzacharinus Patavinus, & Fredolus Mainardus Cæsenas Poetæ, „ Pomponius Lætus, & Joannes Antonius Flaminius Forocorneliensis. Francisci ossa Cæsenæ in Divi Augustini Templo, honorificentissimo relata funere quiescunt, „ flebili carmine illud celebrantibus quotquot vel aderant, illumve cognitum habuerunt, Poetis.

Cæsenæ tertio Idus Aprilis anno salutis MDLXXXX.

Hac vitæ, rerumque ab Uberto gestarum disertissima narratione nihil hercle aptius ad Patriæ æque, ac viri clarissimi laudem, ac decus augendum, promovendumque. Si enim studiosissimus non fuisset Masinius ad ea Francisci opera perquirenda, atque unum in codicem congreganda tristis eorum jactura facta fuisset, sicut alia miserrime perierunt, non Francisci Uberti tantummodo, verum & aliorum auctorum Cæsenatum.

Hoc in Codice adest, ut præmonuimus, Oratio ipsius Francisci Uberti in funere Principis Domini Malatestæ Novelli, quam heic exhibendam merito putamus ad fidem ipsam servandam. Verum sciant Lectores velimus, eam Orationem pluribus in locis ab Amanuensi ipsius Uberti forsitan discipulo haud parum ignaro esse deformatam, ut implexe, confuseque hinc inde exaratam fuisse, ideoque multis scatere mendis videatur: quod tamen in Oratoris culpam non est vertendum. Nos, uti jacet, nunc primum typis committimus.



ORA-

(l) In eodem Codice Francisci Uberti post Epistolarum lib. II, & pariter Epigrammatum legitur; ut diximus; Cassandræ epistola latine conscripta.

ORATIO
IN FUNERE ILLUSTRISS. CÆSENÆ PRINCIPIS MALATESTÆ NOVELLI DE MALATESTIS A FRANCISCO UBERTO CÆSENATE (a) HABITA

„ Vereor equidem, Reverendissime Domine Thesaurarie Generalis, nec non Cæ-
„ senæ Gubernator dignissime, (b) Reverende Antistes, (c) Venerabiles Sacerdotes,
„ clarissimi Equites, Doctores eximii, præstantissimi Patres, ceterique Cives, ne quis
„ me arrogantem potius, quam Majoribus nostris obsequentem appellet, quum me hunc
„ eminentissimum locum in tanto doctissimorum virorum cœtu, quibus me et in-
„ genio, et facundia longe imparem fateor, videat ascendisse.

„ Et profecto, nisi vestra fretus humanitate, & clementia venissem de Illu-
„ strissimi Principis olim nostri Domini Malatestæ Novelli præconiis oraturus in con-
„ spectum vestrum haud lubens prodivissem. Verum quum jussa Majorum meorum
„ ad hoc me tantum oneris impulerint, haud difficulter me a vobis cum ob tem-
„ poris angustiam, (d) quod mihi ad excogitandum datum est, tum etiam quia res
„ hæc ardua est, posse veniam promereri confido. Quis enim adeo est veloci inge-
„ nio, et prompto, quis adeo dicendi facultate polleat, ut nisi præmeditatus fue-
„ rit, quidquam in medium ausit afferre?

„ Inde ergo haud parvus mihi timor est, ne aliquibus oratio mea tenuis, &
„ incompta videatur, ipsorumque eruditissimas aures nihil nisi elegans admittentes
„ offendat, qui si potius tamen sensus, et animum nostrum, quam verba ipsa per-
„ peodere voluerint, haud penitus duros nobis, et inexorabiles Judices se se præ-
„ stabunt.

„ Est igitur nobis, amplissimi Patres, pro ingenii nostri tenuitate de justissimi
„ Principis olim nostri Domini Malatestæ Novelli laudibus hoc loco disserendum,
„ quæ quidem tot ac tantæ sunt, ut nedum mihi, verum etiam maximo cuivis
„ Oratori non solum pro dignitate illas exponere, sed etiam enumerare difficile vi-
„ deri possit. Quid igitur? Nempe si ea omnia, quæ æterna memoria sunt dignissi-
„ ma prosequi oratione voluero, præsens me hic dies narrantem deficiet. Nam si
„ nonnulli in privato quopiam Cive laudando ad vesperum usque dicendo provehun-
„ tur: quid in tanto hoc Principe facere consentaneum fuerit?

„ Verum ut ea, quæ nunc peragenda instant commodius effici possint: Principis
„ hujus vitæ, ac rerum a se gestarum quandam quasi summam notabimus. Quam-
„ vis aut hæc ipsa longiori essent oratione complectenda: cum vos omnes ad au-
„ diendum attentos videam magis ipsius Principis memoria, quam orationis nostræ
„ suavitate perillectos: tamen, ut videtis tempus esse diei, puto tempori inservien-
„ dum. Nam hæc quæ modo, et plura alia (si Dominus tamen vitam dederit)
„ in aliud tempus, cum majus scilicet otium dabitur, diceoda reservamus.

„ Nobilissimam in Italia Malatestarum Familiam, et magnas opes, amplum-

(a) Frater Bernardinus Manzonius Chrono. Cæsenæ pag. 13. scripsit. *Franciscus Ubertus eximius Orator, Poetaque, cujus vita a Nicolao Masinio II. conscripta extat in Bibliotb: Cæsenæ; scripsit inter cetera libros de temporibus suis, & Epistolarum Volumen, quod habetur in dicta Bibliotb. inter Auctorum Cæsenatum libros.* De eo cecinit Anto. Constantius Poeta.

Uberte egregios inter veneranda Poetas
Uber cui vena est, uber & ingenium.

Braschius cap. 25. num. 30. Mansius in pagellis MSS. & Zaccaria Itin. lit. de eo loquuntur.

(b) Ærario Pontificio Præfectus, & Cæsenæ Gubernator erat Laurentius Zeno Venetus Archiepis. Spalat. primus post Novelli mortem. Chron. Cæsen. fol. 261.

(c) Antonius Malatesta Cæsenæ Episcopus, qui ante Episcopatum Præpositus erat Ecclesiæ Forosempr. de Familia, ut puto, Patricia. Cæsar Brix. Rela. Cæsen. p. 2. f. 23.

(d) Non solum brevi temporis curriculo hanc elucubravit Orationem; verum etiam cum ætatis nondum annum excessisset vigesimum quartum, & cum latinæ litteræ eo primum tempore reflorescere inciperent.

„ que Imperium olim tenuisse apud omnes Annalium Scriptores, Præstantissimi Pa-
„ tres, constat. Nam cum illos & in Gallia Cisalpina frequentissima profecto op-
„ pida, (e) Brixiam illam vere magnipotentem appellatam: & saxis extantem Ber-
„ gomon altis imperio tenuisse: tum etiam in Flaminia, & universa hinc a nobis
„ oppida Anconam. f. Doricum usque ditioni suæ fortiter Malatestas subjecisse,
„ novere nostri Majores. Quin etiam Domus eadem, qua de loquimur Malatesta
„ tanto præter summam rei militaris peritiam, & bonarum artium ardore virtutis-
„ que, ac ingenuorum morum splendore; tum vero recte honesteque vivendi cura,
„ studioque illustrata est, ut Beatum illum Malatestam Robertum Galeotum (f) ob
„ vitæ sanctimoniam, singularemque in Deum Dominum pietatem: illius, inquam,
„ Roberti, cujus corpus Arimini ante Fores Fabrifactas Divi Francisci celeberrimi
„ illius Templi (g) sub ferrea crate conditum est vulgo *cõstãs* omnium hoc can-
„ tat fama, multis non apud finitimas solum, verum etiam apud exteras nationes
„ fulgere miraculis. Hinc igitur quanta esset Domus hæc gloriosissima patere omni-
„ bus procul dubio potest: quippe quæ non in Terris modo, verum in Cœlis quo-
„ que clarissimum quidem nec ullo temporis intervallo sibi intermoriturum nomen
„ jure meritoque fuerit assecuta. Illustri igitur ex hoc Malatestarum genere Princeps
„ hic olim Dominus noster Novellus Malatesta exortus spem haud dubiam futuræ
„ indolis, & probitatis ex præclara ipsius indole Magnifico Parenti Domino Pan-
„ dulpho Malatestæ pollicebatur.

„ Itaque ea tes accessu paulatim ætatis haudquaquam Parentem ipsum, fra-
„ tremque Sigismundum, ceterosque, quibus Dominicus iste (sic enim primis in
„ annis vocatus est) curæ erat, falsos habuit. Si quis autem nominis quærat, quæ
„ causa fuerat mutationis, sciat: Principem hunc nostrum tanta Patrui Malatestæ se-
„ nioris (h) f. Principis celeberrimi (i) illius arsisse charitate ob ipsius egregia faci-
„ nora, ut Malatestæ Novelli sibi adoptaverit appellationem. Non inquam, spes,
„ quam de puero hoc conceperant suos frustrata est. Non frustrata indoles pueri hu-
„ jus domum est suam: quando non magna solum, quæ ab ipso expectabantur a-
„ dimplevit, sed longe majora præstitit, ut non modo spem, sed Parentum quoque
„ vota exsuperavit. Cæterum, ut verum quod est, ingenue fateamur, sanæ mentis
„ nemo omnium Magnifici parentis ejus parvam curam, negligentemque in eo eru-
„ diendo diligentiam recte incusaverit. (l) Elegit namque prudentissimus ipsius Pa-
„ rens eruditissimos, & probatissimos Viros, quos mollissimi Filius ingenii, & libe-
„ ralium artium Præceptores, & bene vivendi Duces haberet. (m) Noverat Prin-
„ ceps

(*e*) Annales Cæsen. anno 1318. Chron. MS. Cæsenæ pluribus in locis: Familia Malatestarum celeberrima, atque in rebus bellicis admodum clara, ex parvo semine ita in arborem exerevit ingentem, ut doctissimus Braschius Cæsenas in Opere suo cui titulus *Memorie sac. & prof.* illi convenire existimet Ovidii carmen 2. Fast.

O quam de tenui Romanus origine crevit.

Idem scribunt Philip. Antoninus *Supplem. della Cronica di Verucchio fol.* 58. Anonymus Italus Hist. cap. 14. apud Muratorium *Rer. Italic.* Tom. 16. f. 27.

(*f*) Sylvius Piccolomineus qui postea Pius II. suis in Comment. lib. X. pag. 217. his verbis Robertum Galeotum laudat. *Galeotus mitis ingenii fuit, Religioni deditus, gloriæ, atque Imperii contemptor, justi tenax. Hunc Sigismundus per insidias regno dejicere conatus est, suadens Ariminensibus inutilem Civitati præesse, qui dies, ac noctes in templis ageret, & divina contemplatione contentus societatem negligeret.* Ast hoc de Principe, ubi de Codice Vitæ, & miraculorum ipsius ad sinistrum latus existente, sermo redibit.

(*g*) *Cumque nihilominus nobile Templum Sigismundus Arimini in honorem S. Francisci ædificasset, ita gentilibus operibus implevit, ut non tam Christianorum, quam Infidelium Dæmones adorantium Templum esse videretur.* Spond. an. 1459. num. 7.

(*h*) Littera *f.* quæ sæpe in MS. hujus Orationis videtur, indicat legendum esse *scilicet*.

(*i*) Patruus Novelli Carolus fuit dictus *Cato*. De ipso summa cum laude scripserunt Poggius Hist. Floren. p. 3. §. 54. Leonardus Aretinus, Claudius Flev. Tom. 15 lib. 1. cap. 1. Editi: Genu., & in Labbeana Conciliorum summa Tom. 12. pag. 148. legitur ipsius elogium, dum Constantiensi interfuit Concilio, ubi nomine Gregorii XII. Pontificatus fecit abdicationem.

(*l*) Mendosum esse illorum verborum sermonem, nemo non videt.

(*m*) Inter illos fuerunt etiam Cæsenates, præcipue Ludovicus de Cæsena. Chr. MS. pag. 76.

„ ceps idem: usurpabatque Virgilianum illud frequens: *Adeo in teneris assuescere*
„ *multum est*: illud item: *Dum faciles animi Juvenum, dum mobilis ætas*: nec non
„ & illud Apostoli, ut pientissimus erat Princeps: *corrumpunt bonos mores colloquia*
„ *mala*; Quanto igitur (ita enim argumentabatur) quanto igitur, ajebat, gravius
„ detestanda facinora? Quibus ex rebus factum est, ut in dies magis magisque, &
„ quæ prudenter dicebat, & egregie gerebat, usque adeo admirarentur, ut non sui
„ omnes modo, sed alieni quoque Novellum Malatestam summa prosequerentur be-
„ nevolentia: nec non hujus ipsius laudes prædicare, libenterque pueris regiis hunc
„ eundem ad exemplar virtutis, & morum proponere nunquam cessarent. Itaque il-
„ li in primis adolescentes spem de se optimam polliceri videbantur, qui mores
„ Malatestæ Novelli ad unguem, sive *adamussim* (*) essent imitati. Quoniam autem,
„ Præstantissimi Patres, ut est omnibus notum, quibusque semper in rebus scire
„ tempus, & horas distinguere magnopere conducere solet, iccirco quam arma tra-
„ ctare per ætatem Malatestæ Novello permissum esset; non modo studiis lite-
„ rarum, sed artibus etiam belli constituto utrique rei tempore summam operam
„ impendebat. (n)

„ Discebat namque quo pacto impigre, vel cæsim, vel punctim ferire adver-
„ sarium, nec non agili corpore illius evitare ictus hinc illinc melius videretur, &
„ esset. Discebat insuper strenuus Malatesta id quod ex historiis colligebat: quanto
„ bellorum Ducibus decori esset, et utilitati, non modo armis scire uti tamquam
„ vestibus, ut nullum prorsus ex eis pondus sibi additum sentiret: sed illud etiam
„ quomodo a stantibus in corona læto solet excipi clamore Ducem armatum s. ac-
„ tum in furore Equum spumantia fræna mandentem agiliter insilire. Discebat &
„ illud quod sæpe numero didicisse expedit, peditem s. quinque pro loco, & tem-
„ pore fossas saltu jungere, nec non flumina (quando & hoc usus est belli) auden-
„ tem trajicere; vel arduos montes impigro cursu oporteret ascendere. Quibus pro-
„ fecto ex rebus nomen suum brevi clarum, ac celebre reddidit Novellus Malate-
„ sta, ut non minus ipse, quam Sigismundus ejusdem Germanus, qui natu major
„ erat, sed bonorum laude erat minor, summis laudibus in Cœlum usque tolleren-
„ tur ab omnibus; qui ambos esse Scipiadas nimirum vocandos asseverarent, quando-
„ quidem illorum persimiles & haberentur, & essent. (o) Hosce igitur viros qui
„ talia dictitarent, quisnam recte mendacii argueret? Immo vero quis potius illos
„ optimos, ac longe veros fuisse vates negare non erubuerit? Vera quidem illos
„ prædixisse: & ea quæ futura olim erant Pytii more Apolinis prædivinasse non
„ Ausonia solum, verum universus pene Terrarum Orbis testatur, & clamat. Per
„ eos namque Malatestarum nomen ex claro, & celebri, clarissimum, & celeberri-
„ mum esse factum censetur ab omnibus. (p)

„ Sed post mortem Domini Malatestæ senioris, qui Civitatem hanc nostram
„ justissime rexerat, (q) cumque Dominus Pandulphus Principis hujus olim Parens
„ ab

(*n*) *Tu vero adhuc stas in juventutis exordio, nec parcis ad illum cumulum laureas addere divinæ indolis Princeps, ac quod fælicissimum in Rege est, labore, atque curis a pueritia exercitis. Ut hic ergo verissime triumphus gloriæ per posteritatis seriem inoffensos agat cursus, jucundum est cum litteris fœdus: quo, & illis præsens faveas, & Tibi; illæ aliquanto absenti æternum, paremque virtutibus tuis locum inter Heroas constituant. Parum est in hominum memoria, si eam non vetat consenescere scribentium fides.* Hæc quæ Præfatione sua in laudem scripsit Serenissimi, & Potentis Principis Ludovici XIII. Galliarum, & Navarræ Regis Christianissimi Joan. Barclajus Operis sui *Argenis* inscripti mirifice quadrant.

(*o*) Virgilius Æneid. 4.... *Duo fulmina Belli Scipiadas......*

(*p*) Ubertus usus est arte Oratoribus persamiliari, qui sæpenumero, quæ in laudem cedunt, extollunt, quæ in vitium, silent. Aliqua dignus laude sane fuit Sigismundus; verum male sentit dum pietatem una cum Principatu inutilem existimavit ad imperia, societatesque conservandas, augendasque. Verum Augustini responsio ad Cælestium esset ad rem. *Acumen vitreum, lucet vanitate, frangitur veritate.*

(*q*) Andreas dictus Malatesta de Malatestis Dominus II. Cæsenæ.

(*) *Sive adamussim* interlineare est, adeoque additum.

„ ab hominibus migrasset ad Superos, Majores nostri Dominum hunc Malatestam „ Novellum summis votis et expetiverunt Principem, & impetraverunt illum. Quæ „ enim tanta fuisset Civitas, quæ a tali, ac tanto Principe, qualis erat, & quantus Malatesta Novellus, quem et Illustrissimus Dux Mediolani magnis præmiis „ ad se in Consiliarium studebat allicere. Quæ Civitas, inquam, tanta fuisset, quæ ab „ ipso pro magna felicitate gubernari non exoptasset? Erat enim Princeps hic olim „ noster tum corporis, tum animi dotibus, nec non fortunæ muneribus apprime „ honestatus. Nam corporis quidem egregia forma: ac validis erat viribus: modestus „ præterea, justus, et prudens, eruditus, et eloquens præ ceteris habebatur: nec etiam „ fortunæ bonis idem Princeps caruit, quippe qui & ex Principum genere, atque „ ipso Patre Principe natus in summis divitiis, et magnorum Principum, ac summorum Ducum familiaritate, atque amicitia usus est honorificentissime, cum quibus sæpe, cumque Florentinis, aliisque Dominiis magno stipendio meruit, idque „ faventibus auspiciis. Namque viribus, et rei militaris peritia, consilioque præstans adversus Hostes magna cum laude, ac crebro collatis signis prœlium captata „ occasione iniit, ut par esse censent Ducum sapientissimi, ac superior Marte faven„ te victrices cohortes agens in castra rediit. Ceterum si modo singula, quæ militiæ gesserit, prosequi, ac recensere omnia voluerimus, et quonam tempore, quibusque bellis; & cum Illustrissimo Venetorum, Florentinorumque Dominio non „ parvo ære meruerit, rem profecto grandem, et magnum opus aggrediemur. (r) „ Verum quia nunc historiam non scribimus et hæc apud eos recensere, qui hæc „ me ipso quartum, & vigesimum annum agente (s) melius noverunt, cum ipsi „ bellis sæpe interfuerunt, supervacaneum duximus. Post bella autem fæliciter gesta „ Principi olim nostro Malatestæ Novello domi tranquilla in pace viventi, & quænam „ Principis Filia Toro suo digna videretur percontanti unicam tantum Illustrissimi „ Domini Urbini Comitis (sic enim illa tempestate nondum Dux, sed Comes Urbini dicebatur) Comitis, inquam, Urbini Guidonis f. Antonii filiam, quæ ullo „ quovis Rege dignissima esset, Dominam Violantam illic esse, responsum est: de „ cujus nimirum præstanti corporis forma, & eximiis moribus quamvis tunc cele„ bris fama circumferretur: multa tamen plura in ipsa Domina Principi nostro ut „ est conjugata, quam fama ferrentur, esse omnes cognovimus (t) admiranturque non „ modo quibus illam videre, ac ipsius jucundissimo colloquio frui licuit; sed etiam „ illi, qui eam viderant numquam, sed tantum audierant, et diligebant omnes, et „ summis efferebant laudibus. Nec mirum. Quis enim compos mentis Reginæ no„ stræ, vel Sulpitiam, vel Lucretiam, aut aliquam ex Sabinarum numero pudicitiæ fama præstantes juste prætulerit? Sed has nunc missas faciamus, quæ veri lu„ minis, fideique nostræ expertes fuere, quando sacrosancti, Catholicique Dogmatis „ titulo, ut Christianæ s. insignitæ non fuerunt; ideoque huic Reginæ ut compa„ rentur dignæ numquam videntur: sed etiam si totam Italiam (pace dixerim „ om-

(r) Ex autographo Principis Malatestæ Novelli, & originali Testamento, de quo superius (quod in membrana intellectu difficillimum apud me extat) certo conjicitur, quattuor mille Ducatos aureos a Serenis. Venetiarum Duce ipsi debitos fuisse, quos pauperibus, pupillisque maritandis distribuendos, ac in alia pia erogandos opera Testamento ipso legavit.

(s) Quartum, & vigesimum ætatis suæ annum nondum expleverat, quum Oratione hac Novelli defuncti laudes prosequebatur. Delicatioribus itaque auribus, studiosisque exquisitarum litterarum Viris mirum non erit, si minus alicubi eleganter non sit conscripta, & exacte ad Grammaticorum regulas, & tamen lucem videre mereatur. Verum quum diutissime vixisset, & Patavium primo, deinde Bononiam contendisset (uti accepimus ex Vita Uberti paulo ante producta) ut optimas scientias addisceret, audiretque Philippum Beroaldum Virum erudititissimum, Oratorem insignem ea in Academia politiores litteras profitentem, bonis studiis, atque artibus magis se se expolivit, ita ut famam apud omnes maximam sibi pararet.

(t) Idem Orator, & Poeta epist. 18. lib. 2. Epist. ad Magnificum D. Rambertum Malatestam Sillani Comitem post recensitos præclaros Reges cecinit de ea.

Qui Reges inter, quantum valuere, Ducesque,
Tantum inter Nymphas fama pudorque tuus.

„ omnium) discurrerimus raræ invenientur, quæ cum hac nostra in omni probita- „ tis, ac virtutis genere vel certare possint, vel audeant. Est enim literis apprime „ erudita, ducitque magnæ loco voluptatis Sanctorum Virorum: sepositis rebus cete- „ ris: posse volumina lectitare, e quibus bene, ac beate vivendi præcepta avidissime „ percipit. Inde est, quod nequaquam otio ac malis artibus, (ut mulia solent „ Reginæ) se se corrumpendam dederit. Sed quod dictu mirabile est, factu au- „ tem ut mirabilius est, ita quoque est plurima laude dignissimum: in carne præter „ carnem assidue vivit, jejuniis vacans, & orationibus. Quid vero dicam de mira „ ejusdem Reginæ erga Dominum Deum, & ipsius Sanctos pietate? Hæc illa est „ Domina Violanta, quæ ut pientissima hortos suos amœnissimos pometisque consitos „ lætissimis, electissimisque, qui extra portam Urbis nostræ visuntur (cui portæ a fi- „ cis pinguibus nomen est inditum) dono dedit Divi Francisci Fratribus observan- „ tiam regularem: ut dicitur: vere observantibus, ubi ædes est spectanda, quippe „ quæ locis finitimis minime dicatur vivere. (u) Quid de ceteris ipsius Reginæ „ loquar virtutibus, et quod omnibus justa petentibus se se facilem & exorabilem „ præstiterit. Tum quanta semper alacritate, quod potuerit, Christi nomine Viris „ Religiosis, Monialibusque ac pauperibus aliis erogaverit? Hæc omnia non nobis „ modo, sed finitimis etiam sunt notissima (x)

„ Hac igitur, Præstantissimi Patres, Consorte sua Princeps olim hic noster „ nonne merito felix habebatur? Sed Fortuna, quæ numquam est (ut ille ait) „ perpetuo bona, tantis bonis invidet. Ipsum namque cum mala valetudine affecis- „ set, & pedum manuumque incauta est male medentis curatione ob vaticem dextri „ cruris ignaviter curatum debilem nostrum Principem ad extremum usque vitæ fi- „ nem reddidit. O fortunam magnipotentem! o Fatum ineluctabile? o dolendum, „ & lacrimabile Principis nostri casum! Sed ipse tamen, quamvis debilis, & prospe- „ ra esset valetudine privatus, non inerti tamen ocio torpebat; sed ut fortem dece- „ bat Principem quod adverso cecidisset casu, moderate ferens præter multorum o- „ pinionem summo cum studio ad dulces libros, litterasque, (cum non posset arma „ tractare) reversus est; atque etiam ornamentis nostræ Urbis frequenter vacans in- „ vigilavit, quam modo altis mænibus circumdabat; ut Cæsenam, quam olim sub „ jure Sacrosanctæ Matris Ecclesiæ esse prænoverat, Princeps stirpe carens juxta ver- „ bum Evangelicum de talentis cum additamento ipsi Ecclesiæ illam redderet or- „ natiorem. Constat enim Principem ipsum cum Pontifice Maximo Sixto IIII. (z) „ ali-

(u) Marmoreæ Inscriptiones extant apud Minores Observantes Reformatos pietatem, munificentiamque ipsius Violantæ testantes. Heic eas referre non vacat; sunt enim apud Script. Cæsenates.

(x) E vivis erepto Malatesta Novello Marito dulcissimo, & incomparabili Ferrariam contendit, & ibi Asceterium *Corporis Christi* religiose ingressa virtutibus plena, ac meritis cumulata e vita decessit anno 1493.

(z) Ut sententiarum, quæ in hac Orationis parte continentur, veram cognitionem assequamur ac Amanuensis indiligentiam, ne dicamus inscitiam, & audaciam manifestemus, paulisper immorari operæ est pretium. Nomen hoc *Sixti IIII.* diversa admodum manu, firmoque atramento se se in Codice scriptum ostendit ab ea, qua tota Oratio exarata est, palamque inspicienti patet, aliud eo loco nomen antea scriptum fuisse, quod quidem non dubito quin nomen fuerit *Pauli II.* Notum certe est, *Paulum II.* ab anno 1464. ad annum 1471 Pontificatum maximum tenuisse; nec *Sixtum IV.* nisi ipso anno 1471, quo *Paulus II.* defecit, Ecclesiæ præesse cæpisse. At Malatesta Novellus ex hac vita migravit anno 1465. Mense Novembris, ut ex hac Oratione & vita item Uberti, quam dedimus, & ex aliis Codicum hujus Bibliothecæ testimoniis liquet. Qui fieri igitur potuit ut Malatesta noster Legatos ad *Sixtum IV.* mitteret, cum aliquot ante annos ereptus sit, quam is ad Pontificatus apicem promoveretur? Primæva ergo lectio Codicis hoc loco fuit *cum Paulo II.* Facta subinde hac mutatione nil mirum, si scriptor alio in loco, Pauli nomine mutato, scribat *ipsius Sixti Pontificis insignia* in Foro depicta facta fuisse, cum nihil aliud fuisse putari debeat nisi Pauli II. Stemma, ac proinde vitiata admodum, & interpolata censenda sunt alia, quæ in hac ipsa Oratione postea occurrunt, scilicet *insigni glandifero*: *quercumque glandiferam*, quæ certe verba dicenda essent indicare Stemma Familiæ *Ruvereæ*

„ aliquot ante mensibus, quam ex hac luce discederet per Legatos egisse, ne hoc
„ sibi vitio unquam daretur, si aliter res (hoc autem propter Cerviam maritimum
„ oppidum *clanculum* (*) innuebatur) forsan evenisset, ut Princeps ipse Urbem suam,
„ dum viveret: cum nullam sobolem suscepisset: priusquam ab aliis occuparetur,
„ regendam haud cogeretur omittere. Cæsenates enim ad pristinum Ecclesiæ sta-
„ tum, hoc est ad libertatem Ecclesiasticam redire velle plories intellexerat, cunctisque
„ volentibus Venerandum Matris Ecclesiæ cum clavibus, ut par erat, Insigne; ad-
„ dito insuper ipsius Sixti Pontificis insigni glandifero præ Foribus regiæ Cellæ in
„ foro accuratissime pingendum curavit. Et quod dicendum sit, Princeps olim no-
„ ster obsequentissimus erat Apostolicæ Sedi, dum ne vivens modo expungeretur;
„ hinc fractum est: quod omnes dolent: Cæsenæ imperium, (a) quod factum non
„ esset, ut omnes existimant. Sed illud sequamur quod et verum est, non licere. ſ. os
„ in Cælum ponere omnibus (b). Admisit Princeps Malatesta quidem Ecclesiæ claves
„ *quercumque glandiferam:* hinc quanta ipsius Religio esset & fides, quantaque in
„ Cives omnes benevolentia, non obscure licet cognoscere. Nam cum Prole carens
„ Pontifici Maximo Cæsenam cum oppidis, locisque omnibus, quæ sua tenuerat di-
„ tione, lubenti restitueret animo, (dum viventi modo ne interciperetur regnum)
„ & saluti suæ prospicere Princeps noster, ac suorum comodis, & immunitatibus
„ recte consulere videbatur. Verum ad ipsius Principis opera redeamus. Superiori
„ igitur tempore, dum juste quidem: quod negari a sapientibus non potest: simul
„ & in pace regeret omnia, vacans assidue tum munimento, tum locorum suorum
„ ornamento, præcipueque Cæsenæ Metropoli; Ripas fluminis nostri, quod rapidum
„ quidem nec parum in Orbe nomen habet, Sapis operoso lapideo Ponte, qui mul-
„ tis protenditur arcubus cum ingenti omnium lætitia, liberoque omnium transitu
„ conjunxerat (c). Quanta insuper in pauperes, mendicosque miseratione teneretur in-
„ dicio omnibus esse potest Xenodochium illud, quod perquam pulchrum, perquam sum-
„ ptuosum in ultro citroque commeantium conspectu, mediaque in Urbe construxit mi-
„ sericordiosissimus ne, an liberalissimus in ambiguo est (d). Quod autem utrumque com-
„ plexus fuerit in aperto est. Quonam præterea doctissimus Princeps literarum, studio-
„ rumque ardentissimo afficeretur amore, quis nisi literarum prorsus expers, rudis-
„ que, & barbarus negaverit? Illos si qui sunt dementientes coarguit prorsus res
„ ipsa nequaquam in obscuro, sed patenti in lumine, celeberrimoque in loco Di-
„ vi Francisci: illos inquam, si qui sunt dementientes coarguit Bibliotheca illa:
„ illa Bibliotheca æternum opus, & immortali dignum memoria, quam Novellus
„ Malatesta Princeps ille: quo rectissime quidem gloriabimur: omnibus non solum
„ liberalium modo artium, sed etiam aliarum voluminibus speciosissimis refersit, & fa-
„ cundissimis. In qua quidem Bibliotheca videre licet, cum non sit nec luminis in-
„ digens, nec etiam inconspicui ordinis: nam facie sua tum ingredientes, tum le-
„ cti-

vereæ ex qua erat Sixtus IV., quod tamen Stemma Orationis Auctor designatum velle nullo modo potuit. Nonnulla etiam hae de caussa sua haud gaudent perspicuitate, imo vitiata, & confusa legenti ostenduntur.

(*a*) Ad marginem legitur: *scilicet propter Cerviam*; sæpe hac Oratione verba interlinearia, modo marginalia conspicimus; plurima vero ad paginarum ultimum spatium Amanuensis vitio, quod in caussa est, ut difficilius clarum perspectumque sensum assequatur.

(*b*) Eo loquendi genere Orator Auditorum eruditioni, sibique; non autem Lectorum intelligentiæ consuluit. Quæ autem mens ipsius fuerit ad Orationis calcem adnectam.

(c) Lapideum Pontem anno 1688. præcipiti aquarum impetu fuisse evulsum res est apud omnes pervulgata. Clemens vero XII. P. M. ob præstita a Joanne Baptista Braschio Archiep. Nisib. officia ingentem pecuniam contulit ad pontis reædificationem, misitque Ferdinandum Fugam Architectum, ut typum conficeret. Aliquot ante annos munificentius Petro Borbonio Architec. opus procurante est restitutus.

(*d*) Antequam Malatesta Novellus Xenodochium, de quo heic Orator loquitur, ædificaret, duo Cæsenæ, sed ea angusta admodum, & tenuia facultatum fuisse Xenodochia coostat ex Histor. Cæsen. Id vero, quod Malatesta construxit, magnifice his annis restitutum est curante Nobilissimo March. & Equite SS. Mauritii, & Lazari Pacinio.

(*) *Clanculum* subintelligitur *occupatum*.

„ ctitantes potest exhilarare: potest de librorum indicibus quidquid in ea, & ex ea
„ quæretur ostendere. (e) Videre, inquam, licet copiosissima in Bibliotheca complu-
„ ra volumina vel ab eruditis scripta, vel e græco versa in latinum nostri Principis
„ Novelli Malatestæ dedicata nomini meritissimo. Quid mirum cuiquam sanæ men-
„ tis viro hoc ulla ex parte videatur? Mirum illud magis videri debet, si in ma-
„ xima librorum copia nec unus quidem inveniretur, ubi de Principe ipso factum
„ penitus verbum esset. Quandoquidem eruditissimus Princeps eos omnes qui di-
„ serti ubique locorum, & haberentur, & essent, ut novistis, & honore, & libe-
„ ralitate prosequebatur ingenii (f). Me quoque minimum, ut ajunt, Apostolorum,
„ quia ipsius Principis in omnes liberalitas erat singularis, in aula & aluit, &
„ auctavit honorificentissime. Hoc autem a me ideo ponitur, ne a quoquam ingrati
„ pectoris reus merito arguerer. Si & Civis, & Cliens deditissimus Principis nostri
„ nullam haberem, neque agerem sacratis illius manibus gratiam, nihilque a tanta
„ munificentia prorsus ut inutilis, & abortivus acceptum referrem. Confluebant igi-
„ tur Cæsenam undique viri longe præstantes, & utriusque linguæ periti: alius li-
„ brum pedibus connexum, alius vero soluta volumen oratione afferentes, quos
„ ipse nequaquam sua liberalitate expertes redire patiebatur quoad scribendum; &
„ illi quum se laborum suorum mercedem consequi viderent alacriores redderentur:
„ & alii simili exemplo se imposterum sperarent consecuturos. Non enim ipsum la-
„ tebat Principem quam scilicet irritum & inutilem solent homines recusare labo-
„ rem, & penitus aspernari. Plura de hoc ipso dicenda etiam superessent, (g) sed ad
„ ejus opera redire lubet.

„ Quid, Amplissimi Patres, dicam de Divi Georgii Palatio, & Turri, & in-
„ choato, ut ajunt Castello, quod ad quintum ab Urbe lapidem laxamenti causa
„ ad piscandum, aucupandum, venandumque, & molliter quiescendum distabat, ubi
„ & catenæ Mediolanensis portæ a Malatesta ablatæ in Turri locatæ conspiciun-
„ tur. (h) Quid etiam de Monasterio Observantiæ Minorum Fratrum, ubi Reginæ
„ quondam Dominæ Violantæ amœnissimi fuerant horti cum cyparissis coniferis lo-
„ quar? Quod quidem Monasterium tum structura, tum religione Fratrum (pace
„ dixerim Urbium finitimarum) sin minus primo, at secundo loco comendatur a
„ plerisque omnibus. Quid de Arce incohata Urbi nostræ prædominanti? Quid de

T „ cæte-

(e) Ipsa in Bibliothecæ institutione pagellæ Pluteis affixæ fuerant indicem exprimentes Librorum, eæ parum accuratæ; postmodum utpote corosæ in Tabellis renovatæ a primis non absimiles; paucis ab hinc annis per me expurgatæ, ut Indicem Codicum non ita imperfectum exhibeant.

(f) *Se paragoneremo al nostro i secoli incolti, e barbari, ne' quali era ito in obblivione ogni sorta di litteratura, ci accorgeremo passar tra essi quella differenza, che tra cupa notte passa, e chiarissimo giorno.* Ita eruditus Hieronymus Tagliazuccus. Quamdiu tamen scientiarum Mæcenates extiterunt, qui studiosos, doctosque homines præmiis, honoribus honestarunt; tandiu nostria hisce Æmiliæ Civitatibus, locisque liberalium artium studia floruerunt. Sit ad omnium exemplar præclarum illud Augusti Imperatoris dictum, qui ne Virgilianum Ænejadum Poema combureretur, ut Poeta suo in Testamento edixerat, voluit, & cecinit.

Frangatur potius legum veneranda potestas,
Quam tot congestos noctesque diesque labores
Hauserit una dies.

(g) Plures Malatestæ Novelli jussu Codices conscripti in Bibliotheca, de qua agimus, reperiuntur, & quum Amanuenses mercede ad scribendum adducerentur, nimiamque in ipso opere festinationem adhiberent; ex nimio complendæ scriptionis desiderio, vel etiam exigua eorum in legendis exemplaribus dexteritate, vel ex ipsis exemplaribus non optimis multa in eos Bibliothecæ Codices menda irrepsisse, multisque, ut apparet, lacunis eos laborare, potest merito alicui suboriri suspicio. Igitur de eorum præstantia judicium proferre non audeo. Facta tamen SS. Patrum comparatione cum Editionibus Benedict. Scriptores plerumque usos fuisse optimis Exemplaribus sub dio mihi est.

(h) Pontis ad Mediolanensem portam, quæ et Vercellensis dicitur, siti catenas ferreas occasione prœlii habiti cum exercitu Philippi Ducis Mediolani, quem vicit, et profligavit, Pandulphus anno 1420 detractas appendit præfatæ Turri, Turrimque dicavit S. Georgio Martyri, cui peculiarem cultum adhibebat, & marmorea in ipsa opere anaglipho imago nunc quoque cernitur ejusdem Sancti, & ad basim Epitaphium Octostichum goticis characteribus, quod heic referre non præstat, cum cuique obvium sit.

„ cæterorum locorum, quæ ditioni suæ subjecta erant, munitionibus vobis exponam, „ & ornamentis! Quid de pulcherrimo illo Divæ Catharinæ Sacello dicam, ubi statuæ fabrefactæ, & ornatissimæ, vivique Divorum Divarumque in Marmore Pario „ vultus conspiciuntur? Cui tamen operi Princeps noster Malatesta Novellus summam manum imponere non potuit morte præventus. O mœstum: O acrem diem: „ O Principis nostri lacrimabilem obitum, & assiduis lacrymis prosequendum! Nam „ heu! heu! tam cito nobis inopinantibus e medio vitæ cursu ereptus est.

„ Sed lacrymas quæso abstergamus ne tanta hominum multitudo, puerique, & „ mœstæ longo ordine Matres plangorem, & ejulatum tollant ad æthera. Itaque luctus acerbi Reginæ nostræ miserrimo in tempore renoventur, quæ lucem odio „ habens in tenebris mœstissima versatur, & lacrymis. Satius namque est hoc ipsum „ diligenter inspicere, ne tam Principis olim nostri casum, obitumque, quam incommodum nostrum, gemitu, singultu, plangore deflere videamur. Non enim Domino Malatestæ Novello aliquid mali accidit, qui de tot discriminibus, quot ægris mortalibus diu noctuque imminent, ac de mundi laqueis exemptus est, cumque „ a labore ad requiem, a dolore ad lætitiam, a morte ad vitam Princeps olim noster profectus est, & illuc unde venerat rediit, rerum a se bene gestarum ac virtutum suarum præmia consecuturus. (i) Hæc profecto quam nos vitam ducimus, „ sibi in tot corporis cruciatibus, doloribusque assiduis, vel quovis mortis genere „ pejor videbatur, & erat. Et audacter hoc dixerim, sibi, quod viveret duas tantum fuisse caussas; unam, ut quam plurima nominis sui monumenta relinquerer; „ aliam vero, ut suavissimo & valde mellifluo Consortis suæ colloquio in molestiis „ affluentibus ipse oblectaretur: a quo ipsa Domina Violanta bene sibi redolente „ quidem corpore, non autem animo, quum discederet, graviter molesteque supra „ omnium opinionem (quanta enim vis est veri amoris) tulisse creditum est. Verum Principem ipsum postquam ad supernas reverterit sedes consolari his versibus „ non tamen a me compositis charissimam sibi conjugem existimamus. Sunt enim „ Uxoris ad Maritum versus consolatorii. Nunc vero Mariti ad Uxorem verba esse „ putamus.

„ Parce tuam Conjux fletu quassare juventam;
„ Fataque mœrendo sollicitare mea.
„ Nil prosunt lacrymæ, nec possunt fata moveri.
„ Viximus: Hic omnes exitus unus habet.
„ Parce, ita non umquam similem experiare dolorem,
„ Et faveant votis Numina cuncta tuis.
„ Quodque mihi eripuit Mors immatura juventæ (l)
„ Id tibi victuræ proroget ulterius.
„ Quum sapias Conjux portum pete diva salutis
„ Vivat, & assidue mens tua pura Deo.

„ Cæterum pro ipso Principe hoc Epitaphium (si tamen vobis ita visum fuerit) sepulcro ejus insculpendum compositum est.

„ Conditur heic heu! heu! Princeps Malatesta Novellus,
„ Mors oh! *debuerat* abstinuisse manus.
„ Pallados hic vere fuit, & Mavortis alumnus:
„ Hujus erat Latio maxima fama Ducis,
„ Nec minus hic postquam est augusta sede receptus
„ Inter & Heroas Fama benigna viget.

„ Quæ

(i) *Quid ergo cum terra illi, qui possident Cœlum? Quid ille cum humanis, qui jam adeptus est divina, nisi forte placent gemitus, eliguntur labores, amantur pericula, pessima mors delectat, & illata mala bonis sunt gratiora collatis.* S. Petrus Chrysol. de terrenarum rerum cura despicienda ser. 23.

(l) Vitæ suæ annos 44. non excessit. Chron. MS. Cæsenæ fol. 255.

debuerat Amanuensis error. Mortem Poeta alloquitur: legendum videtur *debueras*.

„ Quæ omnia superius exposita quamvis ita fuerint, nobis tamen Colendissimi „ Patres, Sapientissimi Cives gaudendum puto. Nam Omnipotenti rerum omnium „ Creatori Deo gratias agere debemus immortales; quoniam lætitiæ tempus advenerit, atque sol misericordiæ super nos effulserit. Merito igitur sub Ecclesiastica „ libertate nunc psallemus lætantibus omnes animis Spiritus Sancti adjuvante Cythareda. Lauda nunc Cæsena Dominum, lauda Ducem, & Pastorem: Quoniam confortavit seras portarum tuarum, benedixit filiis tuis in te. Qui posuit fines tuos „ pacem, & adipe frumenti satiat te, & quæ sequuntur reliqua. Nam quum nos „ Principis hujus obitu mœstos, & desolatos Beatissimus Dominus noster *Paulus secundus* (m) divina Providentia Pontifex Maximus esse cognosceret, audiretque Cæsenates tamquam milites amisso Duce hostilem formidare incursum, in clientelam „ Sanctitatis suæ nos respiciens, sub umbra alarum suarum protegere dignatus est. „ (n) Si pro nobis igitur Deus est, cujusnam hostilitatis arma timeamus? Quanta „ autem Sanctissimus Dominus noster Civitatem Cæsenæ benevolentia complectatur, „ nemo est omnium, qui nesciat, qui non videat, qui non glorietur. O immensam Domini nostri Clementiam! O rem numquam oblivioni mandandam! O maximum, et immortale beneficium! Quoniam ipsius Sanctitas carissimum pignus „ Reverendissimum. ſ. Dominum Thesaurarium generalem nobis ostenderit, crediderit; Gubernatorem nobis præfecerit, cujus quidem adeo magna est, & singularis humanitas, ut neminem aspernetur, sed omnibus Dominationem suam adeuntibus se semper præstet affabilem. Illud vero spectatissimi Patres, quanti æstimaverimus, quanti, inquam, illud æstimaverimus spectatissimi Patres? Quod Reverendissimus Dominus Gubernator noster nec prece, nec pretio umquam a recto „ justitiæ tramite depelli potuit: nec se a sententia, & æquitate in futurum, & „ umquam vel ira, vel amicitia depulsum iri, Deum hominesque testatur; non sibi, si in pretium Campania tota daretur. Quo quid gratius? quid optabilius? quid „ denique melius subditis esse possit haud facile dixerim? Quid? Quod idem hoc „ ipsum non minus Dominis Gubernatoribus putatur esse utile. Hinc etenim fides, „ hinc honor, hinc obedientia, & amor, & quamplurima oriuntur bona, & iis qui „ imperant, & qui obtemperant, profutura. (o) O quam bene igitur se se res haberent humanæ, si Dominantium omnium pectoribus, hoc scilicet salubrem velle „ justitiam servare, fixum esset, & immobile? Sicuti Reverendissimo Domino Gubernatori nostro certum esse, & constans plurimis licet argumentis deprehendere. „ Verum de laudibus Dominationis suæ alias dabitur annuente Deo Omnipotenti dicendi locus.

„ Reliquum est Reverendissime Domine Gubernator noster, & Thesaurarie generalis dignissime, ut Cæsenam patriam Apostolicæ Sedi deditissimam, Templaque „ & loca omnia, Cæsenatesque omnes cum bonis, & facultatibus suis supplex, humilisque Dominationi vestræ commendem, quam Omnipotens Deus ad vota se-

T 2 „ cun-

(m) Quæ umquam corruptorem illarum vocum *cum Sixto IV.* cœpit inscitia, uti observavimus not. lit. z. Constans saltem ut esset, oporteret in his vocibus delendis *Paulus secundus*; ne apertam nimis proderet suam indiligentiam.

Scipiadas, Decios, Curios non omne Camillos
Tempus, nec invicti Sæcla Catonis babet.
Sic Paulo similem nulla umquam viderat ætas.
Hæc igitur Paulus Sæcla beata facit.

Ita Franciscus Lupi illius ævi Poeta in Cod. MS. ejusdem Malat. Biblioth. non tamen in Pluteis existente. Multa in laudem sunt illius Pontificis, quæ si ad Eminentiss. Cardinalis Quirini manus pervenissent habita fuissent in pretio, atque in unum collecta.

(n) *Quæ tunc evidentius præmiuet, quando peccator sanctificatur, & abjectus erigitur.* S. Leo Magnus in octava suæ consecrationis Hom. p. de regimine Ecclesiæ.

(o) *Ut Magistratibus leges, ita populo præsunt Magistratus; vereque dici potest Magistratum esse legem loquentem: legem autem mutum Magistratum.* Cic. de legibus lib. 3.... *Imperium babere vis magnum impera tibi.* Senec. sententia 127

........cui Pudor justitiæ soror
Incorrupta Fides, nudaque Veritas
Quando ullum invenient parem?
Horat. lib. 1. Od. XXIV.

„ cundet, cui sit laus, honor, & gloria per infinita sæcula sæculorum. Amen (p)
DEO GRATIAS.

Hac Oratione recitata summam Auctor laudem consecutus est. Et vero, etsi nævis ea non careat, suum tamen his etiam temporibus pretium apud non minus morosos lectores habitura videtur.

Nunc ut re præstem, quod pollicitus sum Not. lit. b. pag. 144, scire fas est Pium II., cui Malatesta Novellus obluctabatur post multas contentiones, has pacis conditiones ei edixisse. *Dominicus, si peccati veniam petierit, si Ravennati Ecclesiæ, & Sarsinensi bona, quæ abstulit, restituerit; si Oppida, quæ ab Ecclesia capta ad eum defecere, rursum in potestate Ecclesiæ dederit, si Censum Apostolicæ Cameræ debitum dissolverit, si caverit, ut sine liberis masculis legitimisque decedente Cæsena, Bretinorium, Meldola, & alia, quæ possidet Oppida ad imperium Ecclesiæ redeant; si deinceps fidelem Vassallum se promiserit, pacem habeto.*

Placuere leges; in eo tantum difficultas orta, quo pacto caveri posset post obitum Dominici, ne Civitates ejus in alias manus, quam Ecclesiæ pervenirent. Digna res videbatur: de modo erat contentio. Pontifex in eam rem juramenta Civium requirebat, quibus se obbligarent deficiente sine Liberis Dominico, nullius imperium, præter quam Romani Pontificis admissuros. Comment. lib. 15. fol. 298.

Post hæc Novellus suo ne ipse ingenio, an verius fraudes subdoli, atque invidi Fratris sui Sigismundi a persolvendo Romanæ Ecclesiæ censu cum ipso aliquando abstinuerit, rem multi vetiunt in dubium; bona vero armorum vi, ac bellica arte modo Ravennatibus, Sarsinatibus modo, aliisque, quæ Ecclesiæ erant, eum abstulisse, nemo est qui nesciat. Quo autem consilio, quove animo ea fuerit executus, & Pius II. in laud. Commen., & Orator ipse hac in Oratione demonstrant. Summus Pontifex inquit *Placuere leges; de modo erit contentio*, quo sub fascibus Ecclesiæ tuto, & tranquille post ejus mortem Cæsena vivere posset, ne infensissimis ab inimicis adduceretur in discrimen. En Malatestæ Novelli obedientia, & obsequium erga Romanam Ecclesiam. Orator vero ostendit, Principem servi illius instar (de quo Parabola evangelica de talentis) Cæsenam ornatiorem reddidisse, & publice, ut gentilitia Insignia Summi Pontificis cum clavibus gloriose ante sui mortem erigerentur voluisse; insuper per Legatos Paulum II. adiisse ad rem firmandam præcipue propter Cerviam maritimum Oppidum, quod a multis expetiri prænoverat; & ut si forte de solvendo Censu datam non servavit fidem, magnis tamen eum sumptibus exornasse Civitatem, illustrasse Bibliothecam, nec non alia ditioni suæ subjecta oppedia beneficiis affecisse, & pietatis erga pupillos, egenos, infirmos eximia reliquisse exempla, nemo est qui ignoret. Hinc Orator prudenter scripsit *Non licere os in Cælum ponere omnibus*; nec futurum esse imperii finem apud Cæsenates, ut omnes credebant.

Mea non interest illius Principis suscipere caussam. Quot obsequii sui, observantiæ, fidei erga Sacrosanctam Romanam Ecclesiam pignora dederit ad optimam ejus indolem plenius dignoscendam Capuani noverunt, dum Pontificis exercitus Dux constitutus Capuam ab Alphonsi primi Regis Aragonii armis obsessam liberavit; novit et Franciscus Sfortia, cui opitulatus est pro recuperandis Ecclesiæ Civitatibus; Noverunt... Ast vindicias optimi illius Principis heic non aggredior. Isthæc omnia eo pertinent, ut magnam fuisse ipsius religionem & fidem erga Romanam Ecclesiam ostendant.

Antequam de Francisco Ubetti dicere desinam, juvat hoc loco Cassandræ Fidelis ad ipsum datam inserere Epistolam, quam nondum in lucem prodiisse arbitror, eamque inter Opera ipsius Ubetti descripta primo in Codice MS. hujus Catalogi existentem indicavi, Titulus est,

CAS-

(p) Finem Orationis suæ illis imposuisse verbis nemo mirabitur, cum apud aliquos tunc temporis moris esset. Sæc. namque XV. passim latinæ occurrunt sacræ, & funebres Orationes, quæ hac clauduntur formula. *Ad quam nos perducat Jesus Maria Filius, qui cum Patre, & Spiritu Sancto vivit, & regnat in sæcula sæculorum. Amen. Deo gratias.* Vide Patrem Philippum Diez Tom. I. pag. 10. Tom. II. pag. 414 in opere inscripto *Apparatus Concionum*.

CASSANDRA FIDELIS

FRANCISCO UBERTO ORATORI

AC POETÆ DIGNISSIMO

S. P. D.

„ SI litteris, Vir humanissime, tibi enarrare possem, quantum gaudii tua carmina non modo doctrinam, sed omnem antiquitatem redolentia attulerunt: quo nihil eruditius, jucundius, atque gratius mihi obtigisse potuisset: jam diu meis tibi innotuisset. Ex his enim tui solertis ingenii dexteritatem atque actimoniam facile perspexi. Nam non modo facundia, & phrasi te plurimum pollere præ omnibus viventibus conjeci, sed dilucida oratione, & sententiarum gravitate, quæ peculiariter verbis quadrant, cæteros excellere aperte cognovi. Ex quo datur intelligi, omnes anfractus & præcipitia linguæ latinæ tibi obvia esse. Hoc autem non minus Præceptoris mei Flaminii: a quo quidquid in me est & doctrinæ, & bonarum literarum pendet: oratorum, vel vatum celeberrimi perenni consuetudine tibi conjunctissimi, tuasque egregias animi dotes ac ingenuos mores assidua ornataque oratio significavit, quam tuum facundissimum Carmen declaravit; quod ad te amandum, colendum, observandumque me pellexit, compulit, atque coegit. Ea itaque sum in te honesta accensa benevolentia, ut me tibi amicior quisquam non reperiatur, uno excepto Flaminio tuo facundissimo; eo magis cum te ad exiguas meas laudes celebrandas accinctum, ac paratum esse ex tuis Epigrammatis, & ex ipso Flaminio disertissimo perceperim, cujus antea doctrinam admirabar. Nunc autem lecto tuo Epigrammate nulla afficior admiratione, quum ex perenni ac limpido fonte dilucidas aquas hauxeris. Quare non Flaminii causa, qui tibi est charissimus, sed amicitiæ nomine te oro, qua plurimum apud te posse confido, ut meæ laudes tibi curæ sint. Vale. Præceptorem meum, meos, meque comendatos habeto. Postremo magnifico, ac generoso Equiti Polydoro: &c. quum superioribus diebus Archiepiscopi Ravennatis legationis munere fungeretur, me sua præstanti præsentia honestandam, decorandamque haud dubitavit. Cui Flaminium, meos, meque comendabis. Iterum Vale litteratum ornamentum. Venetiis Octavo Idus Januarias a prima elementorum concordia Olimpiade. I.CCCC.LXXX.VIIII. (a)



PLU-

(a) Celebris hæc Cassandra alias inter fæminas, quæ Sæc. XV. vigebant fama, græcis, latinisque litteris exculta, talem, ac tantam sibi omnium comparavit laudem, & admirationem, ut percrebrescente ubique illustri ejus nomine non solum Christianissimus Aloysius XII. Galliarum Rex, & Hispaniarum Regina, ad quam se conferre statuerat, (ut conjicimus ex ejus Epist. XI. XII., & seimus, bortatam fuisse ab Augurello Poeta lib. 2. Od. XI. *Ad Cassandram Fidelem Venetam, ut se ad Hispaniarum Reginam libenter conferat.*) verum Leo Decimus P. M. & eam videre, & penes se habere expetiverint.

PLUTEI I. IN CODICE NUM. X.

DARII TIBERTI CÆSEN. POETÆ

CARMINA (a)

POETA. HORTATUR. LIBELLUM. SUUM. UT. EXEAT. IN. PUBLICUM.

„ Quid tam tu fegnis verecunde libelle vereris
„ Prodire in medium? verbaque facra loqui?
„ Quid referam? inquis: tamque ergo cum pectine Clio
„ Crâffa eft atque humilis, necque Helicona fapit?
„ Eja age: fed quid adeft hic excellentius ufquam?
„ Quod quoque fubjectum dignius effe poteft?
„ Quam reverenter Herum colere, et cogitare tonantem
„ Quam Jove cum Mundi fari etiam Artifice?
„ Quem Latii, Danaiquè colunt recutitaque proles
„ Credit: genfque omnis, quem tenet effe Deum.
„ Cujus et omnipotens majeftas nominis ornat
„ Carmina, quæ tua nunc non fine laude finet,
„ Ne revereare igitur Deus eft tibi limes, et index
„ Aufpice Jefu; exi care libelle foras.

Poeta nunc libellum inftruit fuum, quo fe conferat prius reverenter.

„ Quum primum exieris: poftquam prodire decens eft
„ Parve libelle tui Vatis abire domo,
„ Reginam Elifaben Feretram Principis almam
„ Conforterm fupplex fac reverenter eas.
„ Ob cui mentis opes; animi: vitæque nitorem:
„ Ob fidei cultum rite dicatus ades.
„ Tum genibus flexis primo fatearis honorem
„ Regia Nimpha nitens; poft ea dic: valeas,
„ Hocque refer: Regina tene? me perlege crebro,
„ Si fieri quæris femper amica Deo.



AD

(a) Sicuti a Scriptore hæc Carmina; & quæ fequuntur fuere exarata; ita minutatim exfcribimus. Quæcumque haud placuerint, & clarifs. Poætæ haud refponderint, non ipfi, nec mihi vitio dent lectores, fed Amanuenfi.

AD DIVAM HELISABEN MONFELTRIAM
ILLUSTRISSIMAM URBINATUM REGINAM. (a)

DARII TIBERTI POETÆ DEDICATIO DEPRECATIONUM SUARUM

„ IMperialis Hera Helisabe Monfeltria salve
„ Ex Gonzagheo nata puella trono
„ Et quamquam nostris crebro venerata libellis:
„ Digna coli es potius Pieridum Citharis
„ Sis modo salva tuo cum principe, sisque triumphans
„ Ad Pilii atque Hecubes sospes Olimpiadas
„ Ut Sarræ excedas hyemes: fœtusque Rebecchæ:
„ Cara viro sic sis: ut fuit alma Rachel.
„ Grata Jovi pariter: te qui virtutibus auxit:
„ Unus ut ætatis flos videare tuæ.
„ In virtute quidem jam magnificentius est nil:
„ Quam servire Deo: quamque timere Deum.
„ Propterea nulla est tibi jam castissima compar
„ Religione: fide: moribus: atque opere.
„ Sic tu Sancta Deum devote templa frequentas:
„ Aras Hethiopum nobilitas opibus
„ Atque Deum crebro precibus reverenter adorans
„ Orbis pro quiete nocte dieque rogas.
„ Nonne etiam feria semper tantumodo sexta?
„ Dant alimenta tibi Thetis, et alma Ceres?
„ In quarta altilium, carnisque obsonia spernens
„ Jejunas sola Religionis ope.
„ Virginis inque die non uteris Archimagiro:
„ Quum segetum gaudes munere e fontis ope.
„ Sabbata cum Cerere et Themete sine viribus ignes (b)
„ Sanctificas tua sunt cetera digna cani

„ Unde

(a) Elisabeth Federici I. Mantuæ Marchionis Filia, (quam historicus Campana in illius antiquissimæ, ac nobilissimæ Familiæ Gonzagheorum Schemate genealogico Isabellam etiam, & Elisam appellat) Guidobaldo I. Duci Urbini nupta fuit. De his nuptiis certum habemus testimonium in Oratione Christophori Odassi e Martinengo, qui vicus est in Bergomensi agro, cujua Orationis est titulus: *In funere illustrissimi Principis Guidobaldi Ducis Urbini*, hæc præ ceteris in ea leguntur. *Septimum decimum ætatis annum aderat, quum ejus virtutum fama compulsus Franciscus Gonzaga Mantuæ Princeps hunc unum elegit, cui Elisabeth sororem dilectissimam matrimonia copularet.* Eruditissimus Cardinalis Bembus eleganti suo libro de Guidobaldi, & Elisabeth laudibus hanc inseruit Orationem. Vide Facciol. Fast. Gymnasii Patav. P. II. pag. 89. Numisma præclarum ipsius Elisabeth, missis aliis laudum suarum testimoniis, heic referam ab erudito Reposati evulgatum (zecch. di Gubbio Tom. 2. pag. 96.)

ELISABET GONZAGA
FELTRIA. DUCISS. URBINI

Hæc anno 1508 marito viduata, etsi ineundarum secundarum nuptiarum occasio ei oblata fuisset cum clarissimis, ditissimisque Principibus, nihilominus optimam elegit partem, ut se totam Deo ad ultimum usque suæ vitæ diem sancte dicaret.

(b) Non ut Codex legit *Themete*, sed *Thetide* legendum. *Themis* namque (ex qua tamen *Themide*, non *Themete*), ut unicuique est nntum, Dea erat Sapientiæ; hæc autem aquarum apud Poetas; quod præ oculis habuit Poeta, ut ostenderet in jejuniis pane, & aqua contentam fuisse, ut nec ignes accenderentur, atque sine viribus essent.

„ Uode pios mores pariter booa gesta nimisque
„ Moofeltræ appares esse secuta domus.
„ Ut fuit illa Dei fervens Violaota Sacerdos: (c)
„ Cujus vita palam religiosa patet.
„ O rem fastorum digoam cum laude relatu
„ Ejus si cultus, si sacra facta canam
„ Baptistamque refers est quæ pia Sfortia proles (d)
„ Affuit, et geoetrix principis alma tui.
„ Quæ precibus semper vigilans decorare tonantem
„ Contiouis operam laudibus ipsa dabat
„ Atque etiam hospitium viduis; portusque misellis
„ Pauperibus: fautrix omnibus auxilium.
„ Et modo templa petens modo Xenodochia sæpe
„ Post oullum posuit jam pietatis opus.
„ Noo etiam se post similes liquit sibi natas?
„ Quæ ore Deum semper, cordeque magnificant
„ Quarum si mores; vel saoctaque facta referre
„ Ipse velim, Lux hæc jam neque sufficeret
„ Inter Picentes fælix Senogalia gaude (e)
„ Quam servam in Dominam magoipotentis habet

„ Ipsa

(c) Quæ, et quanta fuerit Violantæ Filiæ Guidonis Urbini, & Montfeltriæ tunc tantum Comitis pietas, atque præstantia, ex Oratione a Francisco Uberti in morte Principis Malatestæ Novelli, cujus ab anno 1440 Uxor erat, elucubrata, & superius a nobis evulgata, omnibus perspicuum est. Cum itaque Elisabeth ex Gonzagæo throno nata virtute, religione, morumque integritate effulgeret, secuta est Monseltriam domum, cujus præcipua laus erat præstantium Filiorum, Filiarumque progeniem obtinuisse, de quibus Poeta *Baptistamque*.

(d) Federicus Urbini Dux, quo cum esset nupta Alexandri Sfortiæ Pisauri Domini Filia Baptista appellata Guidobaldum fœcundo conjugio Filium obtinuit, cui ob ejus nominis celebritatem Elisabeth io matrimonium fuit conjuncta. Baptista Patruum habuit Franciscum Sfortiam, qui cum priscis illis Cæsaribus magnitudine rerum in Italia gestarum comparari possit; Mater ejus. Constantia Verana laudatissimi nominis fæmina; litteratura plus celebrata, quam nobilitate, oratione, & versu Viris ejus temporis probatissimis comparata. Orationem habemus elegantem ita inscriptam. *Joannis Antonii Campani funebris Oratio pro Baptista Sfortia Urbini Comitissa, ac Principe Illustrissima*. Is jussu Sixti Quarti Pontificis Maximi Urbinum profectus est, non ut solum illustri, magnoque militum comitatu pompæ funereæ interesset Baptistæ Sfortiæ Federici uxoris, sed etiam, ut Orationem haberet, de qua in epistola ad Salviatum data fatetur, *habitam fuisse non qualem expetebant clarissimæ fæminæ amplissima merita; sed qualem in tantis occupationibus, & tam turbulentis potuimus.* Orator ad Orationis finem ita alloquitur Principem Federicum, ejusque Filium, Filiasque. *Reliquit tibi Filium, ne sine regni successore decederes; peperit puellas octo, ut filii imperium id quod jam cæpisti, finitimorum Principum affinitatibus confirmares. Vos autem Filiæ hoc præcipuum, & singulare munus relictum habetis a Matre, ut quum Patrem habeatis unicum Imperatorem militia nostri Sæculi Victorem bellorum nunquam victum, expugnatorem rerum inexpugnabilium nunquam expugnatum, tot innumerabilibus victoriis clarum, virtutibus omnibus qua desiderari non solum in maximo Principe, sed etiam in optimo, atque Sanctissimo eminentissime præditum; non minus tamen gloriari possitis Matris memoria, quam Patris.*

Callii anno salutis MCCCCLXXVI. Kal. Mart.

Addam, quæ metrice edita sunt ad Servii Honorati grammatici præcellentissimi libellos duos *de ultimarum sillabarum natura, & de centum metrorum generibus*, quos emendavit Laurentius Abstemius Maceratensis

„ Servius hæc fecit: Maceratæ Abstemius ortus
„ Correxit: monitis Octaviane tuis.
„ Cum Bernardino Celli impressore Rubertus
„ Pacifico Sixti tempore Pontificis.
„ Tunc Dux Urbini Federicus signa gerebat
„ Ecclesiæ: tanto quæ fuit aucta Duce.

Guidobaldus ejus Filius sine liberis Forosempronii e vita decessit anno 1508. 11. Aprilis, ejusque vitam scripserunt doctissimi viri Cardinalis Bembus, & Comes Balthassar Castellio. sua in epistola inseruit data ad Angliæ Regem, quæ legitur in ultima editione Vulpi: Patavii. pag. 577.

(e) Joanna una ex ejusdem Federici Filiabus, & Guidobaldi Sororibus, Joanni e Ruverea, amplissima Familia, Senogaliæ Domino in matrimonium copulata Franciscum genuit, qui deinde a Guidobaldo Avunculo sun testamento in Filium adoptatus omnem ejus ditionem, atque dominium hæreditario jure est adeptus.

„ Ipſa ſacros ritus: ipſa & ſacra verba: ſacraſque
„ Laudes: atque preces deſuper omne colit.
„ Pauperiem miſerata pie: quoſcumque benigna
„ Fronte Jovis ſemper mitis amore fovet.
„ Eſt alia excellens ab eadem virga parente
„ Orta. Columnenſis prima corona Throni (f)
„ Cujus (ſi ſtudium) ſi cultus: ſi quoque vitam
„ Si ſacros mores ſi pietatis opes:
„ Fas fuerit modico perſtringier oris hiatu:
„ Nempe poteſt magno quiſque ſtupore capi:
„ Tertia natarum tanta e Genitrice Salerni (g)
„ Auxit precelſas relligione nurus.
„ Iſta pudore prius pietate, & cultibus almis
„ Floruit atque probis affuit auxilio:
„ Fautriceſque manus ſemper porrexit egenis
„ Virginibus: ſibi ſic ſtruxit ad aſtra viam.
„ Et quia flos quartus divini ſtipitis hujus
„ Me vocat hic faxim dulciter ipſe modum. (h)
„ Qui flos enituit ceu lampas: ceuque piropus
„ Lumine quum vitæ: lumine cum fidei
„ Et velut Andromache talamos virtute referſit
„ Hectoreos. certe hæc ſic Malateſtigenas:
„ Sicque filippenſem illuſtravit Olympia tedam:
„ Sed fuit hac longe moribus inferior
„ Hæc poſt fata viri mundum faſtuſque peroſa
„ Calcavit gemmas, & bona cuncta ſoli:
„ Ut poſt mortales thalamos æterna pararet
„ Conjugia in Cælis: & ſine labe thorum.
„ Sic mox ſe claudens in claræ martyris ædem
„ Cujus amore: ejus nomine ſe excoluit.
„ Nam prius Heliſabe ſed honoris nomine cauſa
„ Nomen erat: modo ſed Clara vocatur enim.
„ Non precibus: lachrymis non nocte dieque labori
„ Parcit, & aſſiduis fletibus ora rigat
„ Ut ſibi conciliet Dominum: quem ſemper adorans
„ Pro humani generis rite ſalute rogat.
„ Si bona cuncta velim ſacit hæc quæ ancilla Dei nunc
„ Promere: nec calamus; mens neque ſufficeret
„ Ad decus & Chriſti, & claræ bis milia quinque
„ Numorum dedit ad martyris ædis opem.

V „ Sic-

(f) Altera Guidobaldi ſoror Agnes nuncupata Fabritio Columnæ nuptum data, Principis illius Familiæ, & preclariſſimæ Throni corona a Poeta ipſo vocatur.

(g) Tertium a Montfeltria radice pullulatum germen Conſtantia erat, quæ Domini Antonelli Sanſeverini Salerni Principis Uxor fuit, ejus laudes præcipue extant in vita Federici Ducis a Mutio Urbinate conſcripta, & edita anno 1605. Venetiis.

(h) Flos divini ferme illius ſtipitis quartus variis virtutum coloribus ornatus eſt Eliſabeth ſoror & ipſa Guidobaldi. Hæc piiſſimo, & virtutibus ornato Principi Arimini Roberto Malateſtæ nupſit; cumque Maritus ei cariſſimus migraſset e vita in arce dilectæ patriæ meæ S. Arcangeli Eliſabeth nomine in Claram mutato, & Urbini Monaſterium S. Claræ conſtruxit, habitumque illius Ordinis ſuſcepit, & domum illam facultatibus, quæ ipſi erant, munificentiſſime ditavit. De hac præſtanti Fæmina Clementinus Ariminen. Hiſtoricus lib. 14., & præcipue Baldus Urbinas lib. cui titulus *Memorie concernenti la Città di Urbino* recenter edito Romæ anno 1734. De his præclariſſimis Fæminis ſcribunt etiam Gallus Urbinas, Mutius, aliique.

„ Sic quæ mollier Helifabe Monfeltria fic funt
„ Omnia cui parent in Jubar artificis:
„ Hæc laudi tibi funt: aderunt poft fata faluti:
„ Atque tuus femper Chriftus amator erit
„ Quum plerumqne vaces divinis cultibus atque
deeft Pentameter
„ Tanta fuit quondam majeftas dedita facris
„ Cultibus: & fuperis tantus amatus honos:
„ Principia ut traherent fælicius omnia rerum
„ Magnarum a fuperis cum prece Numinibus.
„ Aft ego virtutum copiens, & flectere Regem
„ Ejus virginea cum genitrice fimul:
„ Æternæ indignus fum majeftatis inepte
„ Tangere fulgorem debilibufque modis
„ Ad te devenio Helifabe fpetiofa virago
„ Cunctarum fpecimen: perpetuumque jubar
„ Afpectu cujus virtutes undique crefcunt
„ Et vitia aufugiunt, & pudor omnis ovat:
„ Ergo tuæ mentis: quum fit pretiofa fupellex
„ Et fis grata Orbi gratior atque Deo.
„ Et quoniam nobis a Numine Rege Deoqne
„ Incipere eft animus: pofcereque & veniam
„ Et laudare Deum: mihi quam reverentius eft fas:
„ Ad decus et Matris quærere præfidium.
„ Propterea voco te: quæ cuncta a nomine Jefu
„ Virginis atque pie conficienda putas:
„ Ut bonitate tua Regis dignetur Olympi
„ Huic operi et femper gratia adeffe mihi.
„ Relligiofa places fuperis mortalibus: ut Sol
„ Chatolicis radias ritibus ipfa tuis
„ Unde mihi et precibus placem pia numina fis Dux
„ Ut mea nunc fiant Carmina grata Jovi.
„ Quando aliquid fuerat pofcendum a numine femper
„ Relligio prifcis maxima cura fuit.
„ Ut ftata, vel fierent ceremoniæ, & atria rite
„ Lucerent ritu quo meliore foret
„ Mifit ad etrufcos bis quinos Roma quot annis (i)
„ Rite ut perciperent facra minifteria
„ Et Calcitanam quæfivit ab Urbe Velina
„ Ut Cererem poffet conciliare tibi.
„ Ifta Calabrorum putri circundata ftagno
„ Urbs erat, & facris moribus apta tamen.
„ Induperatores rerum quia fæpe potiti
„ Effent, ne penitus muneris immemores:

„ Et

(*i*) Solemne prifcis Romanis fuifse non folum in fellæ curulis, & togæ ufum Etrufcos imitari, verum etiam Viros ad eos mittere percipiendæ facrorum difciplinæ gratia, nemini dubium eft. Cicero lib. 1. Divinitat. fcribit eos fex tantum fuifse, non decem, ut narrat Darius Poeta; non *quotannis*, fed *femel* tantum Cellarius lib., cui titulus *Antiquitates Romanæ cum locis*, Choevel Gallus a Simeone traductus, aliique tradunt. Romanos vero modo ut Cererem placarent in urbe Velina, a qua lacus Velinus dictus eft, *Calcitanam*, vel ut alii dicebant *Caliphenam* Cereris miniftram quæfivifse; modo poft partas victorias profectos fuifse in Peffinuntem montem, ut vota folverent Cibeli matri Jovis, omniumque Deorum, quæ Dea Peffinuntia fuit appellata.

„ Et pessunuantem Cibeli persolvere grates
„ Progressi: ut possent cultibus arte sacris
„ Postumium monuit gestorum bella Merellus
„ Pergeret in Pœnos ne fine Martis ope
„ Arma nec arriperet sacris nisi rite peractis
„ Tanta erat in cultu publica Relligio:
„ Postumius tunc Consul erat: summusque Metellus
„ Antistes cui tunc certe erat omnis honos:
„ Sacrorum fuit obsequium ingens Gracche Tiberi
„ Te quando fasces deposuisse ferunt.
„ Sed fuit hoc majus. Figulus Nasicaque abacti:
„ Consulis offitio: quando fuere rei
„ Non ne etiam duo bis Cornelius: atque Cetegus
„ Cælius bis consors Claudius atque simul:
„ Extaparum propter tunc sacris rite peracta
„ Aris ejecti flaminis Imperio
„ E capite est quia apex lapsus Sulpitius olim
„ Inter sacra Jovis pulsus ab æde fuit.
„ Soricis occentu Fabius sic Maximus aris
„ Ejectus: tantum iis Relligionis erat: (l)
„ Quid vetera insinuam? nostro nam sanctius ævo
„ Vivitur ex minimo fit quoque quisque reus:
„ Quidquid & incipimus fit Christi nomine semper
„ Et Mariæ matris Virginis auspitio.
„ Et licet antiquis magna esset cura sacrorum
„ Portenta, & casus, fulgura sive minas:
„ Sæpe vel auguribus: vel Apollinis ore piarent
„ Sive Sibilinis cantibus, aut magicis:
„ Sic semper vana tunc Relligione potiti
Sunt veteres falsos, et coluere Deos:
„ Quippe fuere Dei mortalia numina eorum
„ Incestu, et stupris, et Ganimede nigra
„ Idola multa etiam tineis subiecta caducis
„ Quæ venerata diu falsa superstitio.
„ Nempe Deum colimus verum nos Omnipotentem
„ Terræ immortalem Pontificemque poli:
„ Est ergo ætatis nostræ cerimonia major:
„ Cultibus, & sacris magnificata magis
„ Digna Deo, & superis nostra est vigilantia certe:
„ Et rata nostra fides, & rata nostra salus.
„ Et melius quia tu, & sapientius omnia calles
„ Corda Deum, & cultu semper & ore colis:
„ Si te Reginam, nostramque Ducemque precamur
„ Fautricem colimus sic veneramur heram
„ Ut precibus faveas tibi quas nunc sponte vovemus
„ Suscipe me: studium: carmina: vota: fidem.
„ His bene sit qui te venerantur laude suprema
„ Omni es magnifico carmine digna coli:

V 2 „ Sic

(l) De Metello Pontifice, & Posthumio; de Tiberio Gracco, de C. Figulo, Scipione Nasica; deque Cælio, Cornelio, Cethego, & Claudio, de Fabio Maximo, vide Valerium Maximum lib. pri. cap. I.

„ Sic tu diva nitens, cui Jupiter optima quæque
„ Semper avet Vati plaude benigna tuo
„ Et benedic operi ſolita ut bene agenda beate
„ Semper es: & clemens: & mea vota fove;
„ Da vires: animum præſta Dominumque rogato
„ Precibus his orans: Rex reverenter Ave. (m)



PLU-

(m) Darium Tibertum Cæſenatem Sæculo XV, exeunte apud Eruditos claruiſse, in litteraria hiſtoriola Cæſenæ poſt MSS. Codicum Catalogum tradidimus. Fuiſse autem non mediocriter in pangendis carminibus expolitum, etſi abſque lepore, & venere, & ex iis nunc in lucem proditis, atque ex ſacro Poemate inedito Myſteriorum Chriſti, & ejus Matris Beatæ Virginis hoc in Codice exiſtente ſatis deprehenditur. Ad hæc: Extat Chronicon MS. eximii Viri Carrarii, quod refert Darium Tibertum ab incunabulis cæcitate laboraviſse; quod ſane in cauſsa eſse potuit, ut ea oretenus dictata nec corrigere nec perpolire facile poſset, & ut multæ etiam mendæ per Anagnoſtæ oſcitantiam irreperent.

PLUTEI IV. IN CODICE IV.

Lectiones diverſæ *Beati immaculati*

	Vulgata Hodierna	Codex noſter
Ver. *6.*	„ Tunc non confundar, cum perſpexero in omnibus mandatis tuis.	„ Tunc non confundar, cum reſpexero in omnia mandata tua.
		Interlinearia Codicis verba
7.	„ Confitebor tibi in directione cordis:	„ Adjuvis, quas vias dirigas
	In eo quod didici	„ In eo cum direxero judicia juſtitiæ tuæ.

Poſt verſiculum 8. hæc Oratio extat,

Deus, qui beatitudinis palmam immaculatis, & legem tuam ſcruptantibus tribuis, fac nos juſtificationes tuas in directione cordis perſeverantes exquirere. Per Dominum noſtrum &c.

9.	„ In quo corrigit adoleſcentior viam ſuam	„ Immemor viam ſuam
11.	„ Ut non peccem tibi	„ Et non delinquam te,
16.	„ In juſtificationibus tuis meditabor	„ In tuis juſtitiis. . . .
	„ Non oblivifcar ſermones tuos	„ Sermonum tuorum.

Oratio. Deus qui cuſtodia tua adoleſcentis vias corrigis, juſtitias doces, peccantes revocas, fac nos in teſtimoniis tuis ſic in omnibus divitiis perſeverantes jugiter delectari. Per Chriſtum &c.

17.	„ Retribue ſervo tuo, vivifica me, & cuſtodiam ſermones tuos	„ Vivam, & cuſtodiam verba tua
18.	„ Revela oculos meos.	„ Adaperi oculos meos.
19.	„ Incola.	„ Advena.
20.	„ Deſiderare juſtificationes tuas.	„ Judicia tua.
23.	„ Et adverſum me loquebantur.	„ Et adverſum me detrectabant.
24.	„ Nam & teſtimonia tua meditatio mea eſt, & conſilium meum juſtificationes tuæ,	„ Etenim meditatio mea eſt, & conſilia mea juſtificatio tua.

Oratio. Revelator omnium bonorum Domine, revela mentibus noſtris, ut mirabilia legis tuæ conſideremus, & præceptis, ac juſtificationibus tuis exercere valeamus. Per Dominum. &c. (a)

27.

(a) Rem neque injucundam, neque inutilem ſtudioſis ſacrarum litterarum me feciſſe ſum arbitratus, quum Pſalmi CXVIII varias a Vulgata noſtra lectiones excerpſi, atque tradidi una cum Orationibus, quæ ipſi Pſalmo intermixtæ ſunt, probe ſciens doctiſſimns viros hoc ſæculo varias hujuſmodi lectiones haud negligere, imo eas anxie quærere. Varietas ſane multis in locis, ut in aperto eſt, occurrit, ſed quæcumque illa ſit, neque ſenſum, aut ſubſtantiam, ac ne paullulum quidem moralium præceptorum doctrinam immutat. Ut dicam tamen quod ſentio, Vulgata lectio ad pſalmodiam, qua uſus eſt Pſaltes regius, magis eſt accomodata, & ad cantum, uti facile dignoſcitur. Duo hæc præcipue conſideranda ſunt: primum, ubi Vulgata legit

Miſe.

Vulgata Hod.	Codex noſter
27. „ Viam juſtificationum tuarum inſtrue me	„ Inſinua mihi .
28. „ Dormitavit	„ Stillavit anima mea præ tædio
31. „ Adhæſi teſtimoniis tuis Domine, noli me confundere.	„ non confundas me
32. „ Cum dilataſti cor meum	„ Non dilatares cor meum

Oratio. Deus qui animas ſtratibus terrenis inferentes verbi veritate diſſocias, præſta quæſumus ne nos mortis ſomnus incumbat, ſed ad viam nos excita veritatis. Per Dominum &c.

33. „ Legem pone mihi Domine viam „ juſtificationum tuarum, & exquiram „ eam ſemper,	„ Mihi conſtitue Domine in via juſti- „ tiarum tuarum, & quæram illam „ ſemper.

Poſt verſ. 40. Oratio. Vivifica nos Domine in æquitate tua, atque inclina cor noſtrum in teſtimonia tua non in avaritiam, ſed intellectum da nobis, ut legem tuam ſcire poſſimus ut toto eam corde probabili conv̄ſione tenere valeamus. Per Dominum &c.

45. „ Et ambulabam in latitudine.	„ Et ingredior,
47. „ Et meditabar in mandatis tuis.	„ In præceptis tuis.
48. „ In Mſtō additur *nimis*.	„ Quæ dilexi nimis.

Oratio. Veniant nobis miſerationes tuæ, & ſalutare tuum Domine: juxta eloquium tuum, ut cuſtodiamus legem tuam jugiter, & veritatis tuæ verbo edocti ſalutaris tui eloquio roboremur. Per Dominum &c.

49. „ Memor eſto verbi tui ſervo tuo.	„ Memento Domine verbi.
52. „ A ſæculo Domine.	„ Quæ a ſæculo ſunt, & me conſolatus „ ſum.
53. „ Defectio tenuit me.	„ Puſillanimitas detinuit me.

Poſt verſ. 56. Oratio. Deus qui humilitatem noſtram ſpe vitæ æternæ interim conſolaris, præſta, ut in loco peregrinationis noſtræ ita tibi jugiter ſerviamus, quatenus Patriæ beatitudine perfruamur. Per Dominum &c.

58

Miſericordiæ tuæ multæ Domine. Codex legit, *Miſerationes* cum additamento *nimis*. Quamvis enim ſæpenumero in Scripturis *Miſericordiæ* Dei appellentur *miſerationes*, ac ſi unum idemque ſint, attamen iſtæ a Miſericordia ſunt veluti effectus a cauſſa, rivulique a fonte. Hinc pluries Auguſtinus, & præcipue in expoſitione Pſalmi *Miſerere mei Deus* hæc habet. *A magna miſericordia multæ ſunt miſerationes*, ac proinde juxta Codicis lectionem ex multis miſericordiæ effectibus, (dum legit *miſerationes*) divina actualia Pſaltes regius commendat auxilia, quæ ſunt *nimis* copioſa. His gaudet peccator, quia invitatur ad veniam; his juſtus, quia accedit ſpe ad palmam. Secundum Codicem noſtrum, etſi Sæculo XIV. ſcriptum, lectiones tamen ferme non abſimiles habere, quas hic idem pſalmus in Editione Operum S. Ambroſii a Monacis Maurinis anno MDCCLVIII. curata habet, quivis collatione facta deprehendere poterit.

Orationes vero, quas exhibuimus, & quæ an editæ fuerint antehac ignoramus, non in contextu illius eximii operis S. Ambroſii exſcriptæ, ſed illo ordine jampridem indicato ad finem extant, ubi Pſalmus juxta Vulgatam noſtram exacte, perfecteque exaratus legitur. Jam vero

duæ

	Vulgata Hod.	Codex noster
58.	„ Deprecatus fum faciem tuam in „ toto &c.	„ Deprecabor vultum tuum Domine in „ toto &c.
60.	„ Paratus fum, & non fum turbatus.	„ Et non fum oblitus.

Poft verf. 64. Oratio. Deus, qui mandata tua fervantibus portionem te effe voluifti, præfta, ut ne peccatorum funibus implicemur, fed juftificationum tuarum funibus alligemur. Per Dominum. &c.

66.	„ Bonitatem, & difciplinam.	„ Jucunditatem, & difciplinam.
70.	„ Coagulatum eft ficut lac cor eorum, „ ego vero legem tuam meditatus fum	„ Ego vero legem tuam meditabor.

Poft verf. 72. Oratio. Scimus Domine, quia juftum eft judicium tuum, fed obfecramus mifericordiam tuam, ut veniant fuper nos mirationes tuæ, quatenus nec cum fuperbis confundamur, nec cum iniquis damnemur. Per Dominum.

73.	„ Manus tuæ fecerunt me, & plaf- „ maverunt me	„ & paraverunt me.
75.	„ Cognovi Domine quia æquitas ju- „ dicia tua	„ quam jufta judicia tua.
76.	„ Fiat mifericordia tua, ut confole- „ tur me fecundum eloquium tuum „ fervo tuo	„ Fiat nunc mifericordia tua, ut ex- „ hortetur me fecundum verbum tuum.
78.	„ Confundantur fuperbi, quia injufte „ iniquitatem fecerunt in me, ego „ autem exercebor in mandatis tuis	„ Quia injufte iniquitatem gefferunt in „ me, ego autem exercebor in præce- „ ptis tuis.
79.	„ Convertantur mihi timentes te, & qui noverunt teftimonia tua.	„ Convertantur ad me, qui timent te, „ & qui fciunt teftimonia tua.

Oratio. Deus qui nos manu plafmafti, mifericordia redemifti, da nobis intellectum ut legem tuam in toto corde meditemur, ut te femper fancta, & beneplacita confeffione fectemur. Per Dominum.

8r.

duæ effe poffunt cauffæ, ob quas antiquitus ille præcipue Oratiunculis Pfalmus, ut ita dicam, dividebatur. Prima eft, quod Ecclefia tam Orientalis, quam Occidentalis fex primis fæculis non confueverit *Doxologia* illa, quæ eft Trinitatis glorificatio, fcilicet *Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto* Pfalmis finem imponere, fed Pfalmo finito Orationem fubjungere. Ait namque Caffianus lib. 2. de inftitut: Cœnob. cap. 8. *Ut uno canente in claufula Pfalmi omnes adftantes concinant cum clamore Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto nufquam per Orientem audivimus, fed cum omnium filentio ab eo qui cantat, finito Pfalmo, Orationem fuccedere, hac vero glorificatione Trinitatis tantummodo folere Antiphonam terminari*. Doxologiam illam ab Apoftolis prodiiffe, eandem in Concilio Nicæno ad Divinitatem Verbi, & Trinitatem commonftrandam firmatam fuiffe, atque perenni ufu aliis in laudibus divinis adhibitam, nemo inficiabitur. Aft errarunt multi Scriptores fide cæteroqui digniffimi exiftimantes hanc legem canendæ Doxologiæ in Pfalmorum fine a Damafo Pontifice latam fuiffe fuadente, ac poftulante Hieronymo. Fraudi illis fuit Hieronymi Epiftola ad Damafum, quæ extat Tom. 1. Conciliorum Coloniæ Edit., cujus hæc funt verba. *Precatur ergo cliens tuus, ut vox ifta pfallentium in Sede tua Romana diu noctuque canatur, & in fine Pfalmi cujuslibet, five vefpertinis horis conjungi præcipiat Apoftolatus tui ordo: Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto*. Sed certe illa epiftola adulterina eft, & plane commentitia ex Eruditorum teftimonio. Et fane fi Caffianus facrorum rituum peritiffimus, & fagaciffimus obfervator nufquam audivit in Oriente poft Pfalmos cantari *Gloria Patri*

&c

	Vulgata Hod.	Codex noster
81.	„ Et in verbum tuum superſperavi	„ quia in verbum tuum ſpero.
83.	„ Sicut uter in pruina	„ quoniam factus ſum ſicut uter in ge- „ licidio.
85.	„ Narraverunt mihi iniqui fabulatio- „ nes, ſed non ut lex tua.	„ Injuſti exhortationes, ſed non ut ſi- „ cut lex tua Domine.
86.	„ Omnia mandata .... inique ...	„ præcepta .... injuſte.

Poſt verſ. 88. Oratio. Deus cujus eloquium mentis oculi concupiſcunt, & cujus ſalutare deficiunt adjuva dies noſtros, ne perſequente iniquitate cadamus. Per Dominum.

91.	„ Ordinatione tua perſeverat dies	„ Diſpoſitione tua permanet dies
96.	„ Latum mandatum	„ amplificum mandatum.

Oratio. Deus, cujus in Cœlo veritas manet, & cui verbum permanet in ſæculis, & cui ordinatio perſeverat dies, fac nos in tuo ſervitio jugiter manere, ut filii lucis eſſe mereamur. Per Dominum.

98.	„ Super inimicos meos prudentem „ me feciſti quia in æternum mihi „ eſt.	„ Super inimicos meos intelligentem „ me feciſti mandata tua, quia tu es.
100.	„ Super ſenes intellexi, quia man- „ data tua quæſivi	„ Super ſeniores intellexi, quia præce- „ pta &c.
103.	„ Quam dulcia faucibus meis elo- „ quia tua ſuper mel ori meo	„ verba tua ſuper mel, & favum ori „ meo.
104.	„ A mandatis tuis intellexi: pro- „ pterea odivi omnem viam iniqui- „ tatis	„ Propter hoc odio habui omnem „ viam iniquitatis

Oratio. Dignare Domine faucibus noſtris inſerere tuorum eloquiorum dulcedinem, ut mereamur a vitiis pravis pedum noſtrorum ſubtrahere veſtigia. Per Dominum.

108.	„ Voluntaria oris mei beneplacita fac Domine.	„ comprobe Domine

Poſt verſ. 112. Oratio. Deus qui per Verbum tuum lumen ſemitis noſtris tribuiſti; animas noſtras ita regere dignare, ut tuæ retributionis hæredes eſſe valeamus. Per Dominum.

118.

&c.; quomodo Hieronymus, qui quinquaginta ſære annis ante Caſſianum floruit, uſum, qui non erat, in Occidente transferre potuit? Tempore ſiquidem Vigilii Papæ Sæc. ſcilicet VI. in fine omnium Pſalmorum conſuevit Eccleſia Occidentalis uti *Doxologia*; & Canon extat Concilii Narbonenſis, quod fuit celebratum anno 589. (*Baronius an.* 598. *num.* 31.) centum ſexaginta, & amplius annis poſt Hieronymi obitum, his conceptus verbis. *Ut in pſallendis Ordinibus per quemcumque Pſalmum Gloria dicatur Omnipotenti Deo; per majores vero pſalmos, pro ut fuerint prolixiores, pauſationes fiunt, & per quamque pauſationem Gloria Trinitatis decantetur.* Eos inter Pſalmos, qui prolixiores ſunt, locum habet Pſalmus noſter *Beati immaculati*, qui pluries dividitur, ut manifeſtum eſt, undecim ſcilicet vicibus per Doxologiam. Nil mirum igitur ſi Orationibus finirentur Pſalmi, vel ſparſim hinc inde legerentur (*Joannes Gerſon. Tom.* 3. *de hymno Gloriæ*, *Joannes Bona de ſingulis partibus divinæ Pſalmodiæ cap. XV.* §. *VI. Edit. Antverpiæ.*)

Alia

	Vulgata Hod.	Codex noster
118.	„ Sprevisti omnes discedentes a ju- „ diciis tuis, quia injusta cogitatio „ eorum	„ Sprevisti omnes, qui discedunt a ju- „ stificationibus, quia iniqua &c.
119.	„ Prævaricantes reputavi . . . ideo „ &c.	„ Prævaricatores existimavi ... propte- „ rea; & in fine versiculi legitur *semper*.
120.	„ Configе timore tuo carnes meas.	„ Confige clavis a timore tuo carnes „ meas.

Oratio. Deus qui inimicos nostros semper nos jubes diligere, & legem tuam custodire, illumina oculos cordis nostri, ut tibi semper obediamus, & malignis operibus exuamur. Per Dominum.

121.	„ calumniantibus me	„ nocentibus me.
128.	„ Propterea ad omnia mandata tua „ dirigebar, omnem viam iniquam „ odio habui.	„ præcepta: corrigebar. injustam &c.

Oratio. Deus qui rectum judicium, & justitiam sponte tribuisti, fac cum servis tuis, ut illa semper meditentur, quæ adjuvante, & miserante tibi sint placita. Per Dominum

130.	„ Declaratio sermonum tuorum il- „ luminat.	„ Manifestatio sermonum tuorum illu- „ minat me.
131.	„ Os meum aperui, & attraxi spi- „ ritum, quia mandata tua deside- „ rabam.	„ et eduxi.... quoniam præcepta tua „ concupiscebam.
134.	„ Redime me	„ Libera me
136.	„ Exitus aquarum deduxerunt ocu- „ li mei	„ Decursus aquarum descenderunt ab „ oculis meis

Oratio. Deus, qui luce verborum tuorum intellectum das parvulis, concede, ut pectora nostra ad recipiendum Spiritum Sanctum Paraclitum aperta sint semper. Per Dominum.

X 139

Alia ratio desumitur ex ipso S. Ambrosio. S. Pater hæc habet. *Merito plerisque locis moralium sententias Psalmorum tanquam stellarum diffundit lumina, quæ lucent, & emicant: centesimum vero, & octavum decimum Psalmum veluti pleni luminis solem meridiano serventem calore, in processa libri constituit ætate, ut neque matutini ortus semiplena exordia, neque vespertini occasus quidam senilis defectus claritati aliquid perfecti splendoris decerperent.* (*Ambrosius in Prologo ejusdem Psalmi Tom. 2. pag.* 331. *Edit. Maur. an. MDCCXLVIII.*) Cum itaque Psalmus *Beati immaculati* veluti sol irradians divina præcepta, & moralia documenta secundum humanæ vitæ statum patentia, & suavia exhibeat, tum maxime aures psallendi dulcedine, & carminis amœnitate afficiat, animumque demulceat, merito expletis versiculis septem in canentium conventu unus omnium ore elata voce orationes cantabat, quibus, ut unicuique compertum est, eorum commota pietas, desiderium grande ostendebantur, & auxilia ad ea omnia perfecte exequenda, utpote conformia psalmodiæ, enixe postulabantur.

Verum hæc addere lubet. Hilarius Prologo in hunc Psalmum CXVIII. col. 212., Ambrosius similiter Prologo in eundem Col. 972., Hieronymus epistola ad Paulam, & Cassiodorus certam fidem faciunt, Psalmos Hebraice conscriptos ad omnes eorum versiculos præferre litterarum elementa, ita ut a prima ad vigesimam usque secundam litteram secundum hebræos versuum numerus conveniret, versusque singuli a singulorum elementorum initiis inchoarentur. Secus tamen apud Hebræos ipsos res se habet in Psalmo CXVIII., in quo non singula Hebræi sermonis

Vulgata Hod.	Codex noster
139. „ Tabescere me fecit zelus meus, „ quia obliti sunt verba tua ini- „ mici mei.	„ Exquisivit me zelus domus tuæ, quo- „ niam inimici mei obliti sunt ver- „ borum tuorum.
141. „ Adolescentulus sum ego, & con- „ temptus	„ Juvenis ego sum, & despectus, & „ justificationes.
144. „ Æquitas testimonia tua in æter- „ num, intellectum da mihi, & „ vivam.	„ Justa da mihi eorum, & vivifica me.

Oratio. Deus qui justus es, & cujus judicium rectum supplices tuos ab omni tribulatione, & angustia liberare digneris, ut effici mereamur mandatorum tuorum meditatione fælices. Per Dominum.

145. „ Clamavi &c. justificationes tuas „ requiram.	„ Exclamavi.... justitias tuas exqui- „ ram.
147. „ Præveni in maturitate & clama- „ vi, quia in verba tua supersperavi.	„ Anticipavi in maturitate, & excla- „ mavi: in verbo tuo speravi.
148. „ Prævenerunt oculi mei ad te diluculo, ut meditarer eloquia tua.	„ mane meditari verba tua.
150. „ Appropinquaverunt persequentes „ me iniquitati; a lege autem tua „ longe facti sunt.	„ inique . . . elongaverunt.

Post vers. 152. Oratio. Deus, qui ad te toto corde clamantes exaudis, ad preces humilitatis nostræ memor intende. Per Dominum.

154. „ Judica judicium meum, & redi- „ me me propter eloquium tuum „ vivifica me.	„ Judica judicium meum, & libera „ me: propter verbum tuum vivifica „ me.
156. „ Misericordiæ tuæ multæ Domine.	„ Miserationes tuæ multæ nimis Domine.
157. „ Multi, qui persequuntur me, & „ tribulant me	„ Multi persequentes me, & tribulan- „ tes me.
158. „ Vidi prævaricantes, & tabescebam, „ quia eloquia tua &c.	„ Vidi non servantes pactum, & tabe- „ scebam, quia verba tua &c.

Post vers. 160. Oratio. Deus, qui salutem fidelium a peccatoribus elongasti, miserationum tuarum ab iniquorum infestatione custodi. Per Dominum.

162.

nis elementa versiculis Psalmi conveniunt, sed cuilibet litterarum elemento octo versus respondent ad numerum ipsarum litterarum explendum, ipsique modo laudati Patres observarunt in Codicibus Hebræis manu exaratis prædictum Psalmum octonos versus per elementa singula obtinere; cumque omnes ejus Psalmi versiculi, si simul sumantur, non plures sint, quam centum septuaginta sex, consequitur, ut distributo Psalmo in plures partes, quarum unaquæque octonos versiculos contineat, tot existant, seu constant Psalmi partes, quot sunt Hebraici alphabeti litteræ, hoc est duæ & vigioti. Igitur octo primis versibus illius Psalmi præponebatur ab Hebræis *Aleph*; aliis octo sequentibus *Beth*; octo, qui sequebantur habebant *Ghimel*, & sic deinde ceteri reliquas ordine litteras præferebant; ita ut in postremo versu, seu verius in postrema Psalmi sectione octo versiculis constante totum Alphabetum Hebraicum expleretur. Ita observatur in Psalt. Romaoo Martinianæo; hoc idem apud Hieronymum in laudata superius epistola dum ait;

Vulgata Hod.	Codex noster
162. „ Appropinquet deprecatio mea ... „ juxta eloquium tuum da.	„ Exulto in verbis tuis. „ Et præcepta tua feci.
168. Servavi mandata tua .... in con- „ spectu tuo	„ Servavi præcepta tua... ante te.

Oratio. Fac nos semper eloquia tua meditantes in tuis laudibus assidue gloriari, ut pacis amore servati minas Principum minime formidemus. Per Dominum.

Vulgata Hod.	Codex noster
169. „ Appropinquet deprecatio mea... „ juxta eloquium tuum da mihi in- „ tellectum	„ Appropinquet oratio mea ... secundum „ verbum tuum tribue mihi intelle- „ ctum.
170. „ Intret postulatio mea in conspe- „ ctu tuo: secundum eloquium tuum „ eripe me.	„ coram te: „ verbum tuum libera me.
172. „ Pronuntiabit lingua mea eloquium „ tuum, quia omnia mandata tua „ æquitas	„ Loquetur lingua mea verbum tuum, „ quoniam omnia mandata tua justi- „ tia est.
Ult. „ Erravi sicut ovis, quæ periit: quæ- „ re servum tuum, quia mandata „ tua non sum oblitus	„ Erravi sicut ovis, quæ perierat, vi- „ vifica servum tuum, quoniam man- „ datorum tuorum non sum oblitus.

F I N I S.



ait. *Octo tantum versus habentur sub unaquaque littera*. Non ita tamen in Romano Psalterio Fabri, ubi loco *Aleph* octies præfigitur *Doctrina:* pro *Beth* octies *Domus*; pro *Ghimel* octies *Plenitudo*, & ita deinceps, hasque interpretationes sumptas esse ex epistola Hieronymi ad Paulam notat doctissimus Sabatier Tom. II. par. p. eximii Operis sui inscripti *Bibliorum sacrorum latinæ versiones antiquæ*, ubi pag. 232 versio latina ex hebraica lectione præfert Hebraici sermonis elementa ad singulos octonos versus. Hæc non tantopere legere desiderabam in laudato Opere, quantopere nunc delector legisse, quoniam mihi ex iis sufficiens ratio suppeditatur, ut sententiam in Codice nostro loco Hebræorum elementorum ad singulas Psalmi octonis versiculi constantes sectiones, seu partes; loco item interpretationum juxta Hieronymi sensum pias eadem methodo substitutas esse Orationes, aptissimeque accommodatas ad impetrandum a Deo quidquid in singulis iis Psalmi sectionibus continetur; cumque eæ Orationes, neque in MSS. Codicibus, neque in Editionibus, quas viderim, reperiantur, peculiare, ni fallor, quidpiam in Codice nostro habetur, quod ejus præstantiam ostendat. Lectiones præterea, quas in hoc Psalmo noster Codex exhibet diversas alicubi se ostendunt, cum ab iis quæ habentur in latina versione ex hebraico, (apud Sabatier) tum ab iis, quæ ab ipso S. Ambrosio profectæ sunt, & his tamen magis sunt conformes, quam versioni antiquæ & vulgatæ hodiernæ.

CAPUT PRIMUM.

PLUTEI V. IN CODICE IV.

Epistola Georgii Trapezuntii.

" GEorgius Trapezuntius Illustri Senatori Veneto Francisco Barbaro salutem.
" Redditæ mihi sunt tuæ litteræ, quibus scribis, ut Chrysostomi opus nuper
" a me traductum ad te mittam. Quod libenter faciam; hinc intelliges quod tar-
" dius rescribere malui, quam inanes litteras mittere. Nam liber non erat apud
" me, sed apud Pontificem, cujus jussu traduximus. Et cum in dies recuperare
" speraremus; scribendi quoque officium in dies crastinos remittebamus. Nunc ve-
" ro, quoniam Legato Venetorum librum commendavimus, ut ad te ipsum trans-
" mittat, has scripsimus, quibus illud etiam Excellentiæ tuæ significare placuit.
" Alia quoque multa hoc biennio nos vertisse volumina. Nam & Cyrillum Alexan-
" drinum super Johannem opus certe divinum. Et Eusebium Pamphili de doctrina
" Christiana librum omnium, qui legerint, judicio adeo utilem, ut vix alter ei si-
" milis reperiri possit. Et Aristotelis aureos de animalibus libros, cujus etiam de Rhetorica
" libros antea vertimus. Sed alios alias, nunc Chrysostomum lege, cujus latinam elo-
" quentiam tanto græca distare necesse est, quanto addiscendi ejus elegantia Georgius
" distat. (a) Sed quidquid in nobis est, id abs te initium habuit, cujus ope, & opere
" lati-

(a) Septem Georgii Trapezuntii Epistolæ a nemine antea commemoratæ lucem aspexerunt ampla illa in Epistolarum Collectione Francisci Barbari e MSStis, opera, atque studio Eminentissimi juxta, & eruditissimi S. R. E. Cardinalis Angeli Mariæ Quirini an. 1747 Brixiæ in 4. prælo commissa. Has autem inter hæc modo evulgata non cernitur, ideoque inedita a nobis existimatur. Ipsa ad versionum Epocham, quas anno 49, & 50. Sæculi quinti decimi diligenter Scriptor clarissimus elucubravit, firmandam plurimum valet. Ex ea fuisse Georgium a Francisco Barbaro in Italiam vocatum, certo intelligimus. Discimus etiam jussu Nicolai V. Summi Pontificis (in calamitate excidii Græcorum Imperii tam exitiosa, quod præstare unum potuit libros ex tota Græcia perquisitos ad se ipsum afferri, & in latinam linguam converti curavit, profugas, & extorres Græciæ Musas amice, & liberaliter excepit. De statu Europæ sub Federico III. Scriptores.) Chrysostomi opus ab eo in latinum translatum, quod certe illud est, quod in Catalogo MSSrum Plutei V. Cod. IV. descripsimus, & quo Opere, & aliis ex versionibus factis Scriptorum græcorum non exigua esse ejus in rem litterariam merita facile deprehendimus. Tanta siquidem est illarum cum græca lingua societas, ut hæ tum primum adoleverint, cum Romani post secundum bellum Punicum, devicta Carthagine, otioque abundantes græcæ studuerunt linguæ. Sed & postremis hisce sæculis, cum barbararum nationum jugo oppressis Italiæ populis latina lingua propemodum extincta esset, evenit, ut tunc demum in vitam quasi revocari, & pristinum decus recuperare cœperit cum fæliciffimis Nicolai V. Sixti IV., & Leonis X. Pontificum Maximorum temporibus græca lingua refloruit, ut simul pares & progrediendo, & regrediendo gressus fecisse videatur. Sicuti enim Sæculi XV fælicitati maximopere est gratulandum, quo eruditi liberaliumque artium amantissimi Viri, quos inter Guarin. Veronensis, Joannes Aurispa Siculus, Franciscus Philelphus Tolentinas, Ciriacus Anconitanus in Græciam profecti sunt, non solum addiscendi gratia perfectius illam linguam, qua præditi erant, verum etiam ad immensam ferme MSSrum Codicum SS. Patrum, omniumque facultatum Scriptorum supellectilem summo studio, multisque expensis sibi comparandam, quam subinde in Italiam transtulerunt, unde studia maximum exceperunt incrementum.

Sed ad Georgium redeamus. Venetiis, & Romæ pluribus annis Rhetoricam docuit, & græcam linguam. Anno 1450. ad Franciscum Barbarum evulgatam dedit Epistolam. Is autem ultimum clausit diem anno 1454, & morte sublato non amplius in perlegendis Trapezuntii versionibus, & operibus, ut ea in Epistola promittebat, lætitia affici illi est datum. Georgius vero gratia sibi conciliata Summorum Pontificum, Secretarii Apostolici honorem est assecutus, & Romæ obiit post comparatam sibi magni nominis famam anno 1484 ante 12 Augusti. Hinc Andreas Georgii filius dicans Almagestum Ptolomæi a Patre versum Sixto IV. Pontifici Maximo, negat Patrem per se ipsum id potuisse morte præventum. Ita Scriptores Diarii Eruditorum Italiæ Tom. XVI. pag. 414. 146. Ita etiam scribunt Comnenus Papodopoli Tom. 2. Hist. Gymnasii Patav. pag. 180., & Nisseronus Tom. XIV. mem. de viris eruditis, & alii, qui Tra-

„ latini facti sumus. Quare non magis nobis, & Chrysostomus, & alii Græci, qui „ modo per nos latine loquuntur, quam tibi certe debebunt. Ceteros, tunc si vixeris, „ mittam, cum Chrysostomum remiseris. Quod quam cito fieri potest, facias oro. „ Nam hic nullibi propter temporis brevitatem in Domino Nostro exemplum „ factum est, & multi potentes, qui petunt, sed abs te fuit incipiendum, qui me de „ Græcia eripuisti, & primus in Italiam in latina studia reduxisti: Vale: ex Urbe „ V. Kalendas Majas Anno MCCCCL.



Trapezuntium summis exornant laudibus. Tandem eruditissimus Joseph Antonius Saxius Historia litterario-typographica Mediolanensi testatur, MSSta Georgii Trapezuntii in scriniis Bibliothecæ Ambrosianæ servata se reperisse, & ideo publici juris fecit, quæ valent ad dignoscendum alia a Trapezuntio Opera elaborata fuisse, quorum Scriptores non meminerant, uti ostendit Facii testimonium ab ipso evulgatum, quod apud ipsum videre est.

CA-

CAPUT PRIMUM,

PLUTEI VIII. IN CODICE V.

Ad Psalmorum finem visuntur variæ Orationes sacræ, quas hic referre lubet.

Oratio. „ Liberator Animarum, & mundi Redemptor Domine J. C., Deus æterne, Rex immortalis supplicamus nos peccatores immensam Clementiam tuam, ut per modulationem Psalmorum, quos miseri indigne cantavimus, liberes animas nostras de peccato, & abstollas corda nostra de malis, & pravis cogitationibus, & abstrahas corpora nostra a servitute peccati, & repellas a nobis concupiscentias carnales, & eripias nos ab omni impedimento Satanæ, atque ministrorum ejus visibilium & invisibilium infidelium tuorum, qui quærunt impedire animas nostras, custodi nos ab his, & ab omnibus malis Omnipotens Salvator Mundi.

Domine Jesu Christe Fili Dei vivi, per quem facta sunt omnia, sine cujus Misericordiæ dono humana fragilitas subsistere nullatenus potest, Tu Clementissime Domine acceptos tibi habere digneris hos Psalmos, quos miseri cantavimus pro nobis famulis tuis, & pro omnibus fidelibus vivis, atque defunctis, & da nobis de præteritis peccatis veniam, de præsentibus remissionem, de futuris cautelam, & omnem consuetudinem peccandi a nobis repelle, & cuncta vitia, & peccatorum sordes, in quibus detenti displicuimus, de corde, & visceribus nostris radicitus evellere dignare, & da nobis virtutem bene operandi, & constantiam animi in bonis operibus permanendi & post hanc miseram, & caducam vitam animas nostras ad vitam perducere æternam Salvator Mundi. (a) „

Subinde Prophetarum Cantica, estque primum Isaiæ. *Confitebor tibi Domine* cum sua Oratione.

„ Deus qui nosti præterita, & futura, da mihi veniam delictorum meorum, & de præsentibus, & futuris da mihi continentiam, ut ad tuam merear misericordiam pervenire. Per Christum. „

Dein Ezechiæ. *Ego dixi in dimidio.*

Oratio. „ Deus, qui solus habes immortalitatem, & lucem habitas inaccessibilem; me a morte perpetua, & ostende mihi lucem miserationum tuarum, & dele iniquitates meas, & doce me facere voluntatem tuam omnibus diebus vitæ meæ. Per Christum. „

Po-

(a) Tres Orationes (sive Oremus), quæ principe loco in hoc Codice occurrunt, e quibus prima jam, & antea a nobis in descriptione ipsius Codicis edita fuit, spectant unice ad Psalmorum recitationem, & secernendæ sunt ab iis, quæ eodem in Codice extant, ad Fidei mysteria, & ad Sanctorum solemnitates pertinentes. Ex variis Ecclesiarum vetustis ritibus, & præcipue Ecclesiæ Mediolanensis accepimus lectis nonnullis Psalmis, Athanasii Symbolo dicto, post Capitulum, & preces ad horam primam unam ex illis tribus, vel aliam non absimilem Orationem solitam fuisse recitari; dein legi Martyrologium. Ita Joannes Bona cap. XVIII. divinæ Psalmodiæ §. X. Immo consuetudo hæc non tantum ad Horam primam, sed etiam ad nocturnas vigilias, adque matutinas laudes religiosa viguit, ut dicerentur juxta Psalmorum divisiones in gratiarum actiones, in defectuum expiationem, nec non ad auxiliorum divinorum præsidium cumulatius obtinendum. Hæ etiam Orationes in usu erant, suntque adhuc apud Græcos secundum varia Psalmorum καθίσματα, sive varias ipsorum Psalmorum distributiones, cum non una esset penes omnes Ecclesias eorum ordinatio. Quodlibet *Cathisma*, sive pluribus, sive paucioribus constet Psalmis, in tres partes distinguitur per versum illius Doxologiæ *Gloria Patri*. Vide Thomasin. Durand. Bon., cæterosque sacrorum rituum Expositores.

Postea Canticum Annæ. *Exultavit cor meum in Domino*.

„ Oratio. Deus qui suscitas de pulvere egenum, & de stercore elevas pauperem, erige me de lacu miseriæ, & de luto fæcis ad te clamantem, & statue supra petram pedes meos, & dirige gressus meos, & immitte in os meum canticum novum hymnum gloriæ tuæ. Per Christum. „

Moysis Canticum sequitur, *Cantemus Domino gloriose*.

„ Oratio. Deus, qui es largitor omnium bonorum, largire mihi fidem, & operis scientiam, & continentiam, charitatem, & castitatem, veram patientiam, & veram humilitatem, & voluntariam paupertatem, & perseverantiam bonam in tuo famulatu. Per Christum. „

Postea Canticum Habacuc. *Domine audivi auditum tuum*.

„ Oratio. Deus, qui es vera lux illuminans corda fidelium, illumina cor meum lumine intelligentiæ tuæ, & da mihi scientiam veram, & repelle a me omnes tenebras ignorantiæ, ut in splendore luminis tui semper ambulare merear. Per Christum. „

Canticum illud sequitur. *Attende Cælum, & loquor, & audiat terra verba ex ore meo*. Oratio ad hoc Canticum deest, cum statim aliud sequatur. *Quomodo persequatur unus mille*. Et merito, cum sit unica Supremi Numinis glorificatio.

Oratio hæc deinde habetur. „ Deus qui magis vis esse correctos, quam perire neglectos, noli me perdere in delictis meis multis, & maximis, sed secundum misericordiam tuam corripe me, & vivifica me, & a tua misericordia ne repellas me, ne corruam in conspectu adversariorum meorum, & ne dicat inimicus meus prævalui adversus eum. Per Christum. „

Denique trium puerorum Canticum. *Benedicite omnia opera*.

„ Oratio. Deus, quem omnia opera benedicunt, quem Cæli glorificant, quem Angelorum multitudo collaudat, quæsumus te, ut sicut tres pueros de camino ignis incendii non solum illæsos, sed etiam in tuis laudibus conclamantes liberasti: ita nos peccatorum nexibus absolutos velut de voragine ignis eripias, ut dum te pari benedictione laudamus, criminum flammas, operumque carnalium superantes, hymnum tibi jure meritoque reddamus. Per Christum. (b) „

Cantica finem habent. Nunc progrediamur ad *Orationes Sanctorum* (ejusmodi est illarum titulus) excribendas, de quibus etiam multa veniunt consideranda.

„ Oratio. Quæsumus Omnipotens Deus, ut nos ab hostium furore defendas, quos per lignum

(b) Sequuntur Cantica, quæ si ordinem spectemus, feriarumque distinctionem antiquitus receptam, sane non nisi ritum sapiunt Romanum. Ad laudes feriæ secundæ Canticum præscribitur Isaiæ *Confitebor*: feriæ 3. illud Ezechiæ *Ego dixi*: feriæ 4. Canticum Annæ *Exultavit*: feriæ 5. Canticum Moysis *Cantemus Domino*: Feriæ 6 Habacuc *Domine audivi*: Sabbato alterum Canticum Moysis *Audite Cæli*: diebus vero festivis trium Puerorum *Benedicite*. Ejusmodi est Romanus ritus, & hoc ordine, eaque distinctione in Codice leguntur. Ad singula Cantica extant Oratiunculæ, quæ pietatem olent maximam, rebusque in Canticis ad Dei laudem concinnatis apprime congruunt: secreto illæ dicebantur ex Cl. Bona pluribus in locis Psalmodiæ.

lignum Sanctæ Crucis etiam contra spiritalem nequitiam armare non cessas. „

„ Gaudeat Domine Plebs fidelis, & cum propria recolit salvationis exordia, ejus promoveatur augmentis. „

„ Da quæsumus Omnipotens Deus illuc subsequi tuorum membra fidelium, quo caput nostrum, principiumque præcessit. „

„ Sancti Spiritus Domine corda nostra mundet infusio, & sui roris intima aspersione fœcundet.

„ Da quæsumus Omnipotens Deus Beati Archangeli tui Michaelis *cōnti* honore ad summa *proficire*, ut cujus in terris gloriam prædicamus, ejus precibus adjuvemur in Cælis. * puto legendum: *constanti*, & *proficere*. „

„ Deus qui nos concedis Beati Joannis Baptistæ commemoratione perfrui, ejus nos tribue meritis adjuvari. „

„ Familiam tuam Domine propitius intuere, & Apostolorum tuorum Petri, & Pauli defende præsidiis, ut eorum precibus gubernetur, quibus nititur te constituente principibus. „

„ Præsta quæsumus Omnipotens Deus ut Verbum caro factum, quod B. Joannes Evangelista prædicavit, per hoc sui Mysterio habiter semper in nobis. „

„ Tribue quæsumus Omnipotens Deus, ut Innocentium puritatem possimus imitari, quorum tibi dicatam veneramur infantiam. „

„ Deus, qui B. Stephano Levitæ lapidantibus veniam poscere tribuisti, quæsumus ut bona pro malis tuo poscamus auxilio, quod primi martyris docē exēplo. „

„ Martyris tui Apollinaris, atque Pontificis nos quæsumus Domine interventio gloriosa commendet, ut quod nostris actibus non meremur, ejus precibus assequamur. „

„ S. Laurentii nos Domine sancta precatio tueatur, & quod nostra conscientia non meretur, ejus nobis, qui tibi placuit, oratione donetur. „

„ Deus, qui per B. Gregorium Confessorem tuum, atque Pontificem cælestis eloquii nobis dulcedinem propinasti, familiæ tuæ concede propitius, & servare, quod docuit, & subsequi, quo præcessit. „

„ Deus qui B. Nicolaum Confessorem tuum, atque Pontificem in terris laudabili vita decorasti, & in Cælis æterna gloria sublimasti, ejus quæsumus intervenientibus meritis vita nostra apud te commendetur. „

„ Da quæsumus Domine fidelibus populis omnium Sanctorum semper veneratione lætari, & eorum perpetua supplicatione muniri. „

„ Omnipotens sempiterne Deus, qui in Trinitate colendus, & in unitate es adorandus te supplices exoramus, ut mundes propitius cor nostrum a vitiis, & repleas jugiter spiritualibus donis. „

„ Nostris Domine quæsumus adesto supplicationibus, ut inter mundanæ pravitatis insidias B. Stephani protomartyris intercessione nos protegas. „

„ Domine Deus noster multiplica super nos gratiam tuam, & omnium Sanctorum quorum agimus memoriam, tribue nobis subsequi, quæsumus, in Sancta professione lætitiam. „

„ Deus, qui inspirator es totius bonitatis, & qui ab initio recte credendi normam cunctis fidelibus instituisti, concede nobis famulis tuis, ut quod credimus, conservemus per te individua unitas. „

„ Concede nobis misericors Deus, ut sicut in nomine Patris, & Filii ejus divini intelligimus veritatem, sic in Spiritu Sancto totius cognoscamus substantiam Trinitatis. „

„ Preces populi tui quæsumus Domine clementer exaudi, ut qui juste pro peccatis nostris affligimur, pietatis tuæ visitatione consolemur. „

„ Concede quæsumus Omnipotens Deus, ut nos Unigeniti tui nova per carnem Nativitas liberet, quos sub peccati jugo vetusta servitus tenet. „

„ Deus qui hodierna die Unigenitum tuum gentibus stella duce revelasti, conce-

de

de propitius, ut qui jam te ex fide cognovimus, usque ad contemplandam speciem tuæ celsitudinis perducamur.

Omnipotens sempiterne Deus majestatem tuam suppliciter exoramus, ut sicut Unigenitus Filius tuus cum nostræ carnis substantia in templo est præsentatus; ita nos facias purificatis tibi mentibus præsentari.

Præsta quæsumus omnipotens Deus, ut quod nostris excessibus incessanter affligimur, per Unigeniti tui passionem liberemur.

Deus, qui ad æternam vitam in Christi Resurrectione nos reparas, erige nos ad conscendentem in dextera tua nostræ salutis auctorem, ut qui propter nos judicandus advenit, pro nobis judicaturus adveniat.

Concede quæsumus Omnipotens Deus, ut qui hodierna die Unigenitum tuum Redemptorem nostrum ad Cælos ascendisse credimus, ipsi quoque mente in cælestibus habitemus.

Deus, qui hodierna die corda fidelium Sancti Spiritus illustratione docuisti, da nobis in eodem Spiritu recta sapere, & de ejus semper consolatione gaudere. (c)

Deus, qui B. Archangelo Michaeli tantam gratiam contulisti, ut serpentem antiquum hostem humano generi perpetua victoria de cælo in terram projiceret; exaudi propitius orationem nostram, & concede, ut ejus intercessionibus nostra relaxentur peccata.

Deus, qui conspicis quia nos undique mala nostra contristant, per Præcursorem gaudii corda nostra lætifica.

Deus, qui Ecclesiam tuam Apostoli tui Petri fide, & martyrio consecrasti; quique B. illi Paulum ad prædicandum gentibus gloriam tuam sociare dignatus es; concede, ut omnis, qui ad Apostolorum solemnia venerit (vel Apostolorum memoriam veneratur) spirituali remuneratione donetur.

Majestatem tuam Domine supplices exoramus, ut sicut Ecclesiæ tuæ B. Andreas extitit prædicator, & rector, ita apud te sit pro nobis perpetuus intercessor.

Beati Joannis Evangelistæ quæsumus Domine supplicatione placatus, & veniam nobis tribue, & remedia sempiterna concede.

Deus cujus præconium Innocentes martyres non loquendo, sed moriendo confessi sunt, omnia in nobis vitiorum mala mortifica, ut fidem tuam, quam lingua nostra loquitur, etiam moribus vita fateatur.

Y . B.

(c) Dein Orationes Sanctorum; ita in Codice inscribuntur. Nonnullæ sunt, quæ ab illis in Ecclesia perenni successione servatis, minime discriminantur; aliæ vero ipsamet Romana & Apostolica Ecclesia, quæ sicuti est Mater, & Fundamentum veritatis, est etiam Ecclesiasticæ disciplinæ Magistra, majorem ejus consilio sunt assecutæ perfectionem; quod sane in omnibus suis Liturgiis, ritibusque, ut sanctiores, mysteriisque copiosiores evaserint, ad Etherodoxos palam revincendos pedetentim evenisse, est exploratum. Præter solemniores Mysteriorum Christi festivitates, & Sanctorum, de quibus in novo Testamento fit mentio, pauciores sunt numero Orationes aliorum, quos Ecclesia approbaverit. Primis enim illis temporibus, sive nocturnæ laudes, sive matutinæ, aliæque ex Psalmis juxta feriarum distinctionem, ex Scripturæ lectionibus, sive Evangeliorum, sive Epistolarum, quæ Officii nomen merito sortitæ sunt, præcipue constituebantur. Hinc Theodosii Magni Imperatoris tempore jussu Damasi Pontificis Hieronymus vir trium linguarum peritissimus in ordinem quemdam redegit officium, præscriptis ad singulas ferias Psalmis, & Epistolis, et Evangeliis, quod sane ab ipso Pontifice approbatum fuisse liquido constat. Guliel. Durandus lib. VIII divin. offic. cap. 29. In Italia Sanctum fuisse Eleucadium Ravennæ Archiep. testatur Hieron. Rubeus Hist. Raven. lib. 2. ex monumento non multum antiquo.

In Codice IV. ejusdem Plutei Rubrica legitur antiquissima de Epistolarum lectiore juxta varios Anni dominicos dies; sicut in hoc V. Codice horæ distinguuntur nocturnæ, matutinæ, & vespertinæ. Antiquos diem, & noctem in quattuor. partes æquales inter se divisisse est exploratum, quarum singulæ ab ultima Hora inclusa nomen acciperet. Prima enim pars horarum primam, secundam, & tertiam continens *Tertia* dicebatur. Secunda horarum etiam trium quartæ, quintæ, & sextæ *Sexta*. Tertia septimæ, octavæ, & nonæ *Nona*. Quarta a decima usque ad duodecimam *Ultima*, & appellabatur *duodecima*: inque his horis Psalmodiæ dicebantur. Sed ne actum agere videar, consulat Lector eruditissimum Francolinum de temp. hor. canon. cap. 21.

B. Martyr tous Stephanus da quæsumus pro fidelibus tuis suffragator accedat, ut dum tibi bene sit placitus, pro nobis etiam possit audiri.

Majestatis tuæ clementiam suppliciter deprecamur Omnipotens, & Misericors Deus, ut sicut Unigeniti Filii agnitionem &c. Beatissimi Sacerdotis tui, & Martyris Apollinaris prædicatione populorum corda infudisti, ita ipsius opitulantibus meritis fidei stabilitate firmentur.


Deus cujus charitatis amore B. Laurentius edaces incendii flammas contempto persecutore devicit, concede, ut omnes, qui martyris ejus merita veneramur, protectionis tuæ auxilio muniamur.

Majestatem tuam Domine suppliciter deprecamur, ut sicut nos jugiter B. Gregorii commemoratione lætificas, ita semper supplicatione defendas.

Sanctus tuus Nicolaus Confessor & Pontifex sua nos quæsumus intercessione lætificet, & pia nos faciat commemoratione gaudere.

Omnipotens sempiterne Deus, qui nos omnium Sanctorum tuorum multiplici facis commemoratione gaudere, concede quæsumus, ut sicut illorum commemoratione temporali gratulemur officio, ita perpetuo lætemur aspectu.

F I N I S.



BI-

BIBLIOTHECÆ MALATESTIANÆ

ANECDOTA ET ALIA CAPUT SECUNDUM

PLUTEI XXIII. IN CODICE VI.

Ante Avicennæ, aliorumque Opera hæ ſunt Plinii Epiſtolæ antiquo charactere exſcriptæ.

PLINIUS NANIO MAXIMO

NUnptiarunt mihi Quintum Fannium deceſſiſſe, qui nunptius gravi me dolore confundit; primum quia amavi hominem elegantem, diſertum, deinque judicio ejus uti ſolebam. Erat enim natura acutus, uſu exercitatus, veritate promptiſſimus. Augit me ſuper iſta caſus ipſius; deceſſit veteri Teſtamento; obmiſit quos maxime diligebat, proſequutus eſt, quibus offenſior erat. Sed hoc utcumque tolerabile; gravius illud, quod pulcherrimum opus imperfectum reliquit. Quamvis enim agendis cauſis diſtringeretur, ſcribebat tamen exitus occiſorum, aut relegatorum a Nerone, & jam tres libros abſolverat ſubtiles, & diligentes, & latinos, atque inter ſermonem, hiſtoriamque medios, ac tanto magis reliquos perficere cupiebat, quanto *frequentius hi* lectitabantur. Mihi autem videtur acerba ſemper immatura mors eorum, qui immortale aliquid parant. Nam qui voluptatibus dediti quaſi in diem vivunt, vivendi cauſas quotidie finiunt. Qui vero poſteros cogitant, & memoriam ſuis operibus extendunt, iis nulla mors non repentina eſt, utque ſemper inchoatum aliquid abrumpat. Caii Facii Fannius quidem, quod accidit, multo ante præſenſit. Viſus eſt ſibi per nocturnam quietem jacere in lectulo ſuo compoſitus in habitu ſtudentis, habere ante ſe ſcrinium (ita ſolebat) mox imaginatus venire Neronem, in Toro ſediſſe, prompſiſſe primum librum, quem de ſceleribus ejus ediderat, eumque ad extremum volviſſe; idem in ſecundo ac tertio feciſſe, tunc abiiſſe. Expavit, & ſic interpretatus eſt tanquam ibi ſibi futurus eſſet ſcribendi finis, qui fuiſſet illi legendi. Et fuit idem, quod me recordantem miſeratio ſubit, quantum vigiliarum, quantum laboris exhauſerit fruſtra. Occurſant animo mea mortalitas, mea ſcripta, nec dubito te quoque eadem excogitatione terreri pro iſtis, quæ inter manus habes: proinde dum ſuppetit vita, enitamur ut mors quam pauciſſima quæ abolere poſſit, inveniat. Vale. (a)

(*a*) In bis excribendis Epiſtolis Librarius nullis ferme interpunctis, atque lineolis eſt uſus, quæ claritatem quammaxime lectioni adſerunt: licet tamen abbreviaturis intricatioribus abundent, eam a nobis traditam ſinceram lectionem eſſe putamus. Epiſtola Plinii ad Nannium Maximum ea eſt, quæ occurrit lib. V. pag. 295. in Editione antiqua an. MDCXXV. apud Petrum, & Jacobum Covet, & etiam in eximia illa Editio. Lugd., & Roterd. ex officina Naekiana 1665 notis. IS. Cauſaboni, Jani Gruteri, H. Stephani, Auguſti Buchneri. Hac etiam in Epiſtola eſt attendendum, adverbium *frequentius*, & pronomen *hi* interjectam habere lineolam inſtar ſpiræ perpendicularem, quæ ad margines utrobique iteratur cum his litteris *N.* ideſt nomina illorum, qui opera Fannii lectitabat.

PLINIUS DETIO CLEMENTI

Sedeo pro Tribunali ideſt, ſubnoto libellos, Conficio tabulas, Scribo plurimas, ſed illiteratiſſimas literas, (b)

IDEM FABIO IVSTO

Olim mihi nullas epiſtolas mittis. Nihil eſt, inquis, vel inquies denique, quod ſcribam. At ipſum ſcribe: nihil eſſe, quod ſcribas: vel ſolum illud, unde priores incipere ſolebant. Si vales, bene eſt, ego valeo; hoc mihi ſufficit. Eſt mihi maximum. Ludere me putas: fac ſciam, quid agas, quia ſine ſollicitudine multa neſcire non poſſum.



PLU.

(b) Fragmentum ad Decium Clementem extat ea in epiſtola lib. I, pag. 25. Editionis antiquæ paulo ante enutiatæ. Epiſtolas has dedimus, quod in pluribus lectionibus ab editis libris diſcrepent, & voces alicubi plures habeant. Aliquam fortaſſe Criticis utilitatem diverſitates hæ lectionum afferent.

PLUTEI XXIV. IN CODICE I.

Indiculus Hieronymi de Hæresibus Judæorum, qui inter Opera Isidoriana ejusdem Codicis reperitur. (a)

„ Prima. Esnei dicunt, Christum docuisse illos omnem abstinentiam.

„ Secunda. Galilei dicunt. Christum venisse & docuisse eos ne dicerent Do„ minum Cæsarem neque ejus monitis uterentur.

„ Tertia, Marbonei dicunt, ipsum esse Christum qui docuit illos in omni re „ se baptizare.

„ Quarta. Pharisei negant Christum venisse, nec ulla in rebus prædictis com„ municant.

„ Quinta. Sadducei negant resurrectionem dicentes; dictum est in Genesi ad „ Adam. Terra es & in terram ibis.

„ Sexta. Genistæ præsumunt quoniam de genere Abrahæ sunt.

„ Septima. Meristæ separant Scripturas non credentes omnibus Prophetis di„ centes aliis & aliis spiritualibus illos prophetasse.

„ Octava. Samaritæ qui in loco Israel captivo & adducto in Babylonia trans„ lati sunt. Venientes inter regionem Samariæ ex parte Israelitarum consuetudi„ nem quam per Sacerdotem reductum didicerunt tenent ex patre gentilem, quam „ in nativitatis suæ terram habuerunt, nam in observationibus suis a Judeis omni„ no separantur, quorum superstitio procul dubio omnibus nota est.

„ Nona. Herodiani temporibus Salvatoris hæc hæresis exsurrexit. Hii Hero„ dem magnificabant dicentes ipsum esse Christum.

„ Decima. Hemerobaptistæ qui quotidie corpora sua & domum & suppelle„ ctilem lavant. (b)

Expli-

(*a*) In hoc Indice scripturam ipsius Codicis exacte in omnibus imitati sumus, etsi puncta præpostere in eo locata sint, quæ imperfectum, ac confusum sermonis sensum reddunt, neque proprias, ut opus est, lineolas habeat, quæ lectioni claritatem adserunt, neque Ortographiæ leges servet. Ne tamen nimii simus, historiam tantum hæresum Judæorum ex eo damus; deinde priora, & posteriora tantum capita, & hæresum Christianorum historiam cum indicatione compendiosa aliorum Hæreticorum.

(*b*) Hoc opusculum tam in veteribus, quam in recentioribus Hieronymianorum Operum editionibus, & in illa præsertim, quam nuper Cl. Vallarsius ingenti studio, & solertia curavit, diu multumque quæsivi, sed frustra. Id mihi in caussa fuit, ut Hieronymo adcensere non ausim, nec putem aliter quempiam posse opinari, cui sana mens sit. Si tamen quid ipse sentiam expostules, accipe. Hieronymus in Dialogo adversus Luciferianos memoratæ Vallarsianæ editionis Tom. 2. pag. 197. §. 23. hæc habet. *Taceo de Judaismi hæreticis, qui ante adventum Christi legem traditam dissiparunt: quod Dositheus Samaritanorum Princeps Prophetas repudiarit: quod Sadducæi ex illius radice nascentes, etiam resurrectionem carnis negaverunt: quod Pharisæi a Judæis divisi propter quasdam observationes superfluas, nomen quoque a dissidio susceperunt: quod Herodiani Herodem Regem suscepere pro Christo.* Nunc invicem confer quæ in prima hujusce nostri Indiculi parte leguntur de hæresibus Judæorum, & comperies, si minus omnes, permultos illarum hæresum Auctores eosdem esse, easdemque pænitus hæreses, & quidem eisdem pene verbis utrobique descriptas, nempe & in Dialogo adversus Luciferianos, & in Indiculo hoc nostro. Quamobrem cum res sic se habeat, prono alveo fluere videtur opus, si non Hieronymo, alicui tamen tribuendum, qui ex Hieronymi fonte combiberit; & quoniam magna ex parte familiarem Hieronymi stylum, quisquis sit Auctor, affecutus videtur, forte ob hanc causam opusculo inscriptum est nomen Doctoris maximi. Haud nesciunt Critici non tantum Hieronymo, sed & aliis SS. Patribus non semel contigisse, ac præcipue Augustino, cui inter cætera *opus de Spiritu, & Anima* assutum fuerat, sane non aliam ob caussam, uti dilucide ostendunt PP. Benedictini in Apendice ad Tom. VI. Parisiens. Editionis Operum S. Doctoris.

Explicit Indiculus Hieronymi; postea sequirur Isidorus de hæresibus Christianorum: deinde redit Hieronymus de Hæresibus.

„ Prima . Simon quidam Magus qui induxit hæresim novam dicens. Esse virtutem „ cæleſtem; & universas creaturas, quæ sunt non esse a Deo factas sed a virtute „ quadam superna. Ideoque se descendisse, inquit, ut ovem salvaret perditam. Chri- „ stum autem apud Judeos non esse passum. hic est Simon, cui Petrus in Actibus „ Apostolorum maledixit. Menander. & Saturninus idem dixerunt.

„ Secunda. Basilidis dixit de ingenito soli Deo sensum a sensu. verbum „ a verbo. prudentiam a prudentia. virtutem a virtute. Sapientia ex qua princi- „ patus. & initia. & potestates. & Angeli qui fecerant CCCLXV. Cælos. A Cæ- „ lo autem novissimo facta esse universa. hanc creaturam. & quæ in ea est, ho- „ minem. Partitos autem esse Angelos per gentes universas, e quibus unus sit Deus „ Judeorum qui partem accepit per genus Hæbreorum, qui de terra Egypti eduxit „ illos de servitute. Hinc Angelus protervitate sua exaltavit se super cæteros An- „ gelos, & partem eorum volebat sibi usurpare, & cæteros populos subditos facere „ Judeis. Unde & cæteri Angeli irati bella contra illos suscitaverunt, & extirpa- „ verunt civitates eorum & dispersserunt totum populum eorum. Deinde dicunt „ Jesum non esse passum, sed Simonem Cyreneum, qui angariatus Crucem illius „ sustulit. Contra hunc Agrippa cognomento Castoris vir valde doctus scribit præ- „ dicens universa ejus Misteria, & Prophetas enumerans *barcobam*, & *barcob* ad ter- „ rorem audientium. Alia etiam barbara nomina religione composita non tacens „ etiam Deum Maximum *Habraxas* quasi annum continens si juxta græcorum „ numerum computetur.

„ Tertia. Nicolaus Diaconus fuit Ecclesiæ Hierosolimitanæ, qui cum Stepha- „ no, & ceteris constitutus est a Petro propter viduas, qui transgressus veritatem „ cæpit hoc docere, & dicere. Erant tenebræ, & profundum in aqua, & spiritus „ qui separat se a tenebris a profundo, & aqua, & ab his aliæ prodierunt. IIII „ virtutes, quæ fecerunt Dominum, & Demonem, & vocat illas dexteras, & si- „ nistras.

„ Nam qui vocabulum illius imposuit *Barbilon*, & *prunica*, & *jaldabaon*, & „ *caulacau*. Spiritum autem hæresim appellans. Dicit ad Ecclesiam, sed hoc habes, „ quæ odisti facta Nicolaitarum, quos & ego odi. Multa etiam docent absque di- „ scretione facere; & immolata Idolis vesci, & in templis esse, & publice omnia „ communiter agere. Ostia inquit erant *aeon* quidam, qui vocabatur *jaldabath* „ missus a *prunica* quandam matre, quippe facit sibi filios VII., & illi fecerunt se- „ ptem Cælos; supra ipse jaldabath pedes habebat, quo ignorante fecerunt septem „ filii hominem, sed non consumatum. Erat enim ut serpens sicut vermis volveba- „ tur. Itaque supra matrem volens evacuare virtutem *jaldabath*. Operata est scin- „ tillam virtutis. descenderunt in hominem, & continuo erexit eum, ut staret in „ pedibus suis.

„ Statimque homo sensu suo superascendit septem Cælos, & honorem dedit „ super tria *aeoni*. Qui cognito *jaldabath* dolore ductus, quia sine consilio suo hoc „ esset actum. Respiciens ad cæteram substantiam genuit serpentem, qui seduxit „ mulierem, & suasit illam gustare lignum scentiæ. obbedivit enim ei, quasi filio „ Dei.

„ Quarta. Ositæ; hii sunt, qui hunc serpentem colunt, & adorant dicentes „ ipsum duxisse virtutes. cognitionem. & ipse illis eucharistiam sanctificat composi- „ tis enim panibus convocat eum de spelunca sua, & illum convolvat se circa panes, „ linguaque contingens oblationes consecrat illis panes perditionis.

„ Quinta. Marcionitæ Deum Patrem abnegant dicentes, alium esse Creatura- „ rum conditorem, & factorem malorum. Esse autem alium Deum bonum & pium qui solas animas suscepit credentium eum.

„ Quam

„ Quem in summa parte Cæli tanquam in aliquo solario sedentem. aut dimit-
„ tere animas viventes, aut expectare redeuntes. & illum quidem justum. & re-
„ tributorem factorum hunc autem misericordem, & indultorem peccatorum In-
„ carnationi Filii Dei contradicunt volentes illum phantasma habuisse. non carnem.

„ Sexta Manichei duas naturas & substantias unam bonam, alteram malam
„ dicunt. & *cao* quinque contrarias prodiisse virtutes. has dicunt esse quinque dies
„ malignos. duas bonas adserunt Solis & Lunæ, quas dicunt supernam esse substantiam.
„ Propterea adserunt has ex Deo quasi ex aliquo fonte manare. aut certe progredien-
„ tes ex Deo lumen veluti fluminis alveum sibi facere aquæ. Inde quasi ad
„ mensuram parilium animarum prodire substantiam & ibi quidem in superno fon-
„ te veluti divini fluminis alveo universaliter mixta omnia & cum Deo habere
„ naturam. Hujus luminis particula detenta quondam a tenebris velle Deum
„ liberare, quam dicunt margaritam. Vetus respuunt testamentum. novum recipiunt.
„ ex parte blasphemant Prophetas utentes secundum pravitates, Omnes quotquot an-
„ te me venerunt fures sunt, & latrones.

Deinde de *Gnosticorum hæresi*, ejusque execrandorum mysteriorum divisione.

De Valentini erroribus ejusque deliriis.

De *Cainianis* & *Judæis*, qui Cain sanctificant, deque *Setbitis*.

De *Carpocrate*, *Cerinsbio*, & *Hebione*.

De *Stoicis*, *Peripateticis*, & *Acbate*, qui hoc peculiare habent in suis myste-riis, quod nudis in sua Ecclesia dicuntur orare corporibus, utentes hoc testimonio, Adam, & Evam in Paradiso nudos suisse.

De *Platonicis*, *Epicuræis*, *Setbianis*, *Appellitis*.

De *Severianistis*.

De *Catbafricis*.

De *Astositis*.

De *Elvidianis*.

De *Jovinianis*.

De *Antropomorfitis*.

De *Heraclitis*.

De *Luciferianis*.

De *Sabellianis*.

De *Apollinaristis*.

De *Paulianistis*.

De *Macedonianis*.

De *Miliastis*.

De *Donatistis*.

De *Circumcellionistis*.

De *Novatianis*.

De *Montesibus*.

De *Arianis*.

Ne multis Lectorem teneam, perstrinxi quæ de indicatis hæresibus Autor il-lius Indicis distincte exponit; quæ autem ad ipsius finem occurrunt fideliter exscribo.

„ Eotinus de gallo græcia Marcelli discipulus semi-Episcopus fuit. hic Ebionis
„ hæresim restaurare conatus est, quæ dicit Christum a Maria per Joseph nuptiali
„ coitu fuisse conceptum. huic Berillus Arabiæ Episcopus fuit quondam in perver-
„ sitate consimilis, eo quia Christum ante incarnationem negabat, sed postea ab Ori-
„ gene correctus est. Nam extant ejus epistolæ ad Origenem factæ, in quibus con-
„ gratulatur se ab eodem fuisse correctum.

„ Eunomius artificio diaboli subtilior Ario, non solum hæresim ipsius perfidiæ.
„ Sed alterius professionis induxit dicens. non ex alio Filii esse substantiam. neque
„ creaturam Dei esse perfectam. sed ex ipsa Patris substantia Filii esse substantiam

„ splen-

„ ſplendorem luminis non ipſum lumen & imaginem Dei. non ipſum Deum, „ non videntes per impietatem ſuam. Ipſi etiam negare, quæ credunt cum enim „ ſubſtantiam confiteantur in filio. ibi ex ipſa ſubſtantia minor aliquid quod eſt „ ipſa ſubſtantia confitentur. damnant ipſam quam a ſua minorem volunt eſſe ſub- „ ſtantiam. *Hucuſque Hieronymus*. Dein Iſidorus (c)



BI-

(c) Non præter rem nos ſentire ea conducunt, quæ etiam ad Chriſtianorum hæreſes pertinent, ſi quæ ſunt in Codice conſeramus cum iis, quæ in prædicto Dialogo adverſus Luciſerianos ſcribit Hieronymus, & multa Indici, quo de agimus, conſimilia inveniemus. Conſideremus, obſecro, ea quæ de ſecunda Baſilidis hæreſi ſunt modo a nobis edita, & ferme eadem reperiemus ab Hieronymo eodem laudato in loco ſcripta; ait namque. *Tunc Simon Magus & Manander diſcipulus ejus Dei ſe aſſeruere virtutes: tum Baſilides ſummum Deum Abraxas cum tercentis ſexaginta quinque Editionibus commentatus eſt*. Jam vero *Editiones* ſunt Virtutes, Principes, & Angeli, quos in 365 juxta cælorum numerum Baſilides diſtribuebat (cælos enim 365. fingebat eſſe) ſicque appellare illi placuit orbes, quos motu diurno ſol percurrit. Summus horum Deus, & Princeps erat *Abraxas*, quod nomen hunc ipſum numerum ſuis litteris exhibet. Hæc autem quis non videt in contextu noſtri Indicis ea eſſe clare explicata, & ex Hieronymo excerpta? In eo leguntur barbara quædam nomina, atque ex iis, quæ ſunt in Sacris Scripturis, hoſtes Chriſtianæ, & Catholicæ Fidei chimerice exhauſiſſe impia deliria ſua, Index oſtendit; hoc & indicavit idem S. Pater, dum in fine ejuſdem Dialogi ſcribit. *Sicubi audieris eos, qui dicuntur Chriſti, non a Domino Jeſu Chriſto, ſed a quoquam alio nuncupari, ut puta Marcionitas, Valentinianos, Montenſes, ſive Campitas: ſcito non Eccleſiam Chriſti, ſed Antichriſti eſſe Synagogam. Ex hoc enim ipſo, quod poſtea inſtituti ſunt, eos ſe eſſe judicant, quos futuros Apoſtolus prænunciavit. Nec ſibi blandiantur, ſi de Scripturarum appellationibus videntur ſibi affirmare, quæ dicunt, quum & diabolus de ſcripturis aliqua ſit loquutus, & ſcripturæ non in legendo conſiſtant, ſed in intelligendo*. Ne plura perſequar, legeſis Librum ejuſdem S. Hieronymi de *Viris illuſtribus*, & invenies hujus Indicis Auctorem non ſenſu tantum, ſed iiſdem verbis identidem, quibus Hieronymus, uſum fuiſſe in recenſendis Hæreticorum nominibus, eorumque erroribus. Utinam apud me haberem, vel in Bibliothecis invenirem hujus libelli editionem a Claudio Menandro Pariſiis 1617. factam, cui Claudio exemplar aliud ejuſdem Opuſculi noſtra in Bibliotheca exiſtens non innotuerat; ſane editionem cum Codice noſtro conſerrem, ut ſi qua eſſet lectionum diverſitas, aperte dignoſceretur. Miror admodum, Editores operum omnium S. Doctoris, qui & germana S. Hieronymi Opera, & apocrypha ſub ipſius nomine vulgata collegerunt, de hoc indice nullam facere mentionem. Hæc etiam in cauſſa fuere, ut compendioſam multorum Hæreticorum indicationem dederim.

BIBLIOTHECÆ MALATESTIANÆ

ANECDOTA ET ALIA CAPUT TERTIUM

Græcæ Rubricæ, quarum altera extat in Codice IV. Plutei XXVII. altera vero in Codice II. Plutei XXIX, in latinum redditæ ab erudito, & linguæ græcæ perito P. M. FRANCISCO Contarino Ordinis mei.

Ea, quæ eſt Codicis IV.

In Sancta, & magna Dominica Paſchatis ex Evangelio ſecundum Joannem.

Secunda Diakineſimi (rectius Diakaineſimi) (a) ſecundum Joannem.

Tertia Diakineſimi ſecundum Lucam.

Quarta Diakineſimi ſecundum Joannem

Finis (Evangelii) in memoria S. Andreæ Apoſtoli (in Margine)

Quinta Diakineſimi ſecundum Joannem

Paraſceve Diakineſimi ſecundum Joannem

Sabbato Diakineſimi ſecundum Joannem

Dominica Anti-Paſchatis ſecundum Joannem.

Finis (Evangelii) Magnæ Dominicæ Paſchatis

Ea, quæ eſt Codicis II. Selectio Sanctorum Evangeliorum de Tempore.

In Sancta Reſurrectione Magni Dei, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti ſecundum Joannem.

Secunda Diakineſimi ſecundum Joannem.

Tertia Diakineſimi ſecundum Lucam

Quarta Diakineſimi ſecundum Joannem

Idem (legitur) & in memoria S. Apoſtoli Andreæ

Quinta Diakineſimi ſecundum Joannem.

Sexta Diakineſimi ſecundum Joannem.

Sabbato Diakineſimi ſecundum Joannem.

Dominica diei Lamprophori. (b)

Dominica ſecunda ſecundum Joannem.

Secunda ſecundæ Hebdomadæ ſecundum Joannem.

Tertia ſecundæ Hebdomadæ ſecundum Joannem.

Idem legitur et in adoratione pretioſorum Lignorum.

Quarta ſecundæ Hebdomadæ ſecundum Joannem.

Quinta ſecundæ Hebdomadæ ſecundum Joannem.

Sexta ſecundæ Hebdomadæ ſecundum Joannem.

Z Sab-

Utraſque rituales liturgias ſimul, etſi inuſitate, heic in duas columnas damus, ut citius earum diverſitas appareat, & ſi quidpiam in iis notatu dignum reperitur, facilius deprehendatur. Lectores tamen eruditos mirari nolim, ſi in his verſionibus pleraſque voces viderint, quæ minime latinæ ſunt; voces enim ſunt liturgicæ, quæ vel nullo modo, vel non niſi inepte in latinum verti poſſunt.

(a) Diakineſimi nomen commotionem, & excitationem ſignificat, ſed ſecundum liturgicos Expoſitores *renovationem* rectius exprimit. Græci etenim Septimanam Paſchæ ſequentem ἑβδομάδα διαχαινήσιμον. *Septimanam renovationis*, & Dominicam, quam vocamus in Albis, quæ ſeptimanam διαχαινήσιμον claudit, illi appellant ἀντὶ πάσχα, καινὴ ἢ νέαν κυριακήν. Hoc confirmat Codinus cum ſcribat cap. 14 de Officiis aulæ CP, num. 19., legitur ibi. *Feria quinta ſeptimanæ*, quam vocant διακαινήσιμον *renovationis* abiit Patriarcha in Palatium cum Epiſcopis, & Eccleſiæ Primoribus & thuris ſuffitu honorat Imperatorem; deinde tradit thuribulum Archidiacono. Ipſe vero accedens benedicit, & oſculatur Imperatorem in ore, eodemque modo oſculum ab Imperatore &c. Vide Commen. de ſacris ordinibus Joannis Morini parte II. pag. 245.

(b) *Lamprophori*, ideſt *ferentis ſplendorem*

Codicis IV.

Quarta Mediæ Pentecoſtes ſecundum Joannem.

Codicis II.

Sabbato ſecundæ Hebdomadæ ſecundum Joannem.

Dominica tertia; Memoria Joſeph ab Arimathæa, & SS. Mulierum ferentium unguenta ſecundum Marcum

Secunda tertiæ Hebdomadæ ſecundum Joannem.

Tertia tertiæ Hebdomadæ ſecundum Joannem.

Quarta tertiæ Hebdomadæ ſecundum Joannem.

Quinta tertiæ Hebdomadæ ſecundum Joannem.

Sexta tertiæ Hebdomadæ ſecundum Joannem.

Idem legitur & ad dormientes. (c)

Sabbato tertiæ Hebdomadæ ſecundum Joannem.

Dominica quarta ſecundum Joannem

Secunda quartæ Hebdomadæ ſecundum Joannem.

Tertia quartæ Hebdomadæ ſecundum Joannem.

Quarta quartæ Hebdomadæ, ideſt media-Pentecoſtes ſecundum Joannem.

Quinta quartæ Hebdomadæ ſecundum Joannem.

Sexta quartæ Hebdomadæ ſecundum Joannem.

Sabbato quartæ Hebdomadæ ſecundum Joannem.

Dominica quintæ Hebdo. Samaritidis ſecundum Joannem.

Secunda quintæ Hebdomadæ ſecundum Joannem.

Tertia quintæ Hebdomadæ ſecundum Joannem.

Quarta quintæ Hebdomadæ ſecundum Joannem.

Quinta quintæ Hebdomadæ ſecundum Joannem.

Sexta quintæ Hebdomadæ ſecundum Joannem.

Sabbato quintæ Hebdomadæ ſecundum Joannem.

In margine, *Finis Paraſceve*.

Dominica ſextæ Hebdomadæ ſecundum Joannem.

Se-

(c) *Ad dormientes*, hoc eſt *mortuos*.

Codice IV.	Codice II.
	Secunda sextæ Hebdomadæ secundum Joannem.
	Hoc idem legitur et in adoratione pretiosorum lignorum.
	Tertia sextæ Hebdomadæ secundum Joannem.
	Et in Exaltationis vigilia: *dixit Jesus, qui diligit animam*.
	Quarta sextæ Hebdomadæ secundum Joannem.
Quinta Ascensionis secundum Marcum.	Quinta sextæ Hebdomadæ secundum Joannem.
Ad Liturgiam secundum Lucam.	Idem etiam legitur ad surrectionem matutinam.
	Sexta sextæ Hebdomadæ secundum Joannem.
	Sabbato sextæ Hebdomadæ secundum Joannem.
Dominica SS. Patrum secundum Joannem.	Dominica septima SS. PP. Nicænorum centum decem, & octo secundum Joannem.
	Secunda Pentecostes secundum Joannem.
	Tertia post Pentecosten secundum Joannem.
	Quarta Pentecostes secundum Joannem.
	Idem ipsum legitur & in memoria S. Acacii Episcopi, & SS. Martyrum Probi, Tarachi, & Andronici.
	Quinta Pentecostes secundum Joannem.
	Parasceve Pentecostes secundum Joannem.
	Hoc idem legitur in surrectione matutina & in memoria S. Apostoli, & Theologi Joannis.
Sabbato Pentecostes secundum Joannem.	Sabbato Pentecostes secundum Joannem.
Sancta Dominica Pentecostes secundum Joannem.	Dominica Pentecostes ad Liturgiam secundum Joannem.
Postridie Pentecostes secundum Matthæum.	Secunda post Pentecosten (postridie Pentecostes) secundum Matthæum.
	Hæc sunt Evangelia, quæ recitat Magna Ecclesia usque ad omnes Sanctos. Postridie Pentecostes, secunda die legitur. *Dixit Dominus, videte ne contemnatis &c.*
	Alia vero sunt hæc.
	Tertia post Pentecosten secundum Matthæum.
	Quarta post Pentecosten secundum Matthæum.
	Quinta post Pentecosten secundum Matthæum.

Codicis IV.

Dominica Sanctorum omnium secundum Matthæum. Reliqua Evangelia de tempore in hoc Codice desiderantur, & apposita sunt sequentia.

Dominica carnis privii secundum Matthæum.

Dominica esus casei (d) secundum Matthæum.

Sabbato Jejuniorum, & Sancti Magni Martyris Theodori secundum Marcum.

Dominica prima Jejuniorum: quære quartam Diakinesimi.

Sabbato Lazari (e) secundum Joannem.

Dominica Palmarum ad diluculum secundum Matthæum.

Ad Liturgiam secundum Joannem.

Sancta, & Magna quinta Feria Hebdomadæ Sanctæ ad Liturgiam secundum Matthæum.

Evangelium Sanctarum Passionum Domini, & Dei, & Salvatoris nostri Jesu Christi ex Evangelio secundum Joannem. *Dixit Jesus discipulis suis nunc glorificatus est Filius hominis, & Deus glorificatus est in ipso &c.*

Sancta & Magna Parasceves ad Liturgiam secundum Matthæum.

Sancto & Magno Sabbato ad diluculum secundum Matthæum.

Ad Liturgiam secundum Matthæum.

Codicis II.

Parasceve post Pentecosten secundum Matthæum.

Sabbato post Pentecosten secundum Matthæum.

Dominica prima Sanctorum omnium secundum Matthæum.

Sabbato secundo secundum Matthæum.
Dominica secunda secundum Matthæum.
Sabbato tertio secundum Matthæum.
Dominica tertia secundum Matthæum.

Idem legitur super infirmos.

Sabbato quarto secundum Matthæum.

Dominica quarta secundum Matthæum.
Idem legitur pro Sancto Matthæo Apostolo.
Sabbato quinto secundum Matthæum.
Dominica quinta secundum Matthæum.
Sabbato sexto secundum Matthæum.
Dominica sexta secundum Matthæum.
Idem & in Sabbato ante Exaltationem; similiter & ad Sanctos Coronatum, & Scimachum.
Sabbato septimo secundum Matthæum.
Dominica septima secundum Matthæum.
Sabbato octavo secundum Matthæum.
Dominica octava secundum Matthæum.
Sabbato nono secundum Matthæum.
Dominica nona secundum Matthæum.
Sabbato decimo secundum Matthæum.
Dominica decima secundum Matthæum.
Sabbato undecimo secundum Matthæum.
Dominica undecima secundum Matthæum.
Sabbato duodecimo secundum Matthæum.
Dominica duodecima secundum Matthæum.
Sabbato decimo tertio secundum Matthæum.
Idem legitur & in memoria S. Protomartyris Stephani.
Dominica decima tertia secundum Matthæum.
Sabbato decimo quarto secundum Matthæum.
Dominica decima quarta secundum Matthæum.

Sab-

(d) Moris erat apud Græcos diebus præcedentibus Dominicam Sexagesimæ carnes non manducare; diebus vero præcedentibus Dominicam Quinquagesimæ ova, & caseum edere.

(e) Dominica prima Jejuniorum est prima Dominica Quadragesimæ, & Sabbatum Lazari est illud, quod anteit Dominicam Palmarum.

Codicis IV. Codicis II.

Sabbato decimo quinto fecundum Matthæum.
Dominica decima quinta fecundum Matthæum..
Sabbato decimo quinto fecundum Matthæum.
Dominica decima quinta fecundum Matthæum.
Sabbato decimo fexto fecundum Matthæum.
Dominica decima fexta fecundum Matthæum.
Sabbato decimo feptimo fecundum Matthæum.
Quære in 17 Septembris Menfis. Finis. *Filius hominis venit.*
Dominica decima feptima legis quale vis.

Sabbato primo	fecundum Lucam.
Dominica prima	fecundum Lucam.
Sabbato fecundo	fecundum Lucam.
Dominica fecunda	fecundum Lucam.
Sabbato tertio	fecundum Lucam.
Dominica tertia	fecundum Lucam.
Sabbato quarto	fecundum Lucam.
Dominica quarta	fecundum Lucam..
Sabbato quinto	fecundum Lucam.
Dominica quinta	fecundum Lucam.
Sabbato fexto	fecundum Lucam.
Dominica fexta	fecundum Lucam.
Sabbato feptimo	fecundum Lucam.
Dominica feptima	fecundum Lucam.
Sabbato octavo	fecundum Lucam.
Dominica octava	fecundum Lucam.
Sabbato nono	fecundum Lucam.
Dominica nona	fecundum Lucam.
Sabbato decimo	fecundum Lucam.
Dominica decima	fecundum Lucam.
Sabbato undecimo	fecundum Lucam.

Idem vero legitur & Dominica Sanctorum primorum Patrum.

Dominica undecima	fecundum Lucam.
Sabbato duodecimo	fecundum Lucam.
Dominica duodecima	fecundum Lucam.
Sabbato decimo tertio	fecundum Lucam.
Dominica decima tertia	fecundum Lucam.
Sabbato decimo quarto	fecundum Lucam.
Dominica decima quarta	fecundum Lucam.
Sabbato decimo quinto	fecundum Lucam.
Dominica decima quinta	fecundum Lucam.
Sabbato decimo fexto	fecundum Lucam.

Do-

Codicis IV.

Mense Septembrio.

Prima Principium Indicti, & memoria S. Simeonis Stylitæ (f) secundum Lucam.

Sexta Principis Militiæ Michael quære Novembrio 8.

Octava Nativitas Præsanctæ Dei Genitricis. ad diluculum secundum Lucam.
ad Liturgiam secundum Lucam.

Codicis II.

Dominica decima sexta secundum Lucam.
Sabbato decimo septimo secundum Lucam.
Dominica decima septima in Pharisæum, & Publicanum secundum Lucam.
Dominica in Prodigum secundum Lucam.
Sabbato carnisprivii secundum Matthæum.
Dominica carnisprivii secundum Matthæum
Sabbato esus-casei secundum Matthæum.
Dominica esus-casei secundum Matthæum.

Mense Septembrio.

Prima Principium Indicti, & Sancti Simeonis Stylitæ secundum Lucam.
Secunda Sancti Martyris Mamantis, & Sancti Patris nostri Jejunatoris secundum Joannem.
Tertia Sancti Martyris Anthimi, & Sancti Theoctisti secundum Joannem.
Quarta S. Sacro-Martyris Babyla, & Infantium, scriptum est supra, Sabbato 10. secundum Lucam.
Quinta S. Prophetæ Zachariæ secundum Matthæum.
Sexta S. Eudoxii, & Sociorum secundum Marcum.
Septima In S. Martyrem Christi Sozonta secundum Lucam. *Dixit Dominus cavete ab hominibus*: quære in 20 die Mensis Augusti.
Octava in Nativitate Deiparæ ad crepusculum matutinum secundum Lucam.
Ad Liturgiam Evangelium secundum Lucam.
Nona Sanctorum, & Justorum Joachim, & Annæ. Quære Sabbatum sextum secundum Lucam.
Decima ad Adorationem pretiosorum Lignorum Evangelium: quære 7 secundæ Hebdomadæ secundum Joannem.
Undecima ad Adorationem pretiosorum Lignorum Evangelium secundum Matthæum.
Eodem die in S. Theodoram: quære 8 hujus mensis.
Duodecima In Adorationem pretiosorum Lignorum.
Eodem die in S. Antonomum, & Coronatum: quære Septembri ad 20. *In illo*

(f) Apud Græcos prima Septembris dies est initium Indicationis, & novi Anni; diesque celebratur festivus S. Simeonis Stylitæ.

Codicis IV.	Codicis II.
	lo tempore collegerunt Principes, & Pharisæi Concilium adversus Jesum dicentes: quære 2. sextæ Hebdomadæ.
	Decima tertia In vigilia Exaltationis secundum Joaonem. *Dixit Dominus, qui diligit Animam* &c. quære tertiam 6. Hebdomadæ post medium.
	Eadem die in S. Petrum κείμει ἐκοῖ το λέιψαν in S. Alyp.: quære Octobri 21.
	Sabbato aote Exaltationem Evangelium secundum Matthæum. *Dixit Dominus, qui diligit Patrem & Matrem plusquam me* &c.: quære Sabbat. 7. Matthæi.
	Dominica ante Exaltatıonem recitatur secundum Joaooem.
Decima quarta Exaltatio pretiosæ Crucis Ad diluculum secundum Joannem.	Decima quarta io Exaltatione pretiosæ Crucis ad diluculum secundum Joannem.
ad Liturgiam secuodum Joaooem.	Ad Liturgiam Evangelium secundum Joannem.
	Sabbato post Exaltationem Evangelium: quære Parasceve, quæ est media Paschatis (temporis Paschalis) secundum Joannem. *Ego vado*, & *quæretis me*.
	Dominica post Exaltationem; et memoria S. Simeon consanguioei Domini secundum Marcum.
	Decima quinta io S. Martyrem Nicetam Evangelium secundum Matthæum.
	Decima sexta S. Martyris Euphemiæ secuodum Lucam.
	Decima septima SS. Martyrum Sapieotiæ, Fidei, Spei, & Charitatis Evaogelium secundum Matthæum.
	Decima octava S. Theodotæ secuodum Lucam.
	Decima nona SS. Martyrum Trophimi, Dorymedootis, & Sabbatii: quære Dominicam SS. omnium.
	Vigesima in S. Martyrem Eustathium, & Sociorum secundum Lucam.
	Vigesima prima io S. Prophetam Jooam secundum Lucam.
	Vigesima secunda in S. Martyrem Phocam, & in S. Codratum secondum Lucam.
	Vigesima tertia in Conceptione Præcorsoris secuodom Lucam.
Vigesima quarta. Cooceptio S. Joaonis Præcursoris: quære Juoio 24.	Vigesima quarta S. Protomartyris Theclæ Evangelium: quære in 17 hujus Mensis secuodum Lucam.

Vi-

Codicis IV.

Vigesima sexta Transitus S. Apostoli, & Evangelistæ Joannis Theol. quære in Sab. Pentecostes.

Codicis II.

Vigesima quinta in supplicatione Bruchi (g) Evangelium. *Ingressus est Jesus in Navim* secundum Lucam.

Vigesima sexta in transitu Theologi S. Joannis Apostoli Evangelium secundum Joannem. *Manifestavit se ipsis Jesus*: quære Sab. Pentecostes.

Vigesima septima S. Epichareos secundum Lucam.

Vigesima octava S. Patris nostri Charithonis: quære in 20. Januarii Mensis infra.

Vigesima nona S. Patris nostri Cyriaci: quære in 21. Octobrii Mensis.

Trigesima S. Gregorii Magnæ Armeniæ secundum Matthæum.

Mense Octobrio.

Sexta S. Apostoli Thomæ: quære Dominicam Antipaschatis (octava Paschatis)

Mense Octobrio.

Prima S. Apostoli Ananiæ; & S. Romani: quære Evangelium in Septembrio 2.

Secunda SS. Cypriani, & Justinæ: quære Septembrio 3.

Tertia S. Dionysii Areopagitæ secundum Matthæum.

Quarta S. Hierothei: quære in 22. Septembris Mensis.

Quinta S. Mamelchtæ: quære Dominicam 10 Lucæ.

Sexta S. Apostoli Thomæ: quære Dominicam Antipaschatis (in Albis)

Septima SS. Martyrum Sergii, & Bacchi: quære in 20 Septembris mensis.

Octava S. Pelagiæ secundum Joannem.

Nona S. Apostoli Jacobi: quære Dominicam primam Lucæ.

Decima SS. Martyrum Eulampii, & Eulampiæ secundum Marcum.

Undecima Memoria SS. Patrum septimæ Synodi secundum Matthæum.

Eodem die S. Zonaidis secundum Marcum.

Duodecima SS. Martyrum Probi, Tharaci, & Andronici: quære in 20 Septembris mensis.

Decima tertia SS. Carpi, Papyli, & Sociorum secundum Matthæum.

Decima quarta S. Nazarii, & sociorum: quære in 21 ipsius Octobris mensis.

De-

(g) *in supplicatione Bruchi*: idest *contra Bruccos.*

Codicis IV.

Vigesima sexta S. Magni Martyris Demetrii secundum Matthæum.

Mense Novembrio.

Prima SS. Anargyrorum Cosmæ & Damiani secundum Matthæum.

Codicis II.

Decima quinta S. Luciani: quære in 3. ipsius Octobrii mensis.

Decima sexta S. Longini Centurionis, secundum Matthæum.

Decima septima S. Prophetæ Oseæ secundum Lucam.

Decima octava S. Apostoli Lucæ secundum Lucam.

Decima nona S. Prophetæ Joel: quære in 5 Septembris mensis; supra.

Vigesima S. Artemii, & Stephani; Andreæ, Pauli, & Petri novorum martyrum: quære Sabbatum 5. post Pascha. *Hæc præcipio &c.*

Vigesima prima S. Hilarionis secundum Lucam.

Vigesima secunda S. Abercii: quære Sabbatum Lucæ 11. *Ne timeat pusillus grex &c.*

Vigesima tertia S. Jacobi Fratris-Dei Evangelium secundum Matthæum.

Vigesima quarta S. Arethæ, & comitatus ipsius, (& sociorum): quære Dominicam 1. Matthæi SS. omnium.

Vigesima quinta SS. Notarion, Marciani, & Martyrii secundum Lucam.

Eadem die S. Pauli Confessoris. *Dixit Dominus, omnis, qui confitetur.*

Vigesima sexta In Terræmotum, & S. Magni Martyris Demetrii secundum Matthæum.

Vigesima septima Præcursoris depositio Capitis secundum Lucam.

Vigesima octava SS. Anargyrorum (h) Cosmæ, & Damiani Romanorum: quære Sab. 5. Lucæ.

Vigesima nona SS. Terentii, & Neonillæ, & S. Piæ-Martyris Anastasiæ Romanæ: quære in 10 ipsius Octobris mensis.

Trigesima SS. Zenobii, & Zenobiæ, & Cyriaci Patriarchæ: quære in 3 Septembris.

Trigesima prima S. Epimachi: quære in 20 Septembris.

Mense Novembrio.

Prima SS. Anargyrorum Cosmæ, & Damiani secundum Lucam.

(h) *Anargyrorum*: hoc est *carentium pecunia*.

Codicis IV.	Codicis II.
	Secunda S. Acindyni, & Sociorum fecundum Matthæum.
	Tertia SS. Martyrum Acepfima, Jofeph, & Ajthala: quære in 21 Octobris Menfis.
	Quarta S. Joannecii; quære in 20 Januarii Menfis.
	Quinta SS. Galactionis, & Epiftemes: quære in 10 Octobris Menfis.
	Sexta S. Pauli Confefforis. *Omnis, qui confitetur &c.*: quære in 21 Octobris Menfis poft medium.
	Septima SS. Triginta Martyrum Melitinenfium: quære in 15 Septembris Menfis.
Octava Synaxis Archangelorum fecundum Lucam.	Octava Synaxis Principum (Arcangelorum) Militiæ: quære in 18 Octobrii Menfis.
	Nona S. Matronæ: quære in 11. Octobrii Menfis.
	Decima S. Joannis Mifericordis (i): quære in 10 Januarii Menfis.
	Undecima S. Mennæ, & Sociorum: quære Sabbatum 3. poft Pafcha.
	Duodecima S. Nili: quære in 20. Januarii Menfis.
	Decima tertia S. Chrifoftomi. Evangelium ad diluculum fecundum Joannem.
	Ad liturgiam: quære Septembris 3. (l)
	Decima quarta S. Apoftoli Philippi: quære 3. Diakinefimi (octava Pafchæ) poft medium: *voluit Jefus exire &c.*
	Decima quinta Sanctorum Confefforum: quære in 21 Octobrii Menfis.
	Decima fexta S. Apoftoli Matthæi: quære Sabbatum S. Matthæi poft Pentecoften.
	Decima feptima S. Gregorii Thaumaturgi fecundum Matthæum.
	Decima octava S. Platonis: quære fabbatum 3. fecundum Joannem.
	Decima nona S. Prophetæ Abdiæ: quære in 17. Octobris

Vi-

(i) *Mifericordis*, ideft *Eleemofinarii*. Vitam S. Joannis Eleemofinarii fcripfit Leontius Epifcopus, ut videre eft apud Rofvedium.

(l) Eufebius in pfalmum XXI. num. 11. *Nam cum dicitur* In medio Ecclefiæ laudabo te, *locus fignificatur, in quo fe Patrem celebraturus Chriftus pollicebatur:* his autem verbis: & celebrabo diluculo mifericordiam tuam: *tempus declaratur, quo paternam mifericordiam per omnes gentes effufam Unigenitus ejus per populum fuum de illa gaudens, exultansque celebrat.* Ex quibus elucefcit frequens pfallendi in Sacris ufus, & quidem in folemni Sacrificio juxta Eufebium, quod diluculo celebrari folebat; exceptis diebus Jejunii; de quibus quotidianis etiam in Quadragefima oblationibus infignis eft S. Ambrofii locus enarrat. in Pfal. CXVIII. ad verf. 6.

Codicis IV.

Vigesima prima Sancta Sanctorum: quære Septembris 8.

Trigesima S. Apostoli Andreæ: quære 4. Diackinesimi.

Mense Decembrio.

Quarta S. Magnæ-Martyris Barbaræ secundum Marcum.

Sexta. S. Patris nostri Nicolai secundum Lucam.

Codicis II.

Vigesima S. Martyris Dasii: quære in 20. Septem. Mensis.

Vigesima prima Ingressus (m) Præsanctæ Dei Genitricis: quære in 8. Septembris mensis ad diluculum. *Exurgens Maria*.

Vigesima secunda S. Ciciliæ: quære in 4. Decemb. Mensis.

Vigesima tertia SS. Procli, Anatolii, & Gennadii: quære in 11. Octobris.

Vigesima quarta S. Gregorii Agrigentini: quære in 30. Septembris.

Vigesima quinta S. Pecaterinæ, & SS. Clementis Romani, Petri Alexandrini, & S. Mercurii: quære in 13. Octobris.

Vigesima sexta S. Alipii, & Acacii Climacis: quære in 20. Januarii.

Vigesima septima S. Jacobi Persæ: quære in 2. Septembris Mensis.

Vigesima octava S. Stephani Juvenis: quære Sabbatum 7. Matthæi.

Vigesima nona S. Ivinarchi: quære in 10. Octobrii Mensis.

Trigesima S. Apostoli Andreæ: quære quartam Diakinesimi (infra octavam Paschatis) a Principio Evangelii.

Mense Decembrio.

Prima S. Prophetæ Nahum: quære in 5. Septembris.

Secunda S. Prophetæ Habacuc: quære in 17. Octobris Mensis.

Tertia SS. Martyrum Inde, & Domnas, & sociorum SS. viginti millium: quære Dominicam SS. omnium.

Quarta S. Magnæ-Martyris Christi Barbaræ: secundum Marcum.

Quinta S. Patris nostri Saba: quære Januarii Mense in 20.

Sexta S. Patris nostri Nicolai: quære Januarii in 10. S. Gregorii Nisseni.

Septima S. Patris nostri Ambrosii: quære in 3. Septembris.

Octava SS. Apostolorum Sosthenis, Apollo, & Cepha: quære in 22. Septembrii Mensis.

Nona Conceptio S. Annæ: Idem vero in

(m) *Ingressus* videlicet *Præsentatio in Templo*.

Codicis IV. Codicis II.

in Epiniciis Regum (n) Evangelium secundum Marcum.

Decima SS. Mena, Ermogenis, & Eugraphis: quære in 10. Octobrii mensis.

Undecima S. Daniel Stylitæ: quære in 20 Januarii mensis.

Duodecima S. Spyridionis & Epinicia contra Persas, & Chosroam secundum Lucam.

Decima tertia S. Eustratii, & reliquorum: quære in 20. Septembris.

Decima quarta SS. Thyrsi, Philemonis, & Sociorum, & in memotiam Timoris secundum Lucam.

Decima quinta S. Sacri-Martyris Eleutherii; quære Dominicam post Exaltationem.

Decima Sexta S. Prophetæ Aggæi; & S. Martytis Marini, & Bacchi juvenis: quære in 10 Octobrii mensis.

Decima septima SS. trium Puerorum, & Danielis Prophetæ secundum Lucam.

Decima octava S. Phlori, & S. Michael Syncelli Confessoris.

Decima nona S. Martyris Bonifatii, & SS. Promi, Arem, & Elia: quære Dominicam Sanctorum omnium.

Vigesima S. Ignatii Theophori secundum Marcum.

Vigesima prima S. Martyris Julianæ: quære in 16. Septembris mensis.

Vigesima secunda S. Martyris Anastasiæ: quære Sabbatum 17. Matthæi.

Vigesima tertia SS. decem Cretensium: quære in 15. Septembris.

Codicis IV.	Codicis II.
Dominica ante Christi Nativitatem. SS. Patrum secundum Matthæum. (in margine post medium Evangelii Initium diluculi Christi Nativitatis.)	Sabbato ante Christi Nativitatem Evangelium secundum Matthæum.
Vigesima quarta In vigilia Sanctæ Nativitatis secundum Lucam.	Vigesima quarta In Vigilia Christi Nativitatis Evangelium secundum Lucam.
Vigesima quinta In Sancta Dei nostri Nativitate ad diluculum: quære Dominicam SS. Patrum, Ad Liturgiam secundum Matthæum.	Vigesima quinta In Nativitate Christi veri Dei nostri ad diluculum secundum Matthæum,
Vigesima sexta Synaxis in Partum Dei Genitricis secundum Matthæum.	Vigesima sexta In Synaxi S. Dei Genitricis Mariæ secundum Matthæum.

Vige-

(n) In *Epiniciis* idest in *festis victorialibus* Christiani Imperatores consueverunt post partas victorias sacra facere in gratiarum actionem, ut videre est in duodecima die hujus mensis proxime sequente.

Codicis IV.

Codicis II.

Vigesima septima S. Protomartyris Stephani: quære Dominicam 16. Matthæi

Vigesima octava quære 5. Diakinesimi *Homo quidam erat ex Pharisæis &c.*

Vigesima nona SS. Infantium: quære hujus mensis 26. usque ad medium Evangelii.

Trigesima: quære Dominicam 15. Matthæi.

Trigesima prima: quære in 6. Septembrii mensis. *Quidam scriba accessit ad Jesum.*

Sabbato post Nativitatem Christi secundum Matthæum.

Dominica post Nativitatem Christi Evangelium *Reversis Magis &c.* scriptum est in 26. ipsius Decembrii mensis.

Sabbato ante Lumina Evangelium secundum Matthæum.

Dominica ante Lumina (p) Evangelium secundum Marcum.

Codicis IV. — Mense Januario.

Prima In circumcisione Domini nostri Jesu Christi, & memoria S. Patris nostri Basilii secundum Lucam.

Dominica ante Lumina secundum Marcum.

Quinta In vigilia SS. Theophaniorum (o) secundum Lucam.

Sexta In Sanctis Theophaniis, sive in luminibus ad diluculum secundum Marcum.

Ad Liturgiam secundum Matthæum.

Septima In Synaxi S. Joannis Prophetæ Præcursoris, & Baptistæ secundum Joannem.

Codicis II. — Mense Januario.

Prima S. Basilii, & Circumcisio carnis Domini nostri Jesu Christi Evangelium secundum Lucam.

Secunda. secundum Marcum.

Tertia. secundum Matthæum.

Quarta. secundum Lucam.

Quinta Vigilia Luminum, secundum Lucam.

Sexta In die Sanctorum Theophaniorum. ad diluculum secundum Marcum.

Ad Liturgiam Evangelium secundum Matthæum.

Septima S. Gloriosi Prophetæ Præcursoris, et Baptistæ Joannis secundum Joannem.

Sabbato post Lumina Evangelium secundum Matthæum.

Dominica post Lumina secundum Matthæum.

Octava: quære Sabbatum Diakinesimi. *Venit Jesus, & Discipuli ejus in Judeam.*

Nona. secundum Lucam.

Decima. secundum Lucam.

Ea-

(o) In vigilia *SS. Theophaniorum*, idest in *Vigilia* Epiphaniæ.

(p) *ante Lumina*; hoc est *ante Epiphaniam*.

Eadem die S. Gregorii Nisseni secundum Matthæum.
Undecima. secundum Lucam. Eadem die S. Theodosii Cœnobiarchi: quære in 21. Octobris Mensis. *Stetit Jesus in loco campestri.*
Duodecima. secundum Joannem.
Decima tertia: quære Evangelium matutinum Luminum secundum Marcum. *In diebus illis venit Jesus a Nazareth eu Galilæa, & baptizatus est.*
Decima quarta SS. Abbadorum (idest redituum): quære Sabbatum 11. Lucæ.
Decima quinta S. Joannis Calybeti: quære 10. ipsius Januarii mensis
Decima sexta Sanctæ Catenæ, adoratio S. Petri: quære Sabbatum Pentecostes.
Decima septima S. Patris nostri Antonii: quære in 21. Octobrii mensis.
Decima octava SS. Athanasii, Cyrilli: quære in 11. Octobrji mensis: *vos estis lux &c.*
Decima nona S. Patris nostri Macarii: quære Sabbatum 11. Lucæ.
Vigesima S. Euthymii Magni secundum Matthæum.
Vigesima prima S. Maximi Confessoris: quære in 25. Octobrii mensis post medium. *Omnis, qui confitetur me.*
Vigesima secunda S. Apostoli Timothei, & Anastasii Persæ: quære Dominicam SS. omnium.
Vigesima tertia S. & Gloriosi Sacri-Martyris Clementis Ancirani secundum Matthæum.
Vigesima quarta S. Xenæ secundum Marcum. *Dixit Dominus cavete a Scribis &c.* quære in 5. Februarii mensis.
Vigesima quinta S. Gregorii Theologi: quære in 3. Septembrii.
Vigesima sexta S. Xenofontis: quære Sabbatum 11. Lucæ.
Vigesima septima S. Joannis Chrysostomi: quære Evangelium, quod est in alia memoria Chrysostomi Novembrii 13., scriptum ad diluculum.
Vigesima octava S. Ephræm Syri: quære in 10 ipsius mensis Januarii:

Vi-

Codicis IV.

Menſe Februario

Secunda Hypapante (q) Domini noſtri Jeſu Chriſti: ad Liturgiam ſecundum Lucam.

Principium diluculi, & S. Simeonis: *In tempore illo erat homo &c.* (tum in margine) Finis diluculi (deinde) Finis S. Simeonis

Tertia S. & Juſti Simeonis Dei ſuſceptoris, & Annæ: quære in Feſtivitate.

Septima S. Magni Martyris Theodori Ducis exercitus ſecundum Matthæum.

(q) *Hypapante*; Ideſt *obviatio*: atque dies Purificationis.

Codicis II.

Vigeſima nona S. Ignatii: quære in 20. Decembrii menſis.

Trigeſima S. Sacri - Martyris Ippolyti: ſecundum Joannem. *Dixit Dominus Diſcipulis ſuis, ſi granum frumenti cadens &c.* quære in 20. Febrn. menſis.

Trigeſima prima SS. Cyri, & Joannis: quære in 17 Novembrii menſis.

Menſe Februario

Prima S. Martyris Tryphonis: quære 18. Octobris poſt medium,

Secunda Hypapante Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti ad diluculum: quære 8. Septembrii menſis: *Exurgens Maria. &c.*

Ad Liturgiam Evangelium ſecundum Lucam.

Tertia S. & Juſti Simeon. præſcriptum eſt in 2. iſtius menſis. *In tempore illo erat quidam homo in Hieruſalem;* uſque ad; *& gloriam populi tui Iſrael.* (Rubrica in margine notat principium, & finem Evangelii hujus Feſti)

Quarta S. Iſidori Peluſiotæ: quære in 21. Octobris.

Quinta S. Martyris Chriſti Agathæ ſecundum Marcum.

Sexta S. Bucoli. (hic deſideratur Evangelium Scriptoris defectu.)

Septima S. Parthenii: quære Sabbatum 11. Lucæ.

Octava Prophetæ Zachariæ: quære in 17 Decembrii menſis.

Eadem die in S. Theodorum Terónem.

Nona S. Nicephori ſecundum Joannem. *In tempore illo elevans Jeſus oculos ſuos.* Finis: *ut habeatis gratiam*: quære in 16 Julii menſis in memoria Sanctorum 1030. Patrum Calcedonenſium.

Decima S. Charalampis: quære Sabbatum 3. poſt Paſcha.

Undecima S. Blaſii: quære quintam 5. Hebdomadis, Joannis poſt Paſcha. *Dixit Dominus ad eos, qui venerunt ad ſe Judæos: in judicium ego in mundum veni*: finis: *& paſcua inveniet.*

Duodecima S. Melætii Antiochenſis: *Vos eſtis lux mundi*: quære in 11. Octobrii Menſis.

De-

Codicis IV.	Codicis II.
	Decima tertia S. Martytis Martiniani: quære in 20. Januarii.
	Decima quarta S. Auxentii: quære Novembis 17.
	Decima quinta S. Apoſtoli Oneſimi: quære Octobris 18.
	Decima ſexta S. Pamphili, & Sociorum: quære Sabbatum 3. poſt Paſcha.
Decima ſeptima S. Magni Martyris Theodorii Tetonis ſecundum Joannem.	Decima ſeptima S. Theodori Ducis Exercitus: quære in 10. Octobrii menſis
	Decima octava S. Leontis Papæ Romani: quære in 3. Septembris
	Decima nona S. Sadoc, & Sociorum: quære in 2. Septembris.
	Vigeſima (deeſt.)
	Vigeſima prima S. Euſtathii Magni Antiocheni; quære in 13 Movembrii menſis, de S. Chryſoſtomo ad diluculum.
	Vigeſima Secunda S. Proterii Alexandrini: quære in 3 Septembris.
	Vigeſima tertia S. Polycarpi ſecundum Matthæum.
	Vigeſima quarta Inventio pretioſi Capitis Præcurſoris ad diluculum ſecundum Lucam.
	Ad Liturgiam ſecundum Matthæum.
	Vigeſima quinta S. Taraſii Patriarchæ.
	Vigeſima ſexta S. Porphirii.
	Vigeſima ſeptima S. Procopii Decapolitæ, & Confeſſoris.
	Vigeſima octava S. Baſilii Confeſſoris.
Menſe Martio	**Menſe Martio**
	Prima S. Eudociæ: quære in 8. Octob. menſis.
	Tertia SS. Cleonicii, Eutropii, & Baſiliſci: quære in 15 Septemb.
	Sexta SS. 42. Martyrum in Amorio: quære in 25. Octobris.
Nona SS. 40. Martyrum in Sebaſtia ſecundum Matthæum.	Nona SS. 40. Martyrum in Sebaſtia ſecundum Matthæum.
Vigeſima quinta Annunciatio Præ-Sanctæ Dei Genetricis ſecundum Lucam.	Vigeſima quinta Annunciatio Præ-Sanctæ Dei Genitricis: quære 8. Septembr. ad diluculum *Exurgens Maria*.
	Ad Liturgiam ſecundum Lucam.
Menſe Aprilio	**Menſe Aprilio**
	Prima S. Mariæ Ægyptiæ: quære in 18 Septembris.
	Vigeſima ſecunda S. Theodori Epiſcopi Siceoti: quære in 21 Octobris.

Vi-

Codicis IV.

Vigeſima tertia Sancti Magni Martyris Georgii ſecundum Joannem.

Codicis II.

Vigeſima tertia S. Magni Martyris Georgii Evangelium. *Hæc mando vobis &c*: quære Sabbatum 3. poſt Paſcha.

Vigeſima quinta Sancti Apoſtoli, & Evangeliſtæ Marci ſecundum Marcum.

Vigeſima ſexta S. Sacri - Martyris Baſilei: quære Sab. 3. poſt Sanctum Paſcha. *Hæc mando vobis &c.*

S. Jacobi Zebedæi.

Menſe Majo.

Octava S. Apoſtoli, & Evangeliſtæ Joannis Theologi ſecundum Joannem.

Menſe Majo

Prima S. Prophetæ Jeremiæ: quære 29. Junii.

Secunda SS. Athanaſii, & Cyrilli: quære 11. Octobris.

Sexta S. & Beati, & Juſti Job.

Octava S. Joannis Theologi ſecundum Joannem.

Nona Prophetæ Iſaiæ: quære 4. ſextæ Hebdomadæ Joannis poſt Paſcha.

Decima S. Apoſtoli Simonis: quære Sabbatum 3. Lucæ.

Undecima in Genethlio Urbis (r) ſecundum Joannem.

Duodecima SS. Epiphanii, & Germani: quære Octobris 11.

Decima tertia S. Alexandri: quære Sabbatum 3. poſt Paſcha.

Decima quarta S. Glyceriæ: quære Februario in 5.

Decima quinta S. Pachomii: quære Januario in 20

Decima ſexta S. Prophetæ Zachariæ.

Decima ſeptima S. Patricii, & Sociorum: quære in 18. Octobris.

Decima octava. (deſunt)
Decima nona

Vigeſima S. Martyris Thalelæi: quære Dominicam poſt Exaltationem.

Vigeſima prima S. Conſtantini, & S. Helenæ ſecundum Joannem. (ſ)

(r) *Genethlio Urbis*. ideſt *celebri die fundationis*.

(ſ) Græcos non Helenam tantum, ſed & Conſtantinum Sanctorum albo adſcripſiſſe patet ex eorum Menologiis ad diem 21. Maji, qua Conſtantinus conceſſit e vita. Sed Romana Eccleſia, & Græca Helenam Auguſtam ut *Sanctam* etſi ſemper colere conſueverunt; Romana tamen cultum, quem Græci Conſtantino Magno tribuerunt, nequaquam adprobavit. Haud nos fugit Venetiis, & Brixiæ Cruces extare, in quibus vel pictæ, vel ſculptæ imagines viſuntur habentes modo in earum vertice, modo in extremitate nomina dictorum Auguſtorum, & aliquæ oſtendentes notam A. Γ. ſcilicet *Alpha* & *Gamma* quæ pro Ἅγιος, ideſt *Sanctus* & pro Ἁγία, hoc eſt *Sancta* uſurpata fuit, ut probant antiquæ Tabulæ Græcæ exhibitæ a Cl. Viris Ducangio Conſtantinop. Chriſt. pag. 120. 127., a Montfauconio Palæograph. Græca pag. 22., nec non a Mu-

Codicis IV.

Mense Junio.

Codicis II.

Vigesima secunda S. Basilisci: quære Septembrio 15.
Vigesima tertia S. Michaelis Confessoris Episcopi Synad: quære Octobrio 25 post medium, & invenies.
Vigesima quarta S. Simeonis Stylitæ in Thaumasto monte,
Vigesima quinta S. Meletii, & Sociorum Martyrum.
Vigesima sexta S. Judæ Apostoli: quære Octobrio 18.
Vigesima septima S. Therapontis: quære Februario 23.
Vigesima octava (deest)
Vigesima nona S. Theodosiæ: quære Sabbatum 7. Matthæi.
Trigesima S. Isacii.
Trigesima prima S. Hermii: quære Septembrio 2.

Mense Junio.

Prima S. Martyris Justini, & Sociorum: quære Sab. 3. Joannis post Pascha: *Hæc præcipio vobis &c.*
Secunda S. Nicephori Patriarchæ: quære in 3. Septembris.
Tertia S. Lucilliani: quære 15. Septembris,
Quarta S. Metrophanis: quære in 2. Septembris,
Quinta,
Sexta (desunt)
Septima.
Octava S. Theodori Ducis Exercitus: quære 20. Septembris.
Nona S. Cyrilli Alexandrini: quære 11 Octobris,
Decima S. Sacri Martyris Timotphrusis: quære Octobris 10.
Undecima SS. Apostolorum Bartholomæi, & Barnabæ: quære 25. Aprilis.
Duodecima S. Onuphrii: quære in 20. Januarii, De-

a Muratorio Nov. Inscript. Thesaur pag. 1895. num. 2. & Scipione Maffeo Mus. Veron. Marm. III. Imo in ea sacra Tabula græca Venetiis, de qua superius diximus cum Helenæ, tum Constantini capitibus nimbus circumstat aureus. Heic vero notare juvat, *Sancti* titulum non eo sensu esse intelligendum duximus, quo primi Ecclesiæ Fideles, subinde Episcopi, & Imperatores Constantinopolitani *Sancti* vocabantur, sed dum eam Sanctitatis notam significat, qua Dei Ecclesia divino afflante Spiritu viros, & fæminas virtutibus omnibus præstantes, pietate, & amore erga Deum insignes recognovit, & decoravit. Vide, quæ inter alios congessit egregius Muratorius ad annum 337 Constantino emortualem, ubi, ut moris est, summo hac de re judicio differit.

Codicis IV.

Vigefima quarta In Nativitate S. Joannis Prophetæ, Præcurforis, & Baptiftæ fm. Lucam (in margine) principium in Conceptionem. *In tempore illo fuit &c.* (tum) finis Conceptionis,

Vigefima nona SS. & Coryphæorum Apoftolorum Petri, & Pauli fecundum Matthæum.

Menfe Julio.

Prima Sanctorum, & Taumaturgorum, Anargyrorum Cofmæ, & Damiani: quære Novembr. 1.

Secunda Depofitio Pretiofæ Veftis Præfanctæ Dei Genetricis: quære Septemb. 8. *Exurgens &c.*

Codicis II.

Decima tertia S. Akilinæ fecundum Marcum: quære Octobrio 11. S. Zenaidis.

Decima quarta SS. Prophetarum Eliæ, & Elifæi fecundum Lucam.

Eadem die S. Methodii: quære Septembrio 3.

Decima quinta S. Prophetæ Amos: quære Decembrio 17.

Decima fexta S. Tychònis: quære Septemb. in 2.

Decima feptima S. Manuel: quære Januarii in 4.

Decima octava S. Leontii: quære Septembbrio in 20.

Decima nona. Vigefima (defunt)

Vigefima prima S. Juliani: quære Sabbatum 3. poft Pafcha.

Vigefima fecunda S. Eufebii Samofatenfis: quære 21. Octob. poft medium.

Vigefima tertia S. Agrippinæ: quære Februar. 5.

Vigefima quarta In Nativitate Præcurforis fecundum Lucam (in margine) *Conceptionis principium*: *finis Conceptionis*: Evangelii fcilicet quod legitur in Fefto Conceptionis Præcurforis.

Vigefima quinta S. Phebroniæ: quære Sabbatum 17. Matthæi.

Vigefima fexta S. David Theffalonicenfis: quære Octobr. 21.

Vigefima feptima S. Sampfon. quære Sabbatum 11. Lucæ.

Vigefima octava SS. Cyri, & Joannis: quære Sabbatum 7. Lucæ.

Vigefima nona SS. Apoftolorum Petri & Pauli, Evangelium fecundum Matthæum.

Trigefima SS. Duodecim Apoftolorum: quære Dominicam 1. Lucæ.

Menfe Julio.

Prima SS. & Gloriofoum Anargyrorum Cofmæ & Damiani fecundum Matthæum.

Secunda Depofitio Deiparæ quære Septembr. 8.

Tertia S. Hyacinthi: quære in 20 Septembris.

Codicis IV.	Codicis II.
	Quarta S. Andreæ Cretensis: quære in 21. Mensis Maii.
	Quinta S. Lampadii: quære Januario 20.
	Sexta SS. Martyrum Cyriac. & Agn. & Luci: quære Sabbatum 17. Matthæi.
	Septima S. Sisoe: quære in 17. Octobris.
Octava S. Magni Martyris Procopii secundum Lucam.	Octava S. Martyris Procopii secund. Lucam.
	Nona S. Pancratii: quære in 17. Octobris.
	Decima SS. 45. in Nicopoli: quære Septembris 20.
	Undecima S. Eufemiæ *del Monte:* quære Septembrio 16.
	Duodecima S. Golandùch: quære 27. Seprembris.
	Decima tertia. (desunt)
	Decima quarta.
	Decima quinta SS. Cerycii, & Julitæ: quære Sabbatum 10 Matthæi.
	Decima sexta S. Athenogenis, & S. Marinæ: quære Septembris in 20. & aliud in 4. Decembris.
	Decima septima SS. 1030. Patrum Calcedonensium secundum Joannem.
	Decima octava S. Martyris Æmiliani (Evangelium deest.)
	Decima nona S. Dii, & S. Macrinæ: quære Jan. 20.
Vigesima SS. Prophetarum Eliæ, & Elisæi: quære Augusti 6. ad Liturgiam.	Vigesima S. Prophetæ Eliæ secundum Matthæum.
	Aliud Evangelium S. Eliæ: quære in Transfiguratione ad Liturgiam.
	Vigesima prima S. Simeon, & Joannis: quære in 30. Septembr.
	Vigesima secunda S. Mariæ Magdalenæ Evang. secundum Lucam.
	Vigesima tertia S. Prophetæ Hiezekièl: quære Octob. 17.
	Vigesima quarta SS. Anatolii, & Sociorum, & S. Christinæ: quære Octob. 10.
	Vigesima quinta S. Annæ, & Eupraxiæ, & Olympiadis: quære Augusti 31.
	Vigesima sexta S. Hermolai; quære in 15. Septembris.
Vigesima septima S. Magni Martyris Pantaleomonis; quære April. 23.	Vigesima septima S. Pantaleomonis: quære Sabbatum 3. post Pascha.
	Vigesima octava.
	Vigesima nona (desunt.)
	Trigesima.
	Trigesima prima In adoratione pretiosorum Lignorum secundum Matthæum.

Men-

Codicis IV.

Menſe Auguſto.

Sexta Transfiguratio Magni Dei, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti ad diluculum ſecundum Lucam.

Ad Liturgiam ſecundum Matthæum.

Decima quinta Dormitio Præſanctæ Reginæ noſtræ Dei Genitricis, & ſemper Virginis Mariæ: quære Septembris 8.

Decima ſexta Reditus ex Edeſſa S. Mantellii. ſecundum Lucam.

Codicis II.

Menſe Auguſto.

Prima SS. Maccabæorum: quære Septembrio 15.

Secunda S. Stephani Protomartyris ſecundum Marcum.

Tertia SS. Dalmati, Phauſti, & Iſaacii: quære in 20. Januarii.

Quarta S. Eudociæ; quære Septembrio 18.

Quinta S. Euſignii: quære Septembrio 20.

Sexta Transfiguratio Domini noſtri Jeſu Chriſti ad diluculum ſecundum Lucam.

Ad Liturgiam ſecundum Matthæum.

Septima Recordatio Barbarorum: quære Decembr. 9.

Octava S. Æmiliani: quære in 25. Octobris.

Nona S. Apoſtoli Matthiæ: quære Aprilio in 25.

Decima S. Martyris Laurentii: quære in 10. Octobris.

Undecima S. Evpli: *Hæc præcipio &c.*; quære Sab. 3. poſt Paſcha.

Duodecima SS. Photii, & Anicetæ; quære in 10. Octobris.

Decima tertia S. Cudrùbæ, & Agimaximi: quære 25. Octobris poſt medium.

Decima quarta S. Prophetæ Michææ: quære 17. Octobris.

Decima quinta Dormitio S. Dei Genitricis: quære ad diluculum, & Liturgiam Septemb. 8.

Decima ſexta S. Diomedis: quære Septembris 2.

Decima ſeptima S. Myrònis; quære Septembris 15.

Decima octava SS. Lauri, & Flori; quære Octob. 10.

Decima nona S. Andreæ Militis; quære Septemb. 20.

Vigeſima S. Prophetæ Samuel; quære Septemb. 30.

Vigeſima prima S. Apoſtoli Thaddæi: quære Dominicam primam Lucæ.

Vigeſima ſecunda S. Agathonici: quære Septemb. 15.

Vi-

Codicis IV.

Vigesima nona Decollatio S. Joaoois Prophetæ Præcurſoris, & Baptiſtæ ſecundum Marcum.

Trigeſima prima Depoſitio Pretioſæ Zonæ Præſanctæ Dei Genitricis in Calcopratiis: quære Septembris 8. *Exurgens*.

Codicis II.

Vigeſima tertia (deeſt.).
Vigeſima quarta S. Apoſtoli Bartholomæi: quære Julio 1.
Vigeſima quiota S. Apoſtoli Titi: quære Octob. 11.
Vigeſima ſexta SS. Adriaoi, & Nataliæ: quære Septembris 2.
Vigeſima ſeptima S. Patris noſtri Pæm: quære Januarii 20.
Vigeſima octava S. Moſe Æthiopis (Evaogelium deeſt.)
Vigeſima oona In Decollatiooe Præcurſoris ad diluculum ſecundum Matthæum.

Ad Liturgiam ſecundum Marcum.
Trigeſima prima Pretioſæ Zonæ Præſanctæ Dei Genitricis ſecundum Matthæum: quære aliud Evangelium in 31. Auguſti ſecuodum Lucam.

Finis Codicis IV. Plutei XXVII.



Evan-

Evangelia pro diversis, quæ in Codice II. Plutei XXIX. continentur.

Super Oleum Infirmi: quære Aprilio 25.
In Encæniis Templi: quære Junio 29. Aliud secundum Joannem.
Evangelia in Memoria timoris Terræmotus: quære Octob. 26. Aliud secundum Lucam *In tempore illo ascendit Jesus in Navim*: quære Decembrio 14.

Evangelia in Incursione Gentium secundum Lucam.
Evangelium in Pluviæ penuria secundum Matthæum.
Evangelium in Victorialibus Regis: quære Decemb. 9.
Evangelium alterum in Epiniciis: quære Decemb. 11.
Evangelium in Habitum Monachi: quære Januar. 20.
Evangelium in Habitum Mulieris: quære Sabb. 17. Matthæi.
Evangelium in Ægrotos, & super septem Præsbyteros: quære secundam 3. Hebdomadæ post Pascha.
Aliud: quære Aprilio 25, & invenies.
Evangelia in eos, qui dormierunt: quære quartam 2. Hebdomadæ post Pascha.
Aliud: quære quartam 3. Hebdomadæ post Pascha.
Aliud: quære quintam 3. Hebdomadæ post Pascha.
Aliud: quære in Parasceve tertiæ Hebdomadæ post Pascha.
Aliud: quære in quinta 2. Hebdomadæ post Pascha.

Evangelia in unum ex 12. Apostolis: quære Julio 1.
Evangelium in Sacrum Martyrem: quære Sabbatum 3. post Pascha.
Aliud: quære Februario 23.
Evangelium in Jerarchas: quære Octobris 11. (s)
Evangelium in Sanctum: (t) quære Januar. 20.
Aliud: quære Octobrio 21.

Evangelium in Martyres: quære Septemb. 20.
Aliud: quære Januar. 4. Aliud: quære sabbatum 3. post Pascha.
Evangelium in Incorporeos: quære Octob. 18.
Aliud: quære in 4. Diakinesimi post medium.

Secunda Vespera Primæ Hebdomadæ secundum Lucam. *Videte, ne decipiamini*: quære Sabbatum Carnis privii.
Tertia secundum Matthæum. *Dixit Dominus adhibete misericordiam*; quære Sabbarum esus casei.
Quarta secundum Marcum: *Dixit Dominus habete fidem Dei &c.*: quære in 9. Decembrii Mensis.
Quinta Evangelium secundum Matthæum.
Parasceve Vespere secundum Joannem; *Dixit Dominus Discipulis suis: ego sum vitis &c.* quære in 2. Septembris.

Sabbatum primum videlicet S. Magni Martyris Theodori secundum Marcum.
Dominica prima Jejuniorum, & SS. Prophetarum Mosei, & Aaron secundum Joannem.
Sabbato secundo secundum Marcum.
Dominica 2. Jejuniorum secundum Marcum.
Sabbato 3. Jejuniorum secundum Marcum.
Dominica 3. Jejuniorum secundum Marcum.
Sabbato 4. Jejuniorum secundum Marcum.
Dominica 4. Jejuniorum secundum Marcum.
Sabbato 5. Jejuniorum secundum Marcum.
Dominica 5. Jejuniorum secundum Marcum.
Sabbato Lazari secundum Joannem.

Ad

(s) Hierarcharum memoriam, præcipue Basilii, Nazianzeni, & Chrysostomi junctim celebrant Græci 30 Januarii.
(t) In *Sanctum*, puto *Confessorem*.

Ad diluculum fecundum Matthæum.
Dominica Palmarum fecundum Joannem.
Sancta fecunda mane fecundum Matthæum.
Ad Liturgiam fecundum Matthæum.
Sancta tertia mane fecundum Matthæum.
Ad Liturgiam fecundum Matthæum.
Sancta quarta mane fecundum Joannem.
Ad vefperam fecundum Matthæum.
Sancta quinta mane fecundum Lucam.
Evangelia ad Pelvim (u) 1. fecundum Joannem.
Evangelium 2. poft lotionem fecundum Joannem.
Sancta, & magna 5. ad Liturgiam fecundum Matthæum.

Sancta, & magna Parafceve

ad Liturgiam fecundum Matthæum.
Sabbato Sancto mane fecundum Matthæum.
Vefpere fecundum Matthæum.

Evangelia Sanctarum Paffionum.

Primum fecundum Joannem.
Secundum fecundum Joannem.
Tertium fecundum Matthæum.
Quartum fecundum Joannem Hora 9.
Quintum fecundum Matthæum Hora 6.
Sextum fecundum Marcum Hora 3.
Septimum fecundum Matthæum.
Octavum fecundum Lucam Hora 6.
Nonum fecundum Joannem.
Decimum fecundum Marcum.
Undecimum fecundum Joannem.
Duodecimum fecundum Matthæum.

Evangelia Matutina.

Primum	fecundum Matthæum.
Secundum	fecundum Marcum.
Tertium	fecundum Marcum.
Quartum	fecundum Lucam.
Quintum	fecundum Lucam.
Sextum	fecundum Lucam.
Septimum	fecundum Joannem.
Octavum	fecundum Joannem.
Nonum	fecundum Joannem.
Decimum	fecundum Joannem.
Undecimum	fecundum Joannem.

F I N I S. (x)

(u) ad *Pelvim*: hoc eft *ad lotionem Pedum*.
(x) Præter hafce meas notatiuneulas de duabus hifce liturgicis Rubricis Differtatio effet inftituenda, qua & tempus, quo fuerunt eo ordine collectæ; & Auctores earum; & tandem quænam in iis fint emendanda, oftendatur. Mactæ, pergamus nunc ea perficere, quæ hunc primum Tomum fpectant. Si quid otii noftris occupationibus, quibus continenter adftringimur, fubripere poterimus, id totum eidem concinnandæ tribuemus.

Nos aliqua illuftrium Scriptorum Elogia Bibliothecæ noftræ filentio præteriiffe, præcipue dum eorum Collectionem Cap. III. hujus Tomi ante MSS. Codicum Catalogum tradidimus, atque nunc ea recenfere, nemo non mirabitur. Aft de induftria heic apponere operæ pretium duximus. Cum enim accuratus nondum prodierit de ea Index; nemo hactenus in perluftrandis ftudiofe illis Codicibus dies integros, ac menfes, ne dicam Annos, traduxerit; & fi quid de ea fcriptum fit, non nifi mancum, interpolatum, ac nævis refertum videatur, conveniens erat partem unam faltem Catalogi jam elucubratam hujus Bibliothecæ lectioni, & examini Eruditorum fubjicere, ut rectum de ea judicium proferre valeant. Supereft tamen pars altera ad finiftram introeuntium Bibliothecam, quæ Codicum vetuftate, raritate, aliifque dotibus, hac parte prima defcripta, præftantior eft, cui elucubrandæ quantocius ex animo

nimo nos dedemus, ut publicam videat lucem, & eo festinanter, quo æqui bonique Lectores fecisse ea, quæ scripsimus, intelligemus. Elogia hæc sunt.

Petrus Rodulphus Hist. Seraph. lib. II. fol. 269. scribit. *Malatesta insignem Bibliothecam extruxit, egregiisque libris manu diligentissime conscriptis exornavit. Adsunt præcipue opuscula Plutarchi insigniter scripta, & Biblia hebraicis litteris, & chaldaicis characteribus expressa.*

Ferdinandus Ughellus Ital. Sac. Tom. II. in Episcop. Cæsen. in principio habet. *Malatesta Novellus litterarum, & eruditionis appetentissimus mirabiliter Cæsenam exornavit apud S. Franciscum celebri illa, ac plane visenda Manuscriptorum Bibliotheca fundata.*

Possevinus laudat eam in suo Apparatu; laudant Franciscus Scottus in suo itinerario part. I. fol. 212., & Angelus Torsanus de Cæsena. Quid plura? aliis elogiis præstat testimonium eruditissimi Viri Angli, (cujus nomen nos fugit) qui cum Cæsenæ esset, atque in visenda nostra Bibliotheca multorum dierum spatio se sedulo conferret, Romam postea petens, interrogatus quid sibi de hoc Monumento videretur, respondit. *Valde mihi complacui de visa hujusmodi Bibliotheca. Præclarissima est, sumptuosissima, & omni plausu digna. Quo tempore ipsam, ipsiusque partes, & continens, & contentum scrutabar, meum sensum verbis Cassiodori exprimebam.* HIC, QUÆ HABENT SEPARATA PRÆCONIUM, SUNT UNITA MIRACULUM. Hæc didicimus ex Diatriba XXXI. de Bibliotheca Malatestiana pag. 419. 420. doctissimi Scriptoris Braschii Cæsenatis, qui in ea narrat Romæ se audivisse celeberrimum illum Virum ita loquentem.

Qua de re, quæ Plutarchus in L. Lucullum scribit, ad rem nostram perbelle, immo bellissime faciunt. *Est laudanda impensa, & studium in libris. Nam & multos, & eleganter scriptos conquisivit, eosque ut liberaliter paravit, ita etiam utendos dedit. Patebat omnibus Bibliotheca, & in porticus adjectas, atque exedres Græci præsertim recipiebantur, qui veluti ad Musarum Ædem eo ventitabant, tempusque inter se jucunde traducebant ab aliis curis liberi. Sæpe & ipse cum eis versebatur, & Philosophis se miscebat, ad has Porticus, & ambulationes veniens.* Hæc plane de Malatesta Novello Cæsenæ Principe fas est recinere, qui, dum adhuc viveret, ad litterarum studia incumbens, atque scientificis studiosorum virorum profectibus consulens, hoc dedit Cæsenæ perenne, regiumque Monumentum. Ast proh dolor! si non tam cito vitam cum morte commutasset, Bibliotheca valde copiosior, abundantior foret Voluminibus, quam modo sit. Legitur namque in Congregatione Magistratus Cæsenæ parvo temporis intervallo ante Principis mortem *Relatio* duarum Arcarum pretiosis Voluminibus refertarum ex Constantinopolitana Urbe in Italiam eductarum, quæ propediem expectabantur. At neque advenisse, neque in Actis ejusmodi quidquam amplius occurrit. Ex Claramontio lib. XVI. fol. 737. Hinc Clementinus Ariminensis Historicus dicit. *Naufragio periisse.*

Innumeras igitur grates Cæsena debet munificentiæ Novelli Malatestæ ob nobile, sumptuosum, & heroicum excitatum Litterarum monumentum, vere encomio dignum, quo similes Bibliothecas *opus egregium fuisse*, ajunt quamplurimi Scriptores, *elegantiæ, ac curæ Regum*. Non solum Princeps noster Malatesta Novellus Bibliothecam erexit, & quidem Regio animo, sumptu, & splendore, ut in Descriptione ipsius Cap. IV., quod Catalogum præcedit, ejus partes ferme ad unguem depinximus; verum etiam opulentæ Dotis assignato fundo ditavit, ut sarta tecta servaretur, diligentia solerti custodiretur, & semper usui esset incumbentium ad litterarum studia. Scribit namque Bernardinus Manzonius ejusdem Conventus S. Francisci Cæsenæ egregius Alumnus Chronologia Cæsen. pag. 147. *Malatesta Novellus pro hujus Bibliothecæ conservatione, & Fratrum studentium Cæsenatum subsidio quingentorum scutorum annuum redditum assignavit:* & Stephanus Parthus Cæsenas in antiquo manuscripto asserit. *Malatesta Novello vendè la Città di Cervia ai Veneziani, e tra le altre pa-*

ghe lasciò, che si dovessero pagare ogn' anno cinquecento Scudi al Convento di S. Francesco di Cesena. Jactura hujusce Dotis tribus ferme ab hinc Sæculis ubinam ortum habuerit, non est heic inquirendum.

Alia tenet Cæsena hujus Principis, ut Eruditi norunt, præclarissima Opera, sed hoc scientiarum Museum inter cetera longe multum præstat. Quod si huic Bibliothecæ alia adjungatur, quam propediem construere munificentius Pius VI., & instituere copiosissimis omnium scientiarum, iisque peregrinarum linguarum nobilibus Editionibus refertam meditatur, tanta ad Cæsenæ gloriam fiet accessio, ut nihil supra. Igitur sit

Bibliothecæ. Malatestianæ

Prima. Catalogi, Pars

Ad. dexterum. ingredientium. latus

Absoluta

Ipso. die. Festo. SS Apostolorum. Petri, & Pauli

Anno. CIↃ. IↃ. CCLXXXI.

Qui. VII. est. Pontificatus, Sanctissimi. Domini. nostri

P I I. S E X T I

PONTIFICIS. MAXIMI. PRINCIPIS. OPTIMI

Vosque. Apostolorum. Principes. Ipsum. ad. aras. vestras

Quotidie. suppliciter. rogantem

Respicite. excipite. votisque. ex. animo.

Oblatis. adeste

Ut. multis. annis. vivat. floreat. imperet

AP-

APPENDIX

IN QUA

EX MALATESTIANÆ BIBLIOTH. CATALOGIS

A CL. VIRIS

MANSIO ET ZACCARIA CONCINNATIS

PARS EA EXHIBETUR,

QUÆ AD PLUTEOS A NOBIS

IN HOC TOMO DESCRIPTOS

PERTINET

Eam dumtaxat Catalogorum a Manſio, & Zaccaria elucubratorum partem heic interim exhibemus, quæ ad Pluteos, & Libros attinet, quorum Indicem in primo hoc noſtro Tomo contexuimus; daturi reliquam, ſi Deus dederit, ad calcem ſecundi Tomi, in quo & Catalogum integrum noſtræ Bibliothecæ, quem Montfauconius Tomo ſuo primo Bibliothecæ Bibliothecarum inſeruit, & alium ineditum, quem ſuperiori Sæculo F. Angelus Julianus Dominicanus digeſſit, exhibebimus. In Catalogo Patris Manſii non eundem ordinem retinebimus, quo ab illo ſcriptus eſt, ſed eum ad ordinem noſtri Catalogi accommodabimus. Ita enim clarius apparebit, quibus in rebus Catalogus noſter ab illis diſcrepet; eorum tamen in verbis nihil unquam mutabimus.

BIBLIOTHECÆ MALATESTIANÆ
CL. VIRI PATRIS MANSII
I N D E X.

„ CÆsenatensis Malatestarum Bibliotheca curæ & diligentiæ Patrum S. Francisci, quos Conventuales vocant, Cœnobii S. Michaelis Cæsenæ commendata Codices refert MSS. ad tercentos editos nonnullos, sed infrequentes. Horum vero MSSrûm indices quidam digesti sunt: nam quotquot sunt Bibliothecæ illius Plutei, peculiares librorum, quos continent, indices in tabellas per singulos appensas descriptos habent, & Cl. Montfauconius in sua collectione Indicum MSSrûm suum habet a priori illo diversum. Nullus tamen hucusque prodiit fœdis mendis non inquinatus. Quod si quis huic Augiæ stabulo repurgando operam suam collocandam assumpserit, illum certe rem præstiturum credo nec levem, nec inutilem. Id mihi subiit cogitationis in octiduo illo, quo in Urbe moram traxi amico, & jucundo hospitio Reverendissimi Patris Abbatis Jo. Francisci Santini Cælestinorum Antistitis meritissimi fruens. Adjecit stimulos volenti Ad. R. Pater Franciscanorum ejus Cœnobii Guardianus, aliique ex ea Urbe litteratorum Virorum, qui posse me aliquid in ea facultate notandorum manuscriptorum rebantur. Morem ergo illis, morem & mihi gesturus, id mihi assumpsi operis, ut indices tabularum ejus Bibliothecæ reformarem, simul etiam indicato librorum quorundam pretio, raritate, & si quid aliud singulare, nec obvium offerebant. Id vero nunc semel in hujus opellæ vestibulo profitendum mihi existimo, Codices esse plures Malatestarum jussu descriptos, de quorum præstantia judicium nullum profero; quamquam enim forte e vetustissimis, & optimis describi potuerint, id tamen nonnisi facta eorum Codicum cum aliis excusis collatione deprehendi potuisset, quæ sane collatio longiorem exegisset moram, quam mihi curarum mearum angustiæ permittebant. Monendos etiam Lectores censeo, me singulos quidem libros non adnotasse, sed eos tantummodo, qui vel perperam, vel non integre in tabellis descripti sunt, vel eos pariter quorum index quidem rectus est, sed ex antiquitate, raritate, vel dote alia pretium est singulare. (a)

Pluteus I. dexteræ partis.

Num. IV. „ Francisci Huberti Cæsenatis Carmina & Prosæ. Ita scribas in Indice. Codex „ Scriptori coævus. Hic vero sub Alexandro VI. Papa vixit.

Pl. III. Num. IV. „ S. Augustinus in Joannem, & aliqua ejus opuscula. Ita in Indice.

Num. VI. „ S. Hieronymus in PSS. Item Incerti Comment. in PS. LXXXIX. ad Cyprianum Presbyterum. Item Carmen de Virginitate B. M. Virg. S. Hieronymo adscriptum. Ita „ scribas in Indice. Codex est Sæculi XIV.

Pl. IV. Num. I. „ S. Hieronymus in Jeremiam. Item Rabanus in eundem. Ita in Indice. „ Codex Sæculi XV.

Num. II. „ S. Ambrosii in Psalmum *Beati immaculati*. Nescio an aliquid aliud contineat „ Codex, quem forte non intime discussi. Codex est Sæculi XIV. ut in fine adnotatur.

Pl. V. Num. I. „ Decretales Gregorii IX. cum Decretalibus Innocentii IV. Ita scribas in „ Indice. Decretales Innocentii IV. seorsum nondum prodierunt, sed fere omnes sparsim sunt in „ libro VI. Decretalium. Ego primus ex duplici Lucensi Codice illas editurus sum in supplemento ad Concilia.

Num. III. „ S. Gregorii magni Homiliæ. Dialogi Pastoralis lib. Ita in Indice. Codex est „ Sæculi XV.

Num. IV. „ S. Jo. Chrysost. in Matthæum ex versione Aniani, & Georgii Trapezuntii eum „ hujus epistola data ex Urb. V. Kal. Martias A. 1450.; quæ indicat epocham versionum quarundam „ a Trapezuntino editarum ex Græco, quas versiones ibi commemorat. Num.

(a) In hoc tantum Catalogi nostri ratio a Mansii ordine discrepat, quod Mansius Indicem suum ab ea Bibliothecæ parte exorsus sit, quæ sinistra est ingredientibus; & inde ad dexteram progressus, initium ejus partis a Pluteo, qui nobis est XXVIII. duxerit, & sic deinceps ad sequentes Pluteos procedendo, ad eum, qui nobis primus est, pervenerit, in eoque Indicem absolverit. Nos contra a dextera Bibliothecæ parte, & proinde a Pluteo, qui Mansio ultimus est, initium fecimus, & deinceps Pluteos, qui primo illi ea in parte continenter succedunt, descripsimus; qua in re Catalogus noster respondit ordini, & numeris tabellarum, quæ Pluteis ipsis appensæ sunt. Ast heic indicem Mansii nostro accommodamus, ne obscuritas oriatur.

Mansius in Præfatione, quam toti Indici præmisit, & quam nos hoc loco exhibendam duximus, hoc solum præ oculis habuit, ut nostræ Bibliothecæ tabellas reformaret, hoc est non ut singulos libros adnotaret, sed eos tantummodo, qui vel perperam vel non integre in tabellis descripti erant.

Num. VI. „ S. Remigii in Epiſtolas S. Pauli Commentar. Bene Index. MSS. Codices S. Re„ migii non frequenter occurrere alicubi legi. Eſt Codex Sæculi XIV.

Num. VII. „ S. Hieronymus in Matthæum, Marcum, & in aliquot S. Pauli epiſtolas. Ita in „ Indice. Nihil hic ſingulare. Codex eſt Sæculi XV.

„ Num. VIII. „ Biblia S. cum Icunculis. Bene Index. Quamquam Codex eſt ſæculi XV. „ icones curioſæ ſunt ob veſtes, & aliqua Regum ac militum arma, & inſignia.

Pl. VII. Num II. „ Evangelia cum notis lateralibus. Ita in Indice. Eſt Sæculi XIII.

Pl. VIII. Num. V. „ Pſalterium cum adnotationibus. Item Michaelis de Cæſena Retracta„ tio. Ita in Indice. Codex eſt Sæculi XIII. Adnotationes adeo prolixæ ſunt, ut integras inter„ dum exhibeant S. Auguſtini Homilias.

Num. IV. „ Adnotationes in Epiſtolas S. Pauli. Item Anonymi Homiliæ de tempore, Ita „ in Indice.

Num. II. III. „ Collectanea in S. Scripturam ex operibus S. Gregorii Magni. Ita in Indi„ ce. Codex eſt Sæculi XIV.

Pl. XI. Num. VII. „ Beda in Parabolas, & in Cantica Canticorum Comment. ex ſcriptis S. „ Ambroſii contextus. Item S. Joannis Chryſoſtomi Homiliæ VIII. de laudibus Pauli. Ejuſdem „ de reparatione lapſi. Ejuſdem de lapſis. Ejuſdem quod nemo lædi poteſt, niſi a ſe ipſo. Ejuſdem „ de Sacerdotio, non integer. Item Palladii de vita S. Joan. Chryſoſtomi. S. Dionyſii Areopagitæ „ de morte Pauli. Ita io Iodice. Codex eſt Sæculi XV.

Pl. XII. Num. I. „ S. Dionyſii Areopagitæ Opera cum Commentar. Anonymi. Ita Index. De „ Commentario nihil habeo, quod dicam, neque enim legi.

Num. II. „ S. Petri Chryſologi Ravennatis Epiſcopi Sermones. Ita ſcribas in Indice. MSS. „ Codices hujus Sancti Doctoris rariſſimi ſunt, eſt tamen Sæculo XV. ſcriptus.

Pl. XIII. Num. II. „ S. Bonaventuræ Inductorium ad intelligentiam S. Scripturæ. Item R. „ Samuelis epiſtola de Meſſia. Item S. Iſidori Hiſpal. opuſcula cum Chronico brevi. Ita in In„ dice. Nihil continet ſingulare, & ignotum. Hic tamen eſt ſermo contra Arianos *Veni Domine* „ *&c.* & S. Iſidoro tribuitur. Idem vero in vetuſtiſſimo libro Etymologiarum hujus Bibliothecæ „ S. Auguſtino adſcribitur.

Num. V. „ Huberti de Caſalibus Liber Crucifixæ vitæ. Item S. Bernardi ſermo &c. Ita in „ Indice. Liber Huberti evulgatus eſt, typis Venetiis impreſſus libris V. abſolvitur; ſunt qui in „ manuſcriptis libros XV. accretum legerint. Videndus eſt igitur Codex, num V. vel XV. libris „ conſtet. Scriptus eſt ſæculo XIV.

Pl. XIV. Num. I. „ Boethius de Conſolatione Philoſophiæ cum Commentar. Eſt ſæculi XV. „ auro & picturis ornatus, ſed Commentarium habet plumbeum.

Num. II. Lactantii Opera. Ita bene Index. Deſunt apocrypha, & Inſtitutionum Epitomes. „ Scriptus eſt Sæculo XV.

Pl. XV. Num. V. „ S. Thomæ 2. 2. Bene Index. Codex eſt, qui in antiquitate ſua nihil ce„ dit ſuperioribus. Valet ad illos revincendos, qui hanc Summæ partem a S. Thoma abjudicant, „ & Vincentio Bellovacenſi attribuunt.

Pl. XVI. Num. I. „ S. Thomæ Summæ pars tertia. Bene Index. Scriptus eſt Codex antequam „ Vir ſanctus in Sanctorum albo ſcriberetur, adeoque exeunte Sæculo XIII. vel ineunte XIV.

Num. II. „ Ejuſdem in 2. Sententiarum. Bene Index. Paris antiquitatis Codex.

Num. III. „ Ejuſdem contra Geotiles. Bene Index. Præter antiquitatem Codicis, quæ par „ eſt ſuperioribus, ſpectes in eo formam cuculli, pallii, & raſionem barbæ Fratrum Dominicano„ rum ejus ætatis.

Pl. XVII. Num. II. „ Scoti quæſtion. lib. I. Idem de Scoti morte carmen. Ita in Indice. „ Codex eſt Sæculi XIV. adeoque ejuſdem Sæculi ac Scotus.

Pl. XIX, Num. I. „ Richardi Indulphi Archiepiſcopi Armachani Tractatus contra errores Ar„ menorum. Ita Index. Codex eſt inſignis, nec unquam lucem aſpexit, & in vetuſtis manuſcri„ ptorum Indicibus raro occurrit. Digniſſimum judico, ut typis edatur. Codex eſt Sæculi XV. Scri„ ptor ipſe florebat Sæculo XIV. ſub Eduardo III. Angliæ Rege. Infenſus erat Monachorum Men„ dicantium Ordinibus, contra quos ſcripſit de paupertate Tractatum, qui adhuc ineditus in Bi„ bliothecis nonnullis ſervatur.

Num. II. „ Ocbami prima pars Dialogorum de Hæreticis, & eorum fautoribus. Item Mi„ chaelis de Cæſena Retractatio. Ita in Indice. Liber Ochami eſt pars prima fuſioris operis, ſed „ jam lucem aſpexit, ſicut & Retractationem Michaelis de Cæſena dedit Muratorius in Differta„ tionibus medii ævi.

Pl. XX. Num. III. „ Legenda Sanctorum. Recte Index. Opus eſſe judico Jacobi de Vora„ gine; quamquam ambigo, cum Jacobus Legendam illam ſuam inſcripſerit *Legenda aurea*, edi„ ditque illam circa annum 1300. Opuſculum vero hoc ſcripturam præfert ſæculi XIII. Multa „ in eo de geſtis, & martyrio S. Petri *novi martyris* idest S. Petri Martyris. Adſunt hinc inde „ in Codice annotationes, ſed parvi pretii. Num.

Num. V. „ S. Hieronymus de Scriptor. Ecclesiasticis, & alia ejus Opera cum adnotationibus „ nonnullis. Ita in Indice. Adnotationes produnt versiones Scriptorum, quos Guarinus Veronen- „ sis ex græco traslulit. Codex est fæculi XV.

Pl. XXI. Num. I. II. III. IV. „ Scriptura Sacra. Bene Index. Iste Codex est optime effi- „ giatus. Spectare licet icunculam S. Francisci barbati, & cucullati instar Capuccinorum. Nihil „ hic deest eorum, quæ in editis leguntur, non testimonium SS. Trinitatis in epistola S. Joannis; „ non historia adulteri; non Beli in Daniele. Post librum I. Esdræ succedit liber II. Nehemiæ, „ qui in editis inscribitur Esdræ II. Tum sequitur Esdræ II. qui in editis est tertius, & notatur „ ut apocryphus. Quartus Esdræ deest. Desunt etiam Psalmi. Codex est Sæculi XIV.

Num. VIII. „ Concordantiarum opus Conradi Helberstadensis. Ita scribas in Indice. Codex „ est Sæculi XIV. Laudat ipse Auctor in principio opus aliud Concordantiarum, quod vocat Con- „ cordantias *S. Jacobi Apostoli*. Ita vero appellantur Concordantiæ Hugonis a S. Caro Dominica- „ ni, qui cum in Cœnobio S. Jacobi Fratrum Prædicatorum Parisiis ageret, ideo opus ibi ador- „ natum vocatur S. Jacobi Apostoli.

Pl. XXII. Num. III. „ Incerti in Librum Aristotelis de Gener. & Corrupt. Averrois quædam. „ Ita in Indice. Quæ Averrois sunt, in principio & fine libri extant. Codex est Sæculi XIV.

Num. IV. „ Avicennæ Metaphysica. Themistus de somno, & vigilia. Ita in Indice. In hoc „ Codice in fine annus, quo scriptus est adnotatur ita MCCCCLXGII. signat vero annum 1468.

Num VI. „ Porphyrius in Cathegorias, & priores & posteriores Arist. Carmen pro chara- „ cteribus anni indagandis. Ita in Indice. Codex est Sæculi XIII.

Pl. XXIII. Num. II. „ Trusiani in Microcronom Galeni Comment. Item variorum Epigram- „ mata. Vegii carmen. Ita scribas in Indice.

Num. III. „ Serapionis &c. ut est in Indice. Item Joannis Filii Serapionis Breviarium medic. „ Item Dieta salutis univ. & particul. Ægidii in lib. Perihiermen. Ita in Indice.

Num. IV. „ Aphorismi Hippocratis cum Commentar. incerti. Johannitii Tractatus medicus. „ Joannis Damasceni Aphorismi. Ita scribas in Indice. Opera hæc sunt omnia nota, & edita, ni- „ si forte aliter dicendum sit de Commentario Hippocratis.

Num. V. „ Simonis de Janua Synonima medica cum additionibus Mundini. Anonymus tracta- „ tus medicus. Gentilis Consilium medicum. Ita scribas in Indice. Codex est Sæculi XIV.

Pl. XXIV. Num. I. „ Isydori Etymolog. Item Juvilii Instituta regularia. Item Anonymi Glos- „ sæ in Alphabetum. Item Isydorus lib. Differentiarum. Item Glossæ in Genesim. Item Cyclus Pa- „ schalis. Item genealogia totius S. Scripturæ cum persecutionibus Christianorum. Ita scribas in „ Indice. Opus est curiosissimum; scriptum ut arbitror Sæculo XI. Et Glossas in Alphabetum sicut „ & reliqua deineeps non lucem vidisse suspicor.

Num. II. „ Petri de Abano expositio Problematum Aristotelis. Ita scribas in Indice. Opus „ est sæpius editum.

Num. III. „ Præter opus in Indice notatum, adde. Item Thaddei de Florentia Consilia me- „ dica. Item Gentilis de Fulgineo Consilia medica. Ita in Indice. Est ibi Consilium pro peste „ Perusii grassante anno 1348. Codex est ejusdem Sæculi. Medici hi omnes noti sunt.

Num. IV. Præter ea, quæ notat Index, adde. Formulæ pro morbis quibusdam medendis.

Pl. XXV. Num. I. „ Avicennæ opus. Item Magistri Pucci de Luca Disputat. medica. Ita in „ Indice. Codex Sæculi XIV.

Pl. XXVI. Num. I. Avicennæ opera. Item Anonymi Comment. in Decretales. Item præsa- „ gia anni 1297. Item designatio milliar. Lutetia Romam. Item in Gallos vaticinia. Ita scribas „ in Indice. Codex est Sæculi XIII.

Num. II. Avicenna de Animalibus. Item Ægidii de Roma in lib. Elenchorum.

Num. III. „ Guilielmi de Brixia Consilia medica. Item Gentilis de Fulgineo Consilia medi- „ ca. Item Anonymi Comment. in Topicam Aristotelis. Ita scribas in Indice.

Num. IV. „ Præter ea, quæ in Tabella adnotantur addas. Item nomina Plantarum Arabico- „ latina. Item valor numericus litterarum Alphabeti. Postrema hæc non sunt contemnenda.

Pl. XXVIII. Num. V. „ S. Gregorii Nazianzeni Homiliæ. Ita corrigas Indicem.

Finis dexteræ partis.

Ad finem Auctor habet. *Hæc pauca mihi succurrerunt adnotanda in brevi illa, qua ibi sub- stiti, Cæsenatensi mora, cujus etiam temporis portionem maximam abstulerunt amicorum studia, & tot Civium urbanissimorum officia. Piget me nec doctrina satis habuisse, ut plura ex tot eruditis Codici- bus proderem; nec temporis spatium longius, ut quod eruditioni non dabatur, id studio & labore suppleretur. Cæterum inter omnes Codices præstant meo judicio Opus Etbymologiarum S. Isidori; Hi- storia Paulini Puteolani, alter etiam Codex Etbymologiarum S. Isidori, in quo etiam Opusculum Ju- nilii, cujus MSS. Codices rari sunt.*

LI-

BIBLIOTHECÆ MALATESTIANÆ

CL. VIRI ZACCARIÆ

INDEX

In Itinere Litterario Part. I. Cap. IV. pag. 93.

,, SEd jam ad Malatestiam Bibliothecam oratio delabatur. Ea in obscuro satis loco sita est, in-
,, que pluteos distincta, quibus Codices ad illum plane modum, quo in Florentinis Bibliothe-
,, cis Laurentiana, & S. Crucis servantur, ferreis catenis sunt adligati. Ita porro dispositi plutei
,, sunt, ut inter eos, qui ad dexteram sunt Bibliothecam ingredientium, aliosque qui ad lævam
,, sunt, non incommode ambulare quis possit. Codices bene multi ibi exstant. Isidnrianos, de
,, quibus alias, eum primis conferre cordi fuit. Alios tamen aliquot inspexi, quos heic recense-
,, bo, ab illis initio ducto, qui in Pluteis sunt ad ingredientium dexteram collocatis.

Plut. I. Num. IV. ,, *Francisci Uberti Cæsenatis* carmina, & prosæ. Codex auctoris tempori
,, æqualis. Floruit porro *Ubertns sub Alexandro VI.* Pontifice.

Plut. III. Num. IV. ,, *S. Augustinus in Johannem*, aliaque S. Doctoris opuscula. Num. VI.
,, *S. Hieronymns* in Psalmos. Incerti Auctoris Commentarii in Psal. LXXXIX. ad *Cyprianum*
,, *Presbyternm*. Item Carmen *S. Hieronymo* adscriptum *de Virginitate* B. M. V. Codex est Sæcu-
,, li XIV.

Plut. IV. Num. I. ,, Codex Sæculi XV., in qua *S. Hieronymi*, *&* *Robani* Commentaria in
,, *Hieremiam*. Num. II. Codex Sæculi XIV. qui *S. Ambrosii* in Psalmum *Beati immacnlati* exhi-
,, bet commentarios.

Plut. V. Num. I. ,, Decretales *Gregorii* XIII. & *Innocentii* IV. Num. II. *S. Gregorii Magni*
,, homiliæ, Dialogi, *Pastoralis*. Codex Sæculi XV. Num. IV. *S. Johannis Chrysostomi* in Matthæum,
,, interprete Anlano, & Georgio Trapezuntio, qui in epistola ad *Urbanum V.* Kal. Martii a. 1450.
,, perscripta versiones alias a se factas diligenter percenset. Num. V. VI. *S. Remigii* in Epistolas
,, *S. Pauli* Commentaria. Codex Sæculi XIV. Num. VII. *S. Hieronymns in Mattheum*, *&* *Mar-*
,, *cnm*, *Paulique* aliquot Epistolas. Codex Sæculi XV. Num. VIII. Biblia Sacra, quæ icuneulis
,, satis curiosis sunt exornata. Codex Sæculi XV.

Plut. VII. Num. II. ,, Codex Sæculi XIII. Evangelia in eo sunt cum notationibus margini
,, adscriptis.

Plut. VIII. Num. II. ,, Collectanea in Sacram Scripturam ex operibus *S. Gregorii Magni*.
,, Codex Sæculi XIV. Num. V. Psalterium cum adnotationibus. Adcedit *Micboelis de Cæsena* re-
,, tractatio a *Mnratorio* edita in *antiqnitatibus* Italicis. Porro adnotationes illæ prolixæ adeo sunt,
,, ut integras interdum *S. Augustini* homilias exhibeant.

Plut. XI. Num. VII. ,, *Beda* io Parabolas *Salomonis*. Item in *Parabolas &* *Canticum Salamonis*
,, commentarius ex scriptis S. *Ambrosii* decerptus. Homiliæ aliquot *S. Johannis Chrysostomi*, octo
,, nempe de *laudibus S. Paulli*; *de reparatione* lapsi; *de lapsis*; *quod nemo læditur, nisi a se ipso*.
,, Ejusdem *de Sacerdotio*, non tamen integrum opus. Palladii *de vita S. Johannis Chrysostomi*. *S.*
,, *Dionysii*, ut fertur, *Areopagitæ de morte* Paulli. Codex XV. Sæculi.

Plut. XII. Num. II. ,, *S. Petri Chrysologi Ravennatis* Episcopi *Sermones*. Codex Sæculi XV.

Plut. XIII. Num. III. ,, Codex Sæculi XV; in qun *S. Bonaventuræ inductiones ad intelligen-*
,, *tiam Sacræ Scripturæ*; Rabbi Samuelis epistola de *Messia*; S. Isidori Hispalensis opuscula, quæ
,, inter *Sermo contra Arianos* in vetustissimo *Etymologiarum* libro S. Augustino adscriptus. Num.
,, V. *Hubertini de Casalibus* liber *Crucifixæ vitæ*. *S. Bernardi* Sermo &c. Codex Sæculi XIV.

Plut. XIV. Num. I. ,, *Boethius de Consolatione Philosophiæ* cum Commentariis. Codex Sæculi
,, XV. auro & picturis insignis. Num. II. Lactantii opera præter *Institutionum* epitomen, atque
,, apocrypha. Codex Sæculi XV.

Plut. XV. Num. I. ,, *S. Thomæ* secunda secundæ. Codex Sæculi XIII. vel ineunte XIV. exaratus.

Plut. XVI. Num. I. ,, *S. Thomæ* Summæ pars tertia. Codex uti superior perscriptus, antequam
,, *S. Thomas* in Sanctorum album referretur. Num. II. Ejusdem io II. *Sententiarum*. Paria anti-
,, quitatis Codex. Num. III. Ejusdem *contra Gentiles*, eadem, qua indicati, Codex ætate de-
,, scriptus. Videre in eo est Cucullum, pallium, barbamque abrasam, qualem illo ævo Domeni-
,, cani gestabant.

Plut. XVII. Num. II. ,, *Scoti* quæstinnum liber primus cum carmine de ejus morte. Codex
,, Sæculi XIV.

Plut.

Plut. XIX. Num. I. „ *Ricardi Radulphi* Archiepiſcopi *Armachani* Tractatus *contra errores*
„ *Armenorum*. Codex Sæculi XV. Num. II. Ochami prima pars dialogi de *hæreticis*, *& eorum*
„ *fautoribus*. Exſtat in hoc Codice ſupra memorata *Michaelis de Caſena* retractatio.

Plut. XX. Num. V. „ S. Hieronymi de *Scriptoribus Eccleſiaſticis*, aliaque cum adnotationi-
„ bus, quæ Scriptores indicant a Guarino Veronenſi in latinam linguam e Græca translatos. Co-
„ dex Sæculi XV.

Plut. XXI. Num. I. II. III. IV. „ Bibliorum Codices Sæculi XIV. Nihil heic deeſt præter
„ Pſalmos, & quartum Eſdræ librum. Tertius porro Eſdræ liber II. inſcribitur, ſecundus vero
„ II. Nehemiæ prænotatur. Num. VIII. *Concordantiarum opus a Conrado Halberſtandenſi* confectum.
„ Codex Sæculi XIV.

Plut. XXIII. „ Codices hujus Plutei pleraque medica opera continent, in his (num. V.) *Si-*
„ *monis de Janua Synonima medica* cum additionibus *Mundini de Lentiis Florentini*.

Plut. XXIV. Num. II. „ *Petri de Abano expoſitio Problematum Ariſtotelis*. Medica ſequentes
„ Codices complectuntur, ut (num. III.) *Thaddæi de Florentia conſilia medica & Gentilis de Ful-*
„ *gineo conſilia medica*, quæ inter *conſilium* pro peſte Peruſii graſſante a. MCCCXLVIII. Eadem
„ *Gentilis* conſilia extant Plut. XXVI. num. III. cum Guilielmi de Brixia conſiliis. Aliud ejuſ-
„ dem Gentilis conſilium habes Plut. XXIII. num. V.

Plut. XXVI. num. I. Avicennæ opera. Anonymi Commentarium in Decretales. Præſagia an-
„ ni 1297. Deſignatio milliarium Lutetia Romam. In Gallos vaticinia.

„ Ad Pluteos tranſeamus, qui ad lævam ſiti ſunt Bibliothecam ingredientium. In fine alte-
„ rius partis hæc leguntur. Nec plura licuit Cæſenæ adnotare. Pudeat autem diſſimulare (quod ſa-
„ ne ingrati animi vitium eſſet, nec ſatis ingenui) in his ipſis, quæ adtuli, recenſendis adjutum
„ me maxime fuiſſe indiculo, quem, *Malateſtiam* Bibliothecam quum ante me luſtraret doctiſſi-
„ mus Pater Manſius, contexuerat. (a)

Indicem hunc adamuſſim dedimus, uti extat in Editione Venetiis MDCCLXII.

F. Angelus Julianus Dominicanus Sac. Theol. Magiſter in Catalogo ſuo Manuſcripto Illuſtriſs., ac Reverendiſs. Archiepiſcopo Ravennati

LUCÆ TURREGIANO

oblato.

Hæc de græcis Codicibus congeſſit.

„ Gregorii Nazianzeni Opera.
„ Evangelia Græca.
„ Baſilii opera Græca.
„ Idem ſuper Pſalmos, & Evangelia græce.
„ Joannes Chryſoſtomus in Pſalmos.
„ Gregorii Magni Theologi homiliæ græcæ.

Montfauconius Tom. primo pag. 433. Bibliothecæ Bibliothecarum in Catalogo Bibliothecæ Cæſen., quem, ut ipſe fatetur, accepit, de græcis Codicibus hæc ſcribit.

„ Gregorii Nazianzeni Opera plures.
„ Baſilii Magni Opera.
„ Xenophontis quatuor Opuſcula.
„ Platonis Dialogi.
„ Joannis Chryſoſtomi in Pſalmos.
„ Demoſthenis Orationes.
„ Homeri Odyſſea.

(a) De Græcis Codicibus, qui ſunt ad ingredientium dexteram collocati, his in Catalogis, ut perſpicuum eſt, nullam eximii illi Scriptores mentionem faciunt. Quoniam vero ſuperiori Sæculo, ut monuimus, F. Angelus Dominicanus, & Montfauconius loco antea laudato in Catalogis noſtræ Bibliothecæ contexendis (quos ad ſecundi Tomi calcem ex integro dabimus) aliqua de Exemplaribus græcis notarunt: ea heic lubet recenſere.

INDEX PRIMUS.

QUO SINGULORUM AUCTORUM NOMINA, ET OPERA IN HAC CATALOGI PRIMA PARTE CUM MSS. CODICUM, TUM CÆSEN. SCRIP. RECENSITA ALPHABETICE SUB OCULOS PONUNTUR.

Numerus Romanus major Pluteum, Romanus minor Codicem, Littera alphabetica minor Adnotationem, Arabicus numerus paginam designat.

A

B

IV,

iv. adnot. b. pag. eadem. -- Ejusdem *Summa de vitiis capitalibus*. Plut. XIX. Cod. III. adnot. c. pag. 72.

C

CAroli Verardi Cæsenatis *Historia Batica*. Is Auctor primus fuit, qui Romæ scenicas repræsentationes revocaverit, & Raphael Riarius Cardinalis, cui hanc Historiam nuncupavit appellatam de *Urbe Granata*, Theatrum aperuit in suis Ædibus, & recenseri, & agi curavit cum ingenti omnium plausu. Hæc Historia metricum habet argumentum Bartolini Nepotis, & discipuli Caroli. -- Aliud est etiam opusculum inscriptum *Ferdinandus servatus* prosa oratione scriptum, cujus argumentum versibus traductum est a Marcellino ipsius Caroli Nepote. Plut. I. Cod. v. pag. 111.

Celsi Rosini Cæsenatis Congregationis Canonicorum Regularium Salvatoris Lateranensis, Abbatis, & Doctoris Theologi *Rodolynopsis Conciliorum omnium tam Generalium, quam Provincialium, sive Latinorum, sive Græcorum*. Plut. II. Cod. x. pag. 115. -- Pars prima. -- Ejusdem *secunda*, & *tertia pars*; una cum opusculo *Colloquiorum*, & *Conferentiarum*, *Conciliabulorum*, *seu Anticonciliorum adversus Catholicam Fidem*, & *Orthodoxam veritatem à perfidis Hæreticis*, *ac Novatoribus temere*, & *inaniter habitorum*. Bini hi Codices manuscripti, & inediti Approbationes continent, ut prælo traderentur. Plut. eodem. Cod. VIII. pag. 114.

Clementis V. Summi Pontificis *Exhortatio* ad diem Veneris distinguendum ab aliis Hebdomadæ diebus, in qua de duodecim diebus Veneris mira quædam, & scitu digna prodit. Initium ipsius exhortationis, & quidquid de illis diebus sentiebat in Indice exhibetur. Plut. XXVI. Cod. I. adnot. b. pag. 90.

Ciriaci Anconitani Epigramma in *Crisolectum*. Plut. XXIII. Cod. II. adnot. c. pag. 82.

Cypriani (S) Carthaginensis *Epistola* num. LXXVI. -- Ejusdem opusculum cum hoc titulo. *Incipit Oratio Cypriani, quam sub die passionis suæ dixit*. -- Item *Descriptio sui martyrii*, & *passionis*. Plut. XI. Cod. IV. adnot. e. f.; an Oratio Cypriani Carthaginensis sit, vel Antiocheni demonstratur; in descriptione postea martyrii, & passionis Codex habet aliquam notabilem lectionum diversitatem ab Editionibus. pag. 55.

Cyrilli (S) Episcopi Alexandrini *Expositiones in Evangelium Joannis*. Versio hujus Operis in latinum est Georgii Trapezuntii, ut operis titulus declarat. Plut. VI. Cod. I. pag. 28.

Conradi Halberstadensis Opus *Concordantiarum* cum earum initio. Plut. XXI. Cod. VIII. adnot. b., quæ præcipue est legenda. pag. 77.

D

DArii Tiberti Cæsenatis *Epitomes Vitarum Plutarchi*. Plut. I. Cod. VII. pag. 111: inter illustres Cæsenæ Scriptores. -- *Glossula interlinearis in Psalterium* inedita, cujus elegans Hendecasyllabon ad hunc librum suum dedimus Plut. I. Cod. VIII. pag. 12., sic etiam ejusdem est opus *de legitimo Amore*. -- *Carmina de Mysteriis Jesu Christi*, & *Beatæ Virginis*, & trecenta sunt Epigrammata non vulgata. Plut. I. Cod. 50., ubi ultimum exhibuimus, quo Deo gratias agit. Inter Anecdota vero publici juris fecimus Carmina, quorum primum illud est, quo hortatur libellum suum, ut eat in apertum; secundum, quo liber se conferre debeat; & tertium, & est *Dedicatio deprecationum suarum ad Divam Helisabem Montefeltriam Illustrissimam Urbinatum Reginam*. Cap. I. pag. 150. 151., & sequentibus usque ad pag: 156.

Demosthenis *Orationes*, & *Epistolæ* græce scriptæ cum ipsius vita, quæ præcedit. Crux extat pulchre elaborata in postica primi folii parte, de qua explicantur tres transversi stipites, e quibus componitur; exhibentur Siglarum litteris uncialibus descriptarum specimina, quæ Siglæ ad latera utrinque posita sunt cum earum explicatione. Declaratur etiam valor illarum monetarum, quæ *hyperpera* vocitabantur, quibus Codex Constantinopoli emptus fuit. Tandem in fine Codicis aliquæ sunt adnotationes, quas putamus esse doctissimi Emanuelis Chrysoloræ. Plut. XXVII. Cod. I. adnot. b. g. e. f. pag. 94. 95.

Dionysii Areopagitæ *Epistola ad Timotheum de morte Petri*, & *Pauli* incerti Interpretis. Plut. XI. Cod. VII. pag. 50. -- Ejusdem *de Angelica Hierarchia*; *de Ecclesiastica Hierarchia*; *de Divinis nominibus*; *de mystica Theologia*. Aliqua sunt in Codice notata, quæ haud parum faciunt ad hos libros Dionysio Areopagitæ adscribendos, & alia ad eruditionem conducentia. Plut. XII. Cod. I. adnot. a. pag. 52.

Dominici Berti inter Cæsenæ Scriptores *L' Apollo Pitio* Poesie morali. Plut. II. Cod. XVIII. pag. 119.

Domitii Calderini *Epigramma* ad Darium Tibertum Cæsenatem de ipsius interlineari Glossula ad Psalmos manuscripta. Plut. I. Cod. VIII. pag. 13.

E

EVangelia græce scripta *de Tempore*, & *de Sanctis* secundum quattuor Evangelistas ordinata juxta Græcorum usum ad solemniores Mysteriorum Ecclesiæ festivitates celebrandas. Evangeliorum tituli uncialibus litteris deauratis

tia sunt exscripti, & eorum unius saltem dedimus specimen. In Evangeliis ipsis occurrunt Notæ musicales. Plut. XXVII. Cod. iv. adnot. m. n. pag. 98. 99.

Evangelia græca *de Tempore*, *de Sanctis*, *& de diversis* ita distributa, ut singulis Mensium diebus instar Kalendarii & Sancti, & Evangelia assignentur; & tandem hoc in Codice sunt Evangelia *de diversis*. Ibi de Notis musicalibus Græcorum, & Latinorum exhibetur ootitia. Plut. XXIX. Cod. II. adnot. c. pag. 106. 107.

Eusebii Pamphili *de Præparatione Evangelica* libri XIV. translati a Georgio Trapezuntio in latinum. Plut. XII. Cod. III. pag. 54.

F

Firmiani Lactantii Libri *Divinarum Institutionum* cum suo Prologo. Ad horum librorum finem Fragmentum *de extremo Judicio* occurrit Lactantio adscriptum, qua inscriptione ostenditur, Ballutium merito in Editione Operum Lactantii illud inseruisse, & ipsi adscripsisse. Hoc in Codice Liber extat *de ira Dei ad Donatum*; & alter *de opificio Dei*, *seu de formatione Hominis*. Succedunt *Opiniones extraneæ* alphabetico ordine dispositæ cum suo Proœmio, cujus initium, & finem ibi damus, ex quibus in adnotatione conjicimus quædam, quæ ad tanti Viri censorias notas nonnullorum Scriptorum infirmandas valent. Tandem extant testimonia insignium Virorum de ipso Lactantio. Plut. XIV. Cod. I. adnot. a. pag. 60.

Francisci Albizii Cæsenatis Sacra Purpura ab Innocentio X. honestati de *Inconstantia in Fide*; de *Inconstantia in judiciis*; aliud opus de *Potestate S. R. E. Cardinalium in suis Ecclesiis titularibus*; similiter *Responsio adversus Fratrem Paulum*, qui in Pontificiam jurisdictionem temere scripsit; *de servitutibus* aliud opusculum. Multa etiam Carmina, tam edita, quam inedita manuscripta extant. Ioter Scriptores Cæsenates Cod. IV. pag. 123.

Francisci de Mayronis Philosophi *Conflationes*. Hoc in Codice sequuntnr quædam de Trinitate sub nomine Hippoliti, ut ibi scriptum Distichon ostendit. Plut. XVII. Cod. v. p. 60.

Francisci Uberti Cæsenatis Carmina de *suis Temporibus*, & etiam Prosæ cum Carminibus Quintiliani Uberti Francisci Pronepotis ad Nicolaum Masioium, & Gratiosi Uberti ad Lectorea, & jam in hoc libro edita. Plut. I. Cod. III. pag. 4. & 5. Extant adnotationes ad nonnullaa epistnlas metrice scriptas ad celebres Viros datas; idest ad Pomponium Lætum adnot. d. pag. 5., ad Robertum Licienfem. e. ad Facinum. f., ad Buzaeharinum. g. ad Bertacchinum. h., ad Diotalevium. i., ad Moletium. l., ad Panifcalisium. m., ad Benedictum Capram. n. pag. 7., ad Agamemnonem. p., ad Julium Corvicium. q., ad Baptistam Carmelitanum. r., ad Robertum Ursum. s., pag. 8., ad Titum Vespasianum Strozam. t. pag. 9., ad Marsilium Ficinum. u., ad Hyeronimum Maserium. x. pag. 10., ad Joannem Filomusium Pisaurensem. y. pag. 11. Sunt etiam Prosæ scilicet Epistolæ ad Præceptorem suum, Gratioso Uberto, & Valerio Liberis. Orationes ipsiua *in funere Malatestæ Novelli*; quam nunc primum in lucem dedimus; & illa *de pace & recuperatione libertatis cum Sede Apostolica*. Epistola *Cassandræ Fidelis* ad Franciscum Ubertum adnot. z. a. pag. 11., hæcque typis vulgata Cap. I. pag. 149. inter Anecdota. Ejusdem Epigramma ad Darium Tibertum de Glossula ipsius interlineari ad Psalmos. Plut. eodem. Cod. VIII. p. 13.

G

Galieni libri VIII. posteriores, hoc est a VII. usque ad XIV. *de ingenio sanitatis*; *de Diagosi* libri VI. traducti a Burgundione e græco in latinum, *de simplici medicina*, *de introductione pulsus*, *& de causis ipsius*; *de regimine sanitatis*; *de cibis*, *& de alimentis*. His postremis libria præcedit *Epistola Fratris Gulielmi de Morbecha Ordinis Prædicatorum*, *scripta Viro provide*, *& discrete Magistro Rosello de Aretio medico præcipuo*; & Auctor huius Epistolæ ostendit, se hæc Opuscula transtulisse; *de motibus liquidis* liber translatus de græco in arabicum a Johanne filio Isaac, & de arabico in latinum a Marcó Toletano; *de rebus medicis*; de *Podagra*. Plut. XXIII. Cod. I. adnot. a. de Burgundione Judice Pisano. pag. 83. — *De Elementis*; *de virtutibus naturalibus*; *de complexionibus*; *de malitia complexionis*; *de criticis diebus*. Omnes hi libri translati sunt a Gerardo Cremonensi; *de Crisi*; *de signis morborum interiorum ab Esophago usque ad intestina*, *& renes*. *Secretorum* liber; *de Dispermate*; *de accidente*, *& morbo*. Plut. XXV. Cod. I. pag. 87. — Ejusdem *de ingenio sanitatis*; *de complexionibus* Tractatus tres translati a Magistro Gerardo Cremonensi; *de Sectis Galieni*; *de spermate*; *de juvamento anhelitus*; *de malitia complexionis*; *de differentiis pulsuum*; *de pulsu*. Hunc librum transtulit Joannes filius Isaac de græco in arabicum; Marcua Toletanus de arabico in latinum; *de compendiositate pulsuum* liber latine versus a Burgundione cive Pisano an. 1185., *de accidente*, *& morbo*. Plut. eodem Cod. II. pag. 87.

Gentilis de Fulgineo *Consilium medicum*. Plut. XXIII. Cod. v. pag. 83. — Ejusdem *Consilia medica*, inter quæ extat illud *de Peste* quæ Perusium afflixit, ex quo conjicimus, Perusiæ e vivia sublatum non fuisse anno 1348., ut aliqui Historici scripserunt. Plut. XXIV. Cod. III. adnot. c. pag. 86. — Ejusdem *Con-*

silium

filium ad curandum morsum ab serpente de genere aspidum surdorum Juveni illatum in pede. Plut. XXVI. Cod. III. pag. 91.

Georgii Trapezuntii *Epistola ad Franciscum Barbarum*. Plut. V. Cod. IV. pag. 24. Ad finem Operis S. Joannis Chrysostomi, cujus operis pars e græco in latinum versa fuit ab eodem Trapezuntio, sicuti aliorum SS. Patrum Græcorum versiones ab ipso fuerunt elaboratæ.

Giulio Foligatti da Cesena della Compagnia di Gesù *degli Horiuoli a Sole*. Plut. II. Cod. XII. pag. 115.

Gratiosi Uberti inter Scriptores Cæsenates Tractatus *de Citationibus* Tomi III. Plut. I. Cod. XIX. XX. XXI. Ejusdem opusculum *Carminum Moralium*, & *Legales congressus*. Pluteo eodem. Cod. XXII. XXIII. pag. 113.

Gregorii Magni (S) *Epistola ad Episcopum Tauromynitanum*, & *Homiliæ, ac Lectiones Evangeliorum*; Ejusdem libri IV. *Dialogorum* cum vita Beati Benedicti Abbatis. Similiter *Pastoralis ad Joannem Archiepiscopum Ravennæ*. Plut. V. Cod. III. pag. 23. -- Ejusdem *in Job*. Plut. eodem Cod. V. pag. 24. -- *Collectanea in Sacram Scripturam*, & sunt Expositiones *quattuor Evangeliorum*, *Actuum Apostolorum*, *Epistolarum S. Pauli*, *S. Petri*, *S. Joannis*, & *Libri Apocalypsis*. Plut. VIII. Cod. II. pag. 37. S. Gregorii Magni *Expositiones a Genesi usque ad Zachariam*. Pluteo eodem Cod. III. pag. 37.

Gregorii Nazianzeni (S) *Sermones* græce scripti, quorum titulus est. *Expositio Beatissimi Archiepiscopi Bulgariæ*. Sunt scholia antiquissima *Eucæniorum*; Orationis *in Machabæos*; & Orationis funebris in magnum *Athanasium*. In fine addita est *Collectio*, & *explicatio Historiarum*, quarum meminit Gregorius in primo, & secundo *Stelentetico*. Sunt varia Monocondylia ad calcem hujus Codicis, & unius in Catalogo specimen exhibetur. Plut. XXVIII. Cod. V. pag. 103. -- Ejusdem *Sermones*, & primus est *Apologeticus*, omnesque num. sunt 52. Sequitur Collectio, & Explicatio Historiarum, quarum mentionem facit idem Gregorius in *Oratione funebri* in Basilium magnum. Hæ Historiæ sunt numeris notatæ. Prima est *Pelopidarum*, *Cecropidarum*, & *simul de nominibus earum*. Similiter alia est Collectio in prima Oratione invectiva contra *Julianum*. Scripta est in Codice Vita ipsius, & Testamentum cum subscriptionibus septem testium. Plut. XXIX. Cod. I. adnot. a. b. pag. 104. 105.

Gregorii IV. Præfatio ad librum *Ecclesiastis* inedita. Plut. VII. Cod. I. pag. 30.

Gregorii IX. *Decretalium* libri quinque. Plut. V. Cod. I. adnot. a. pag. 23.

Gulielmi Guare Quæstiones Theologicæ *de Theologia*; *de Creatione*, & *Angelis*; *de Incarnatione*, *de Sacramentis*. Plut. XVIII. Cod. I. adnot. a. pag. 69.

Guilielmi de Brixia *Consilia medica XII*. Plut. XXVI. Cod. III. pag. 91.

Gulielmi Placentini *de re medica* Plut. XXIV. Cod. III. adnot. a. pag. 85. -- Ejusdem *de Chirurgia*, & *formulis pro morbis quibusdam medendis*. Plut. eodem. Cod. IV. pag. 86.

H

Henrici de Gandavo dicti Burgensis *Quæstiones quodlibetales*. Plut. XVI. Cod. IV. pag. 66. -- *Disputationes a sexta usque ad decimum*. Plut. eodem. Cod. V. pag. eadem. -- Ejusdem *Disputationes decem de Quodlibetalibus*. Plut. XVII. Cod. I. adnot. a. pag. 67.

Herculis Francisci Dandinii Cæsenatis *Descriptio Urbis Cæsenæ Cæsaris Brixii illustrata*, & *adnotationibus locupletata*. *Orazione delle lodi del Serenissimo Principe Eugenio*. *Otium Aricinum*, *sive de Urbanis officiis Dialogi* V.; una cum Galathæo Joannis Casæ ab eodem ex Italico sermone in latinum conversο. Ita imitatus est Casæ elegantiam, ut ea quasi picta agnoscatur. Alia sunt tanti Viri edita Opera, & inedita, quæ in Catalogo Scriptorum Cæsenatum recensentur num. IX. pag. 130. 131., ibique exhibetur elogium, in Sepulchro datum a Cl. Joanne Baptista Morgagnio.

Hieronymi (S) Presbyteri *Breviarium* in CL. Psalmos. Plut. III. Cod. V. adnot. b. pag. 20. -- *Commentarius in Psalmum LXXXIX. ad Cyprianum Presbyterum*. In fine Carmen *de Natale Domini*, & *de Virginitate Genitricis Mariæ* Hieronymo adscriptum, quod ibi exhibetur. Plut. eodem. Codice VI. adnot. c. d. pag. 21. Ejusdem *in Isaiam*. Plut. IV. Cod. II. pag. 22. -- *Commentarius in Jeremiam*. Plut. eodem. Cod. II., & pag. eadem. -- *In duodecim Prophetas minores*. Cod. III. pag. eadem. -- *S. Hieronymi Expositiones in Matthæum*, & *Marcum*; *in S. Pauli Epistolam ad Galatas*; *in epistolam ad Ephesios*; *in epistolam ad Titum*, & *Philemonem*. Plut. V. Cod. VII. pag 24. Ejusdem *Altercatio Luciferiani*, & *Orthodoxi*; *Epistolæ ad Theophilum Alexandrinum*; *Epistola de libero arbitrio ad Ctesiphontem*. *Epistola excusatoria ad Severum*. Altera *pro defensione Ecclesiæ ad Riparum*. *Epistola exhortatoria Apronio Filio ad visitanda loca sacra*. Aliæ extant in Codice Epistolæ S. Doctoris, & aliorum ad ipsum: similiter *Sermones octo de Nativitate Domini*; *de Epiphania*; *de Quadragesima*; *de Ministerio Agni*; *in Vigilia Paschæ*; *de Resurrectione Domini in die Dominico Paschæ*. *De duabus Quæstionibus ad Paulinum*. *Liber de Psalterio*, *quod LXX. interpretatione corruptum est*. *De septem gradibus Ecclesiasticis ad Damasum Papam*. *Dialogus contra Pelagianos*. *De libro Vigiliarum*. *Tractatus Fidei*, & *credulitatis*, & *conversationis Christianorum*. *De Essentia Trinitatis*, *vel de membris Domini*. *De instrumentis musicis ad* Dar-

I

sculum

sculum Euthymii Monachi in Odas, quæ heic non extant, sed sunt in sequenti Codice. Hoc opus duo dat Prooemia, quorum alterum initium babet. *Post Moysen, & ipsius successorem &c.* alterum vero. *Omnis Scriptura divinitus inspirata &c.* Sunt in Codice versus in laudem S. Patris Cbrysostomi, de quibus, & de aliis in adnotatione. Plut. XXVIII. Cod. II. adnot. a. pag. 100. -- Ejusdem *Expositio* incipiens a Psalmo XLVIIII. ad Psalmum usque CL. In Codice Siglæ visuntur indicantes Indictionem, Annum, Mensem scriptionis. Ad Codicis calcem *Cantica* sunt Beatissimi, & eloquentissimi Monachi Euthymii Zigabini, de quo in adnotatione jucunda quædam præferuntur. Plut. eodem. Cod. III. adnot. b. c. pag. 101. 102.

Joannis Agusellii Cæsenatis *de Protestationibus; de Sponsalibus, & Matrimoniis;* opus hoc *de sponsalibus* impudenter Joannes Andreæ sibi adscripsit; alia, dum de eo loquimur, scitu digna occurrunt. Catalogo Scriptorum Cæsenatium pag. 122.

Joannes de Gandavo *Quæstiones de Anima super libros Aristotelis.* Plut. XXII. Cod. VII. adnot. b. pag. 80.

Joannis de Virgilio Cæsenatis *Eclogæ* variæ inter Danthem Alighierium, & ipsum Joannem, quarum una ex parte exhibetur, cum præter modum valeat ad ostendendum in Dominum Lovillet Ravennates adhuc exuvias Danthis servare. Ejusdem metricæ Epistolæ scriptæ Danthi, aliisque Viris præstantissimis. *De quattuor Anni tempestatibus. Epitaphium* in sepulchrum Danthis versibus elegis, & tandem *Allegoriæ* ipsius super fabulas Metamorphoseon Ovidii. Catalogo Scriptorum Cæsenatium adnot. f. pag. 119. 120. 121.

Joannis Baptistæ Braschii Nisib. Archiepiscopi Cæsenatis *de tribus Statuis in Capitolio erectis; de vero Rubicone; Memoriæ Cæsenates sacræ & profanæ; Promptuarium Synodale; de libertate Ecclesiæ in conferendo Ecclesiastica Beneficia, ac de Immunitate Beneficiorum mere simplicium a personali debito Residentiæ.* Ejusdem *Idea del Pulpito Mitrato, o sia del Vescovo, che predica la parola di Dio.* Ejusdem Auctoris *Diatribæ* num. XLII. ineditæ, una vel altera excepta; & tandem *Dissertatio de Sena Æmiliæ, quod hæc sit illa, & eadem Civitas, quæ nunc appellatur Cæsena.* Postremi hi MSS. Codices asservantur penes clarum J. C. Thomam Lacchinium Cæsenatem. Catalogo Scriptorum Cæsenatium num. VI. pag. 127. 128. 129.

Joannis Baptistæ Ambroni Cæsenatis liber *Carminum.* Plut. II. Cod. XIX. inter Scriptores Cæsenates. pag. 119.

Joannis Damasceni *Aphorismata.* Plut. XXIII. Cod. IV. pag. 83.

Joannis Serra Ordinis Capuccinorum *Trattato unico delle Controversie Oratorie. Compendio della Retorica;* & alia ejus omnia Opera vulgata recensentur. Catalogo Scriptorum Cæsenatum. num. XII. pag. 133.

Joannitii *Tractatus Medicus.* Plut. XXIII. Cod. IV. pag. 85.

Joannis Duns Scoti. libri quattuor editi. Primus continet *Disputationes Collationales.* Secundus *Tabulam generalem, ac Mare magnum Scoticæ subtilitatis.* Tertius *super primum Sententiarum.* Quartus *super secundum, & tertium Sententiarum.* Plut. VIII. pag. 133. -- Ejusdem MSS. Codices Liber *Quæstionum de Deo, quantum ad rationem suæ naturali perfectionis* cum Carmine de ipsius morte, quod exhibetur. Plut. XVII. Cod. II. pag. 67. -- Quæstiones *super II. & III. & IV. Sententiarum.* Plut. eodem. Cod. III., & IV. pag. 68.

Josephi Dominici Rosini Cæsenatis *in Parentalibus* Scipionis Claramontii Equitis. Plut. I. num. XVII. pag. 113.

Josephi Verzagliæ Cæsenatis vere Philosophi Opera edita. *Esame delle Riflessioni Geometriche pubblicate da un Oltramontano Professore in Italia &c. Epistola ad Amicum de iis quibus Auctor Animadversionum Geometricarum superius illarum examen præripiendo, Lectorum animos, ne illius argumenta perpenderet, alio vocare conatus est.* Ejusdem *Epistolæ Geometriæ, & Philosophiæ Professoribus;* aliquæ vulgatæ; ineditæ nonnullæ. Ineditus est manuscriptus Codex hoc titulo. *Dialogi distesi in quattro giornate, alla quale si è aggiunta la quinta, in cui si discorre d'una nuova scienza attenente al movimento locale ritardato dal mezzo di qualunque densità &c. di Giuseppe Verzaglia Nobile Cesenate.* Catalogo Scriptorum Cæsenatium num. VIII. pag. 129.

Isidori (S) Hispalensis Episcopi *de novi, ac veteris Testamenti Scriptoribus. Epistola ad Orosium Presbyterum.* Ejusdem *Chronicon de ortu, vita, & obitu SS. Patrum, qui laudantur tum in veteri, tum in novo Testamento. Chronicon describens abbreviaturas ab exordio Mundi usque ad Evadii Imperatoris annum V., & IV. religiosi Principis Sisebuti anno 5820. Liber Differentiarum. Sermones ipsius contra Arianos* unus; bini vero *contra Judæos. Sermocinatio de Animæ substantia, deque ejus virtute,* aliisque ad eam spectantibus. Plut. XIII. Cod. II. adnot. d. e., quæ Librarii produnt errorem, & alia non inutilia. pag. 57. -- Ejusdem *Soliloquia.* Plut. eodem. Cod. III. pag. 58. -- *Libri Etymologiarum;* liber decimus post caput quartum continet *Indiculum* Hieronymi *de hæresibus Judæorum, & Christianorum.* Hunc dedimus in Anecdotis Cap. II. pag. 173. 174. 175. 176. Plut. XXIV. Cod. I. pag. 85. Ejusdem *liber Differentiarum.* Plut. eodem, & Cod. & pag.; extat etiam in Plut. XIII. Cod. II. pag. 57.

L

Legenda Festivitatum solemnium, & præcipue Mysteriorum Ecclesiæ, scilicet Nativitatis, Passionis, Resurrectionis, necnon multorum Sanctorum: binæ de S. Andrea, de S. Matthia, & sic de multis aliis Sanctis. Hæc Legenda continet Capita CXXXX. Plut. XX. Cod. III. pag. 73.

Leonis (S) Papæ Sermones num. LXXXXI. Ejusdem Epistolæ num. LXXII. Tractatus Beati Leonis Papæ contra Heresim Eutychis. Plut. XII. Cod. II. adnot. a. pag. 14.

Lucii Cœlii Lactantii Opera a Josepho Isæo Cæsenate D. Petri de Urbe Canonico summa diligentia recognita, & notis illustrata. Plut. II. Cod. XX. pag. 119.

M

Marchesini Joannis Ordinis Minorum Mamotrectus, scilicet Expositio vocum ordine Biblico quoad rerum significationem, orthographiam, & accentus, quæ occurrunt in sacris Bibliis, in gratiam rudium Clericorum cum Prologo. Plut. XIX. Cod. IV. pag. 72.

Marsi Poetæ ad Darium Epigramma. Plut. I. Cod. VIII. pag. 14.

Matthæi Zaccolini Cæsenatis inter Alumnos Congregationis Clericorum Regularium, quos Theatinos vocant, Laici Professi Opera manuscripta inedita, quæ asservantur in Bibliotheca Principis Familiæ, ac antiquissimæ Albanorum Romæ, propria manu scripta, vel saltem coæva Auctori. I. Della Prospettiva lineale divisa in 100. Capitoli. II. Della Descrizione delle ombre prodotte da Corpi opachi rettilinei. III. Prospettiva dei colori diviso in 13. Trattati. IV. Prospettiva del Colore diviso in 17. Trattati. Multa de ipso narrantur, quæ Discipulum fuisse Cl. Scipionis Claramontii Cæsenatis ostendunt, atque eximii ingenii, ut celebres Pictores commendarent. Plut. II. Cod. XVI. adnot. c. d. pag. 117. 118.

Melchioris de Briga Cæsenatis e Societate Jesu de Antiquitatibus Ægyptiacis. Catalogo Scriptorum Cæsenatium num. VIII. pag. 130.

Messue Additio practica, cum disputatione de origine nominum medicorum. Plut. XXV. Cod. IV. pag. 88.

Michaelis de Cæsena Ministri Generalis Ordinis Minorum Retractatio suorum errorum cum explicatione Miserere mei Deus. Plut. VIII. Cod. V. pag. 38. -- Michaelis de Cæsena insignis Magistri Parisiensis libri extant gravissimi, qui notantur in adnot. I. Diatribæ 20. Joannis Braschii in Catalogo Scriptorum Cæsenatum, num. VI. pag. 127.

Mundini Bononiensis Tractatus ad inveniendam dosim nominum medicorum. Plut. XXV. Cod. IV. pag. 88.

N

Nicolai de Lyra Fratris Ordinis Minorum Postilla a principio Genesis usque ad Josue cum duobus Prologis. Plut. VI. Cod. II. pag. 28. Ejusdem in Psalmos Cod. III. In Isaiam, Jeremiam, Ezechielem, Danielem, & in Historiam Susannæ una cum Regum ordinata serie. Cod. IV. Ejusdem in librum Regum, & Job. Cod. V. Et tandem Postillæ in Isaiam Prophetam. Eodem Plut. Cod. VI. adnot. a. b. pag. 29.

Nicolai Feretti Epigramma in Glossulam Psalterii Darii Tiberti Cæsenatis. Plut. I. Cod. VIII. pag. 14.

Nicolai Masini Cæsenatis de gelidi potus abusu lib. III. Plut. I. Cod. XIII. pag. 112. Enarratio ipsius de Aulo Lucretio Cæsenate Historico nunc primum edita. Extat in fine Codicis manuscripti Francisci Urberti de suis temporibus, cujus inedita Scripta memoravimus initio hujus Catalogi. Hæc enarratio inter Scriptores Cæsenates reperitur. Cod. V. adnot. g. h. i. haudquaquam inutilibus. pag. 123. 124. 125. 126.

O

Occhami Pars prima Dialogi de Heresibus, eorumque Fautoribus. Plut. XIX. Cod. II. adnot. b. pag. 71.

Orationes, quæ loco Hebræorum elementorum, vel loco Interpretationum juxta Hieronymi sensum ad singulas Psalmi Beati immaculati octonorum versiculorum constantes sectiones substituebantur, quas inter Anecdota dedimus cum ejusdem Psalmi variis a Vulgata lectionibus, suisque adnotationibus. Plut. IV. Cod. IV. pag. 22.

Orationes ad Psalmorum recitationem accommodatæ. Multæ aliæ ad Prophetarum Cantica. Dein nonnullæ ad Mysteria Fidei spectantes; multiplices postea de Sanctis, quæ & ipsæ inter Anecdota exhibentur. Plut. VIII. Cod. V. adnot. c. pag. 38.

P

Palladii Vita Beati Joannis Chrysostomi in Dialogo, quem cum Theodoro Ecclesiæ Romanæ Diacono instituit. Plut. XI. Cod. VII. pag. 50.


Pamelii Carmina de Pica, quæ Cæsarem salutavit. Ad Porsennam de lepore, & leone. Ad Lucanum de Porcia. Ad Cassianum de ursa, & vipera. Ad Rufum de morte viperæ. Hæc Epigrammata leguntur in vestibulo hujus MS. Plut. XXIII. Cod. II. pag. 82.

Petri (S) Chrysologi Ravennæ Archiepiscopi Sermones CLXXIV. cum Exhortatione Felicis Ravennæ Archiepiscopi ad Clerum suum, quam dedi-

R

S

F I N I S.



INDEX SECUNDUS

RERUM NOTABILIUM

QUÆ IN QUINQUE CATALOGI CAPITIBUS PRIMAM HANC PARTEM PRÆCEDENTIBUS, ET ETIAM IN QUATTUOR IPSAM SUBSEQUENTIBUS CONTINENTUR, ALPHABETICO ORDINE DISPOSITUS.

Numerus Romanus majufculus Capita; Littera Alphabetica minufcula adnotationes; Arabicus Numerus paginas oftendit.

Ga.

Gra-



Honor sit Patri, & sit Gloria Filio, Spiritui Sancto sitque Triumphus, & sit laus Virgini sine Originis labe conceptæ, cujus dulciter reflante aura hanc Operis partem absolvi.

MO-

MONITUM
AD LECTOREM.



NE mireris, amice Lector, si, ut fieri solet, heic, si quid mendi irrepserit; in hujusce Catalogi Editione, minime nos adnotamus. Fatemur nec tempori, nec studio, ac diligentiae quidquam subtraxisse, ut haec Editio omni vel tenuissimo mendo careret, & quod magis est, ita interpuncta perstarent, ut nihil limatius, nihil elegantius, nihilque argutius posset optari; ea tamen humanae mentis limitatio, velox inter legendum oculorum excursus, & tot eventus, qui accidere solent, dum Opera praelo sunt commissa, vel Torcularis, & characterum imperfectione, ut tibi perspectum est, vel eorum indiligentia, qui Torculari inserviunt, in caussa sunt, ut operis perfectionis Auctor laetari ex integro possit. Invenies interdum, ut MSS. fidem servemus: prout in MSS. ipsis perscripta verba reperimus, ita in Editione reliquimus. In Cod. IV., & V. Plutei XVI. pag. *66. 67.*, atque in Cod. I. Plut. XVII. leges nomen *Enricus* sine aspiratione, & scias ita esse scriptum illud nomen, quamvis in adnot. a. accurate scriptus inveniatur. Leges *Galieni* nomen; & non *Galeni* in Codice I. Plutei XXIII. pag. 81., haec & alia scias velim, Codicum esse lectiones. Interdum verba ipsa, quae perperam in MSS. perscripta esse videbantur, in adnotationibus correximus. Interdum tandem in ipso contextu verbum, quod alias ab exscriptore mendose exaratum conspiciebatur, mox corrigitur. Ita in Cod. III. Plutei XII. pag. 14. videbis libros Eusebii Pamphili de *Praeparatione Evangelica* in latinum versos a *Gregorio Trapezuntio*, & illico invenies inscriptum, *Georgii Trapezuntii Praefatio ad Beatissimum Nicolaum V.*, & postea *Explicit liber XIV., & ultimus Eusebii Pamphili a Georgio Trapezuntio traductus*. En emendatio, quae non *Gregorii*, sed *Georgii* esse debet, per se loquitur. Similiter in Cod. II. Plutei XIII. pag. 56. occurret tibi S. Bonaventurae *Tractatus Introductorius ad Sacrae Scripturae intelligentiam, & Fide Christianae*, cum foret legendum *Fidei*. At immediate sequitur, *Est Compendium Theologiae, & Fidei Christianae*: nonnulla alia, sed pauciora sunt hujus rationis errata; sicuti etiam ut una littera pro altera substituatur, quae tamen nec paullisper quidem Auctoris nomen immutat. Si quid aliud exciderit, quod caeterum non magni esse momenti videatur, te oratum, obtestatumque volumus, ut tute aut humanitate tua ignoscas, aut tua eruditione corrigas.

TA-

TABULA
COMPENDIORUM, ET SIGLARUM.

Plut. XXII. Cod. IV. pag. 79.

Plut. XXVII. Cod. I. pag. 94.

[illegible]

Plut. XXVII. Cod. II. pag. 97.

[illegible]

Plut. XXVII. Cod. IV. pag. 98.

[illegible]

Plut. XXVIII. Cod. V. pag. 103.

[illegible]

Plut. XXIX. Cod. I. pag. 104.

[illegible] vel [illegible] vel [illegible]

Plut. XXIX. Cod. II. pag. 106.

[illegible]

Plut. XXIX. Cod. V. pag. 108.

[illegible]